19.125

C 5501.4




BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE GIFT OF
STEPHEN SALISBURY,
OF WORCESTER, MASS.
(Class of 1817).

1866, July 17.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

## OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

*QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :*

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

### SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA ;

### ACCURANTE J.-P. MIGNE,

**Bibliothecæ cleri universæ,**

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES PENE JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, DUCENTIS ET VIGINTI DUOBUS VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, DECEM ET CENTUM SUPRA MILLE FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, NOVEMQUE ET CENTUM VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA SEXAGINTA VOLUMINA PROBABILITER NON SUPERABIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA TRIGINTA VOLUMINIBUS ABSOLVETUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES FUTURIS PATROLOGIÆ SERIEBUS APPLICANTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NON NOBIS DEEST.

---

*PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXV.*

---

THEOPHYLACTUS BULGARIÆ ARCHIEPISCOPUS.

---

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

c 1864

Digitized by Google

e550.4

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

*SÆCULUM XI. ANNUS 1070.*

# ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

## ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

# THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

## OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA.

ACCEDIT

## FR. J. F. MARIÆ BERN. DE RUBEIS

DISSERTATIO

*DE IPSIUS THEOPHYLACTI ÆTATE, GESTIS, SCRIPTIS AC DOCTRINA,*

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

**BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,**

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS TERTIUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 44 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

Digitized by Google

# TRADITIO CATHOLICA.

*SÆCULUM XI, ANNUS* 1070.

# ELENCHUS

## AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXV CONTINENTUR.

### THEOPHYLACTUS BULGARIÆ ARCHIEPISCOPUS.


| | col. |
|---|---|
| Expositio in Epistolam I ad Timotheum. | 9 |
| Expositio in Epistolam II ad Timotheum. | 90 |
| Expositio in Epistolam ad Titum. | 142 |
| Expositio in Epistolam ad Hebræos | 186 |
| *Præfatio Bonifacii Finetti in tomum tertium Theophylacti* edit. Venet. | 406 |
| *Nuncupatio Sifani.* | 478 |
| *Nuncupatio altera ejusdem.* | 482 |
| *Argumentum libri Actorum una cum capitulis eorum.* | 483 |
| Expositio in Acta apostolorum. | 495 |
| Expositionis ejusdem textus alter ex codice Vaticano. | 850 |
| Expositionis ejusdem textus tertius ex codice Florentino. | 1062 |
| *Argumentum Epistolæ catholicæ S. Jacobi, cum indice capitum.* | 1131 |
| Expositio in Epistolam catholicam S. Jacobi. | 1134 |
| *Argumentum Epistolæ I S. Petri, cum capitulis ejusdem.* | 1190 |
| Expositio in Epistolam I S. Petri. | 1191 |
| *Argumentum Epistolæ II S. Petri cum capitum indice.* | 1254 |
| Expositio in Epistolam II S. Petri. | 1255 |


Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google

# ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
## ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ
ΤΗΣ
## ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ
*ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΠΡΩΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.*

—

# THEOPHYLACTI
BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI
*EPISTOLÆ PRIMÆ DIVI PAULI AD TIMOTHEUM EXPOSITIO.*

—

*Ὑπόθεσις τῆς πρὸς Τιμόθεον πρώτης Ἐπιστολῆς.*

*Τῶν τοῦ Παύλου μαθητῶν ὁ Τιμόθεος ἦν, καὶ οὕτω τις εὐδόκιμος, καὶ τῷ Παύλῳ προστετηκὼς, ὥστε καὶ περιτμηθῆναι ὑπ' αὐτοῦ ἐλέσθαι δι' οἰκονομίαν, καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις τὴν περιτομὴν ἀποκηρύσσοντος, καὶ Πέτρῳ δὲ αὐτῷ ἀντιστάντος περὶ αὐτῆς. Καὶ Παῦλος δὲ αὐτὸς πολλαχοῦ μαρτυρεῖ τῷ ἀνδρὶ τούτῳ πολλὴν τὴν ἀρετήν. Τούτῳ γράφει νῦν περὶ πολλῶν ἀναγκαίων* 1. [15]. *Ζητήσειε δ' ἄν τις, Τί δήποτε οὔτε Σίλᾳ, οὔτε δὲ Κλήμεντι, οὔτε Λουκᾷ, οὔτε ἄλλῳ τινὶ τῶν συντόντων αὐτῷ, πολλῶν ὄντων, γράφει, ἀλλὰ Τιμοθέῳ καὶ Τίτῳ μόνοις; Καὶ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ἐκείνους μεθ' ἑαυτοῦ ἔτι περιῆγε, τούτοις δὲ Ἐκκλησίας ἐνεχείρησεν. Ἔδει οὖν τούτους διὰ γραφῶν παρακαλεῖν, καὶ τὰ πρακτέα ἐξηγεῖσθαι* [16]. *Εἰ δὲ ζητοίης* [16a], *Τί δήποτε μὴ πρότερον ἐτελείωσε τούτους ἐν πάσῃ τῇ θείᾳ σοφίᾳ, καὶ τότε εἰς τὸ διδάσκειν κατέστησεν, ἀλλ' ἐγχειρίσας αὐτοῖς τὴν διδασκαλίαν, πάλιν γράφει καὶ καταρτίζει; μάθε πρῶτον μὲν, ὅτι οὐδεὶς τέλειος, κἂν διδάσκαλος καταστῇ, ἀλλὰ καὶ οὗτος δεῖται ἐν πολλοῖς ὁδηγίας ἀπὸ* [16] *τῶν τελεωτέρων· ἄλλως τε καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἄρτι συνισταμένης οὐ ῥᾴδιον ἦν τὸν ἐπίσκοπον πάντα αὐτὸν διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ διατυποῦσθαι. Ἔπειτα σκόπει διὰ πάσης τῆς ἐπιστολῆς, ὅτι οὐ τοιαύτη ἐστὶν ἡ πρὸς τὸν Τιμόθεον διδασκαλία, οἵα ἡ πρὸς τοὺς μαθητὰς, ἀλλ' οἵα διδασκάλῳ πρέπει.*

A **547** *Argumentum primæ Epistolæ ad Timotheum.*

*E Pauli discipulis Timotheus erat, atque adeo probatus et adjunctus Paulo, ut ab eo circumcidi elegerit per dispensationem, cum tamen ille aliis circumcisionem prohiberet, ipsique Petro hujus causa restitisset. Insuper ipse Paulus plerisque in locis viro huic magnæ virtutis testimonium perhibet. Isti nunc de variis rebus necessariis scribit. Quærat autem hic quispiam, quare neque Silæ, neque Clementi, neque Lucæ, nec alii cuipiam eorum qui cum ipso erant, cum multi essent, scribat, sed Timotheo Titoque solis? Potest igitur responderi, quod illos secum circumduxerit, istis autem Ecclesias commiserit. Consentaneum itaque erat hos scriptis admonere, et quæ agenda* B **548** *essent explicare. Si autem quæras, cur non hos prius in omni sapientia divina perfectos reddidisset, ac tum docendi muneri præficeret, sed postquam eis docendi munus commiserit, rursum illis scribat, ac perficiat? discas primum quidem, quod nemo perfectus sit, etiamsi doctor fuerit, sed et ipse in multis opus habeat institutione atque ductu a perfectioribus: maxime vero in Ecclesia jam recens constituta haud facile erat, ut episcopum per omnia ipsis verbis ipse informaret. Deinde, observa per universam Epistolam hanc, quod non sit talis ad Timotheum institutio, qualis ad discipulos esse solet, sed qualis præceptori convenit.*

Variæ lectiones*.

1. [15] ἀναγκαίων· ἐπιστέλλει δὲ ταύτην αὐτῷ τὴν ἐπιστολὴν ἀπὸ Λαοδικείας m. *Mittit autem ei hanc epistolam ex Laodicea.* [15a] εἰσηγεῖσθαι o. [16] ζητοῖεν o. [16a] παρὰ o.

* Littera o. Oxoniensem, *m.* S. Marci Veneti codicem designat.



Digitized by Google

# THEOPHYLACTI COMMENTARIUS

## IN PRIMAM EPISTOLAM AD TIMOTHEUM.

**549** CAPUT PRIMUM. A

VERS. 1. *Paulus Apostolus Jesu Christi, juxta mandatum Dei Servatoris nostri.* Quia legem est laturus Timotheo, sermonem fide dignum faciens, seipsum apostolum prædicat. Non enim mea, inquit, loquar, sed verba ejus, cujus sum legatus. Quare vide ne sis inobediens. Quia vero fingens erat apostoli dignitas, ne videatur arrogans ostentator, adjicit, *juxta mandatum Dei.* Non ipse, inquit, functionem hanc mihi arrogavi, verum inevitabile debitum mihi incumbit, ac Dominicum mandatum impleo. Istud enim, *secundum mandatum,* efficacius est illo, *vocatus.* Atqui Pater nusquam ei videtur mandasse, sed Christus. *Ad gentes,* inquit, *longinquas mittam te:* et rursus : *Cæsari oportet te sisti;* et, *Tum Spiritus, Segregate mihi* B *Paulum* [1] : attamen quæ Filii sunt et Spiritus, Patris esse dicit. Audi enim quæ sequuntur.

*Et Domini Jesu spei nostræ.* Viden' commune esse mandatum? Animadverte autem quomodo et David de Patre dicat : *Spes omnium finium terræ* [2]. Quin etiam et iste ipse Paulus alio in loco dicit : *Speravimus in Deum viventem* [3]; nunc autem Filius dicitur spes nostra : sic omnia tam Patris quam Filii sunt communia. Opportune autem hæc cognomina posuit, *Servatori et spei.* Quandoquidem enim præceptor ipse multis colluctetur difficultatibus (universum enim bellum in ipsum convertitur), quasi eo occumbente, etiam qui sub eo sunt facilius C cadant, juxta illud : *Percutiam pastorem, et dispergentur oves* [4] : Non oportet, inquit, succumbere animo : Servatorem enim habemus, non hominem, sed Deum ipsum et Patrem, qui cito nos a periculis liberabit : et si ab his statim servati non fuerimus, meliora tamen sperare oportet : spes enim nostra, quæ pudefieri non potest, Christus est. His enim duabus de causis pericula toleramus, vel quod celeriter ex iis conservamur, vel quia bona spe alimur.

VERS. 2. *Timotheo genuino filio in fide.* Hoc est, per fidem mihi genito. Nam præpositio, *in,* valet, *per :* perinde ac **550** alio in loco dicit : *Per Evangelium vos genui* [5]. Laudans autem eum, Non filius tantum es, inquit, sed et genuinus. Genui- D

ΚΕΦΑΛ. Α'.

*Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.* Ἐπειδὴ μέλλει νομοθετεῖν τῷ Τιμοθέῳ, ἀξιόπιστον τὸν λόγον ποιῶν, ἑαυτὸν ἀπόστολον ἀνακηρύττει. Οὐ γὰρ τὰ ἐμαυτοῦ, φησὶ, φθέγξομαι [17], ἀλλὰ τὰ τοῦ ἀποστείλαντος· ὥστε ὅρα μὴ παρακούσῃς. Ἐπεὶ δὲ μέγα ἦν τὸ τοῦ ἀποστόλου ἀξίωμα, ἵνα μὴ δόξῃ ἀλαζονεύεσθαι, ἐπήγαγε, *κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ.* Οὐκ αὐτὸς γὰρ, φησὶν, ἥρπασα τοῦτο, ἀλλ' ἀπαραίτητόν μοι χρέος ἐστὶ, καὶ ἐπίταγμα πληρῶ Δεσποτικόν. Τοῦ γὰρ, *κλητὸς* [18], τὸ, *κατ' ἐπιταγὴν,* ἐνεργέστερόν ἐστι. Καὶ μὴν οὐδαμοῦ ὁ Πατὴρ ἐπιτάξας φαίνεται αὐτῷ, ἀλλ' ὁ Χριστός· *Εἰς ἔθνη* γὰρ, φησὶ, *μακρὰν ἐγώ ἀποστελῶ σε·* καὶ αὖθις· *Καίσαρι δεῖ σε παραστῆναι·* καὶ, *Τὸ Πνεῦμα δὲ, Ἀφορίσατέ μοι* [19] *τὸν Παῦλον.* Ἀλλ' ὅμως τὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ Πατρὸς εἶναί φησιν. Ἄκουε γὰρ καὶ τῶν ἑξῆς.

*Καὶ Κυρίου Ἰησοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν.* Ὁρᾷς πῶς κοινὴ [20] ἡ ἐπιταγή; Ὅρα δὲ καὶ πῶς ὁ μὲν Δαυὶδ περὶ τοῦ Πατρὸς λέγει· *Ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς.* Καὶ αὐτὸς δὲ οὗτος ὁ Παῦλος ἀλλαχοῦ, ὅτι *Ἠλπίσαμεν ἐπὶ Θεῷ ζῶντι.* Νῦν δὲ ὁ Υἱὸς λέγεται ἐλπὶς ἡμῶν. Οὕτω πάντα κοινὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Εὐκαίρως δὲ τὰ ἐπώνυμα ταῦτα τέθεικε, τὸ, *Σωτῆρος,* καὶ τὸ, *τῆς ἐλπίδος·* ἐπειδὴ γὰρ ὁ διδάσκαλος πολλοῖς παλαίει ταῖς δυσχερείαις· πᾶς γὰρ ὁ πόλεμος ἐπ' αὐτὸν φέρεται, ὡς ἂν τούτου πεσόντος, εὐχερέστερον καὶ οἱ ὑπ' αὐτὸν πίπτωσι, κατὰ τό· *Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα·* Οὐ χρὴ, φησὶ, καταπίπτειν· Σωτῆρα γὰρ ἔχομεν, οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, ὃς ταχέως ἡμᾶς ἀπαλλάξει τῶν κινδύνων· κἂν μὴ ταχέως σωθῶμεν ἀπὸ τούτων, ἐλπίζειν γε χρὴ τὰ χρηστότερα. Ἡ γὰρ ἐλπὶς ἡμῶν ἀκαταίσχυντός ἐστιν ὁ Χριστός. Δυσὶ γὰρ τούτοις φέρομεν τοὺς κινδύνους, ἢ ταχέως ἀπ' αὐτῶν σωζόμενοι, ἢ ἐλπίσι χρηστοῖς τρεφόμενοι.

*Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει.* Τουτέστι, διὰ τῆς πίστεως γεννηθέντι μοι. Τὸ γὰρ *ἐν, διὰ,* ἐστίν· ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ λέγει· *Διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.* Ἐγκωμιάζων δὲ αὐτὸν, Οὐ τέκνον, φησὶν, εἰ μόνον, ἀλλὰ καὶ γνήσιον. Γνήσιον δὲ αὐτὸν

[1] Act. XXII, 1; XXVII, 27; XIII, 12. [2] Psal. LXIV, 6. [3] 1 Timoth. IV, 10. [4] Zach. XIII, 7. [5] 1 Cor. IV, 15.

Variæ lectiones.

[17] φθέγγομαι O. [18] ἐγκλήματος O. [19] παραστήσατε O. [20] καινὴ O.

Digitized by Google

λέγει, καὶ διότι Τιμόθεος τὴν πρὸς αὐτὸν ἔσωζεν ὁμοιότητα ὑπὲρ τοὺς λοιποὺς, καὶ ὅτι αὐτὸς ὁ Παῦλος αὐτὸν γνησίως ἠγάπα. Σοφώτατα δὲ ἔθηκε τὸ, *ἐν πίστει*, ἵνα ἐπὶ πλέον ἀλείψῃ τὸν Τιμόθεον πρὸς ταύτην [21]. Εἰ γὰρ ἐν ἀρχῇ τοσαύτην ἐνεδείξατο πίστιν, ὥστε διὰ ταύτης καὶ Παύλου υἱὸς χρηματίσαι καὶ γνήσιος, πολλῷ μᾶλλον νῦν ταύτῃ ὡπλίσθαι δεῖ, καὶ μὴ καταπίπτειν, μηδὲ θορυβεῖσθαι. Τοῦτο γὰρ πίστεως, τὸ θαρρεῖν περὶ τῶν μελλόντων.

A num autem ideo dicit, quod Timotheus præ cæteris ipsi simillimus erat : et quia ipsum Paulus genuina charitate prosequebatur. Sapientissime autem posuit, *in fide*, quo magis Timotheum ad hanc incitet. Si enim in principio tantam exhibuisset fidem, ut propter hanc et Pauli filius diceretur et germanus : multo magis nunc ea armatum esse oportet, et non animum despondere, neque turbari. Hoc enim fidei munus est, nempe de futuris confidere.

*Χάρις, ἔλεος, εἰρήνη.* Οὐδαμοῦ τῶν ἄλλων Ἐπιστολῶν ἔθηκε τὸν ἔλεον, ἀλλ' ἐνταῦθα μόνον, ἀπὸ πολλῆς φιλοστοργίας πλείονα ἐπευχόμενος τῷ παιδὶ, ἅτε δεδοικὼς ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τρέμων, ᾧγε καὶ περὶ τοῦ στομάχου ἐπέταττεν, ἅμα δὲ καὶ ὅτι πλείονος οἱ διδάσκαλοι δέονται τοῦ ἐλέους.

*Gratia, misericordia, pax.* Nusquam in aliis Epistolis posuit *misericordiam*, sed hic tantum, ex magno paterno affectu majora filio exoptans ; utpote metuens ei, ejusque nomine tremens, cui et de stomacho præcipiebat : atque etiam quod præceptores majore misericordia opus habeant.

*Ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου* [22] *ἡμῶν.* Πάλιν ἐνταῦθα παραμυθία. Εἰ γὰρ Πατὴρ ἡμῶν ὁ Θεὸς, ὡς τέκνων κήδεται· οὐκοῦν καὶ ἐλεήσει, καὶ χάριν δώσει, ὥστε πᾶσιν ἡμᾶς κεχαρισμένους εἶναι, καὶ εἰρήνην ἄγειν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν.

*A Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo Domino nostro.* Rursus hic est consolatio. Si enim Deus sit Pater noster, veluti liberorum nostri curam gerit : itaque et miserebitur nostri, gratiamque dabit, ut omnibus nos grati simus, ac pacem habeamus cum hostibus.

*Καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν.* Ὅρα τὸ ἐπιεικὲς, πῶς οὐ διδασκάλου, ἀλλ' ἱκέτου κέχρηται φωνῇ. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐπέταξα, ἀλλὰ, *Παρεκάλεσα.* Πρὸς γὰρ τοὺς ἡμετέρους μαθητὰς οὕτω διακεῖσθαι χρή· πρὸς δὲ τοὺς διεφθαρμένους καὶ τοὺς μὴ γνησίους, ἑτέρως. Παρακαλεῖ δὲ τοῦτον προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ. Οὐ γὰρ ἦρκει ἡ ἐπιστολὴ, ἣν ἐπέστειλεν αὐτοῖς Παῦλος. Πρὸς τὰ γράμματα γὰρ καταφρονητικώτερον ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι. Ἴσως δὲ καὶ πρὸ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτο ἦν. Ζητεῖται δὲ, εἰ νῦν ἐνίδρυσεν ἐκεῖ τὸν Τιμόθεον· καὶ ἔοικε τοῦτο. Φησὶ γὰρ ἑξῆς·

VERS. 3. *Sicut rogavi te, ut remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam.* Vide mansuetudinem ejus, quemadmodum non doctoris, sed supplicis voce usus sit. Non enim dixit, Mandavi ; sed, *Rogavi.* Erga nostros enim discipulos eo nos affectu imbutos esse oportet : ad perditos autem et non genuinos, secus. Rogat autem hunc ut remaneret Ephesi. Non enim sufficiebat Epistola quam ipsis scripserat Paulus : litteris enim minus curæ adhibere solent homines. Fortasse autem et hoc contigit priusquam eis Epistolam scriberet. Quæritur autem an nunc Timotheum illic episcopum constituerat. Quod quidem verisimile est. Nam deinceps dicit :

*Ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν.* Οὐκ εἶπεν, Ἵνα παρακαλέσῃς, ἀλλ', *Ἵνα παραγγείλῃς*, ὅπερ αὐστηρότερόν ἐστιν. Οὐκ εἶπε δὲ τούτους ὀνομαστὶ, ἵνα μὴ ἀναισχυντοτέρους ἐργάσηται τοῖς ἐλέγχοις. Ἑτεροδιδασκαλεῖν δὲ, τὸ ἑτέρας διδασκαλίας παρεισάγειν. Ἦσαν γὰρ πολλοὶ ἐξ Ἰουδαίων ψευδαπόστολοι, ἐπὶ τὸν νόμον ἕλκοντες, ἔρωτι δόξης, καὶ τῷ θέλειν καλεῖσθαι διδάσκαλοι.

*Ut denuntiares quibusdam ne aliter docerent.* Non dixit, Ut rogares, sed, *ut denuntiares*, quod austerius est. Non expressit autem hos nominatim, ne reprehensione impudentiores faciat. Aliter autem docere, est alia præcepta subintroducere. Fuerunt enim multi ex Judæis pseudapostoli, legi inclinantes præ gloriæ cupiditate, et quod cuperent salutari doctores ac præceptores.

*Μηδὲ προσέχειν μύθοις.* Μύθοις, οὐ τὸν νόμον φησὶν, ἀλλὰ τὰς παρατηρήσεις, καὶ τὰ παρακεχαραγμένα δόγματα.

VERS. 4. *Neque intenderent fabulis.* Fabulas non legem dicit, sed observationes et prava dogmata.

*Καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις.* Πάππους γὰρ καὶ προπάππους ἀπηρίθμουν, ἵνα δόξαν ἱστορίας ἔχωσιν. *Ἀπεράντοις* δὲ, ἢ ταῖς εἰς τοὺς ἄνω χρόνους ἀναβαινούσαις, ἢ ταῖς πέρας οὐδὲν ἐχούσαις χρήσιμον, ἢ εὐσύνοπτον, ἀλλὰ δυσπεριλήπτοις καὶ πολυτρόποις [23]. Εἰκὸς δὲ καὶ Ἕλληνας αὐτὸν ἐνταῦθα αἰνίττεσθαι. Οἱ γὰρ μῦθοι τούτων εἰσὶ, καὶ αἱ γενεαλογίαι, ὡς τοὺς θεοὺς αὐτῶν καταλεγόντων.

*Et genealogiis interminatis.* Avos enim et proavos enumerabant, ut historiæ gloriam sibi vindicarent. *Infinitis* **551** autem, vel quod ad priora tempora conscenderent, vel quia nullum finem utilem aut intellectu facilem haberent, sed quæ difficulter comprehendi possent, et quæ variæ et intricatæ essent. Verisimile est autem Græcos ipsum hic notare. Illorum enim fabulæ et genealogiæ sunt, quibus deos suos recensent.

Variæ lectiones

[21] ταῦτα o. [22] Θεοῦ o. [23] πολυπλόκοις o.

Digitized by Google

*Quæ quæstiones præstant magis quam ædificationem Dei quæ est in fide.* Hoc est, Deus quidem ordinavit omnia fide suscipienda fore; isti vero quæstiones suas subintroducentes, Dei ordinem dissolvunt. Vel quia Deus magna nobis donare voluit, ineffabilem etiam dispensationem circa nos exhibuit. Hanc igitur bonitatis ipsius dispensationem fides quidem recipit, genealogiæ vero nequaquam. Quæstiones enim subintroduxerunt, nempe, Quomodo possit hoc fieri? Quomodo credamus de futuris? Quæstio itaque fidem ejicit. Quare itaque Dominus dixit, *Quærite, et invenietis*[6]? et rursus, *Scrutamini Scripturas*[7]? At, *Quærite*, quidem de oratione dixit et ardenti desiderio: *Scrutamini*, vero, ut exactam illarum rationem addiscamus, probeque teneamus eas, ut ita tandem a petitione et inquisitione desistamus.

A

B

Vers. 5. *Finis autem præcepti est charitas ex corde puro.* Si præcipias, inquit, non aliter docere, hoc perficies, nempe charitatem. Quod si hanc inseruerit, omne perversum dogma peribit. Antea enim cum non esset dilectio, invidia erat; ex hac dominatus cupiditas; ex hac porro docendi ambitio nascebatur, indeque hæreses suboriebantur: nunc autem non sic. Charitatem autem sinceram postulat, non eam tantum quæ in verbis est, verum quæ ex corde, eoque puro, non fuco et hypocrisi adumbrato: quæ ex affectu et condolentia constet atque promanet

*Et conscientia bona, et fide non ficta.* Quia prædones prædones etiam diligunt: at enim isthuc non est ex conscientia bona, sed ex prava; neque ex fide non ficta. Qui enim sincere in Deum credit, non sustinet unquam a vera charitate excidere: siquidem ea omnes complectitur et fovet. Latro autem prætereuntes occidit: unde colligere poteris, eum qui charitate caret, neque fidelem esse.

C

Vers. 6. *De quibus quidem aberrantes, conversi sunt ad vaniloquium.* Ἀστοχεῖν de jaculatoribus dicitur, qui sine arte sagittas emittunt. Hic itaque, inquit, opus erat arte, ut recta collimarent, neque a scopo aberrarent. At enim nonnulli et a fide et a charitate aberrarunt, et propterea deflexerunt ad vaniloquium. Quomodo autem id contigerit, subdit.

D

**552** Vers. 7. *Volentes esse legis doctores.* Hoc est, languentes dominatus amore, gloriæque cupiditate insanientes. Non enim tales fuissent, si dilectionem habuissent et fidem.

*Non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* Hic reprehendit eos, tanquam ignorent qui sit scopus legis, et ad quod usque

Αἴτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκονομίαν Θεοῦ τὴν ἐν πίστει. Τουτέστιν, ὁ μὲν Θεὸς ᾠκονόμησε πίστει δέχεσθαι πάντα· οὗτοι δὲ ζητήσεις εἰσάγοντες, λύουσι τὴν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν. Ἢ ὅτι μεγάλα ἡμῖν δοῦναι ἠθέλησεν ὁ Θεὸς [25], καὶ ἄῤῥητον οἰκονομίαν πρὸς [26] ἡμᾶς ἐπεδείξατο. Ταύτην τοίνυν τὴν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ οἰκονομίαν ἡ πίστις μὲν παραδέχεται, αἱ δὲ γενεαλογίαι οὐδαμῶς. Ζητήσεις γὰρ παρεισῆγον [27]· Πῶς ἐνι τοῦτο γενέσθαι; Πῶς πιστεύσομεν περὶ τῶν μελλόντων; ἡ ζήτησις; τοίνυν ἐκβάλλει τὴν πίστιν. Πῶς οὖν ὁ Κύριο; εἶπε, *Ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε*; καὶ αὖθις, *Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς;* Τὸ μὲν ζητεῖτε, περὶ αἰτήσεως λέγει, καὶ πόθου σφοδροῦ· τὸ δὲ, *ἐρευνᾶτε*, τοῦτ' ἔστιν, ὥστε τὴν ἀκρίβειαν αὐτῶν καταμαθεῖν, καὶ εἰδέναι αὐτὰ; καὶ παύσασθαι αἰτήσεως ἤτοι ζητήσεως [27].

Τὸ τέλος δὲ τῆς παραγγελίας ἐστὶν ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας. Ἐὰν παραγγέλλῃς, φησὶ, μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, τοῦτο κατορθώσεις, τὴν ἀγάπην. Ἐὰν δὲ ταύτην ἐμφυτεύσῃς, πᾶν δόγμα διεστραμμένον οἰχήσεται. Πρότερον μὲν γὰρ οὐκ οὔσης ἀγάπης, φθόνος ἦν· ἐκ τούτου δὲ φιλαρχία· ἐκ δὲ ταύτης τὸ θέλειν διδάσκειν· κἀντεῦθεν αἱ αἱρέσεις· νῦν δὲ οὐχ οὕτως. Ἀγάπην δὲ ἀπαιτεῖ τὴν εἰλικρινῆ, τὴν οὐ μέχρι ῥημάτων, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ καρδίας, καὶ ταύτης καθαρᾶς καὶ μὴ τῇ ὑποκρίσει συνεσκιασμένης [28], ἀλλὰ [29] τὴν ἐκ διαθέσεως καὶ τοῦ συναλγεῖν συνισταμένην.

Καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς, καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου. Ἐπεὶ καὶ λῃσταὶ λῃστὰς; φιλοῦσιν· ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο ἐκ [30] συνειδήσεως ἀγαθῆς, ἀλλ' ἀπὸ φαύλης, οὐδὲ ἐκ πίστεως ἀνυποκρίτου. Ὁ γὰρ πιστεύων εἰλικρινῶς εἰς Θεὸν, οὐκ ἀνέχεταί ποτε τῆς ἀληθοῦς ἀγάπης; ἐκστῆναι [31]· ἐκείνη μὲν γὰρ πάντας περιπτύσσεται. Ὁ δὲ λῃστὴς τῶν περιόντων φονεύς. Κἀντεῦθεν δὲ συλλογίσῃ, ὅτι ὁ μηδὲ τὴν ἀγάπην ἔχων, οὐδὲ πιστός ἐστιν.

Ὧν τινες ἀστοχήσαντες, ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν. Τὸ, ἀστοχεῖν, ἐπὶ τῶν τοξευόντων ἀτέχνως λέγεται. Καὶ ἐνταῦθα οὖν, φησὶ, τέχνης μὲν ἔδει, ὥστε κατ' εὐθεῖαν βάλλειν [32], καὶ μὴ ἔξω τοῦ σκοποῦ. Ἀλλά τινὲς; ἠστόχησαν τῆς τε ἀγάπης καὶ τῆς πίστεως, καὶ διὰ τοῦτο ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν. Καὶ πῶς, ἐπάγει.

Θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι. Τουτέστι, φιλαρχίαν νοσοῦντες καὶ δοξομανίαν. Οὐκ ἂν δὲ ἦσαν τοιοῦτοι, εἴπερ ἀγάπην εἶχον καὶ πίστιν.

Μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. Ἐνταῦθα διαβάλλει αὐτοὺς ὡς μὴ εἰδότας τὸν τοῦ νόμου σκοπὸν, μηδὲ τὸν καιρὸν μέ-

[6] Matth. vii, 7. [7] Joan. v, 9.

## Variæ lectiones.

[25] δωρήσασθαι ἠθέλησεν ἡμῖν ὁ Χριστὸς o. [26] περὶ o. [27] ἀλήθειαν καταμαθεῖν, καὶ εἰδέναι αὐτὴν, καὶ παύσασθαι τῆς ζητήσεως o. [28] κεκαλυμμένης o. [29] καὶ o. [30] ἀπὸ o. [31] διεκστῆναι o. [32] λαλεῖν o.

Digitized by Google

χρι τίνος κύριος ἦν. Οὐκοῦν εἰ [33] ἐξ ἀγνοίας, ἀκατάκριτοί εἰσιν; Οὐδαμῶς· ἀπὸ γὰρ φιλαρχίας ἡ ἄγνοια, καὶ ἀπὸ τοῦ τὴν ἀγάπην μὴ κατέχειν. Θέλοντες γάρ, φησὶν, εἶναι νομοθέται καὶ νομοδιδάσκαλοι, ἀγνοοῦσιν. Ὥστε τῆς ἀγνοίας αὐτοὶ ἑαυτοῖς εἰσιν αἴτιοι. Περὶ τίνων δὲ διαβεβαιοῦνται; Ἴσως περὶ τῶν καθαρσίων καὶ τῶν ἄλλων σωματικῶν παρατηρημάτων.

*Οἴδαμεν δὲ ὅτι καλὸς ὁ νόμος, ἐάν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται.* Τουτέστιν, ἐάν τις μὴ μόνον ἐξηγῆται αὐτὸν διὰ ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἔργων τελειοῖ. Ὁ γὰρ τὰ τοῦ νόμου διδάσκων μὲν, μὴ ποιῶν δὲ, ἀνόμως κέχρηται τῷ νόμῳ. Ἢ καὶ ἑτέρως, νομίμως χρῆται τῷ νόμῳ ὁ δι' αὐτοῦ εἰς Χριστὸν ποδηγούμενος. Ὁ νόμος γὰρ μὴ ἰσχύων ποδηγῆσαι, ἤτοι δικαιῶσαι, παραπέμπει ἐπὶ [34] Χριστὸν, καὶ τοῦτο σκοπὸς αὐτῷ. Ὥστε τῷ νόμῳ χρᾶται νομίμως, τουτέστιν, ὡς αὐτὸς ὁ νόμος κελεύει, ὃς τὸν Χριστὸν προτιμᾷ τοῦ νόμου.

*Εἰδὼς τοῦτο, ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται.* Διότι οὐ περιμένει τὸ πρακτέον μαθεῖν ἀπ' αὐτοῦ. Οἶδε γὰρ τοῦτο, καὶ οὐδὲ κόλασιν δέδοικε. Δίκαιον δὲ νόει ἐντεῦθεν, τὸν κατωρθωκότα τὴν ἀρετήν· ὃς οὐ διὰ τὸν φόβον τοῦ νόμου, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν τήν τε πονηρίαν μισεῖ, καὶ τὴν ἀρετὴν περιπτύσσεται, καὶ μεῖζονα τοῦ νόμου κατορθοῖ, μὴ ἀξιῶν αὐτὸν παιδευτὴν ἔχειν, μάστιγας αὐτῷ ἐπανατεινόμενον· ἀλλ' ἀνδρεῖόν [35] τι φρονῶν, καὶ τὰ παιδικὰ ὑπερβαίνων, ὥσπερ καὶ ὁ ἰατρὸς τῷ τραύματα ἔχοντι καὶ τῷ νοσοῦντι ἡτοίμασται, οὐ τῷ ὑγιαίνοντι· καὶ ὁ χαλινὸς τῷ ἀτακτοῦντι ἵππῳ, οὐχὶ τῷ εὐηνίῳ.

*Ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς,* [36] *πατραλῴαις καὶ μητραλῴαις, ἀνδροφόνοις, πόρνοις, ἀρσενοκοίταις, ἀνδραποδισταῖς, ψεύσταις, ἐπιόρκοις.* Ἐπεξέρχεται κατ' εἶδος τὰ ἁμαρτήματα, ἵνα πείσῃ ἐπαισχυνθῆναι τὴν τοῦ νόμου ἐπιστασίαν. Ταῦτα δὲ πάντα ἦσαν Ἰουδαῖοι. Οἱ γὰρ συνεχῶς εἰδώλοις προσκυνοῦντες, οἱ τὰ τέκνα τοῖς δαίμοσι θύοντες, οἱ τὸν Μωσῆ λιθάζοντες, ὧν αἱ χεῖρες αἵματος πλήρεις, οὐκ ἀσεβεῖς καὶ ἀνδροφόνοι; Καὶ τἄλλα δὲ πάντα εὑρήσεις αὐτοὺς ὄντας, εἴγε τὰς ἱστορίας ἐπιλέγοις. Διὰ τοῦτο τοίνυν ἐδόθη αὐτοῖς ὁ νόμος, ἵνα ταύτας τὰς κακίας ἀναστείλῃ. Ὅ καὶ ἀλλαχοῦ λέγει· *Ὁ νόμος τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη.* Τοῖς δὲ δικαίοις, ἅτε μὴ πρὸς παραβάσεις βέπουσιν, ὁ νόμος οὐκ ἀναγκαῖος.

*Καὶ εἴ τι ἕτερον τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται.* Καίτοι καὶ τὰ εἰρημένα ἱκανὰ ἦν, ἀλλ' ὅμως καὶ κατὰ περίληψιν [37] εἶπε καθολικῶς, *Καὶ εἴ τι ἕτερον.* Δείκνυται δὲ ἐντεῦθεν, ὅτι ἀπὸ διεφθαρμένων

A tempus auctoritatem suam retineret. Si itaque ex ignorantia peccarunt, non merentur condemnationem? Haudquaquam: nam a cupiditate regnandi ignorantia proveniebat, et quia charitatem non retinebant. Volentes enim esse, inquit, legislatores, legisque doctores, ignorant: proinde ignorantiæ istius ipsi sibi sunt auctores. De quibus autem affirmant? Fortasse de purificationibus cæterisque corporalibus observationibus.

VERS. 8. *Scimus autem quod bona sit lex, si quis ea legitime utatur.* Hoc est, si quis eam non solum per verba explicet, sed per opera etiam perficiat. Nam qui docet quæ legis sunt, nec facit interim, illegitime usus est lege. Aut aliter, legitime utitur lege, qui per eam ad Christum ducitur.

B Lex enim cum non possit nos ducere recte, seu justificare, ad Christum nos remittit, atque hic est ipsi scopus. Quocirca lege utitur legitime, hoc est, quemadmodum ipsa lex jubet, qui Christum legi præfert.

VERS. 9. *Sciens hoc, quod justo non est lex posita.* Quia non expectat ut ab ea discat quid faciendum sit: hoc enim novit, nec supplicium metuit. Justum autem hic intellige, qui virtutem perficit: qui non metu legis, sed propter ipsam honestatem et malitiam odit, et virtutem complectitur, ac majora quam lex postulet, transigit, indigne ferens eam institutricem habere, quæ sibi flagra admoveat: sed virilem virtutem spirans,

C puerilia transcendit, perinde ac medicus vulnera habenti aut ægrotanti paratus est, non valenti probe: ac frenum inordinate se gerenti et inobedienti equo, non obtemperanti et mansueto necessarium est.

VERS. 9, 10. *Sed injustis et inobedientibus, impiis et peccatoribus, sceleratis et contaminatis, patricidis et matricidis, homicidis, fornicatoribus, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, perjuris.* Speciatim peccata explicat, ut legis præfecturam pudori esse persuadeat. Hæc autem omnia Judæi fuerunt. Qui enim frequenter idola adorabant, qui liberos suos dæmonibus immolabant, qui Mosem lapidibus petebant, quorum manus sanguine plenæ erant, nonne hi impii et homi-

D cidæ? Aliaque omnia revera in ipsis invenies, si historias perlustres. Propterea igitur data est illis lex, ut hujusmodi vitia comprimat: quod et alio **553** in loco dicit: *Lex prævaricationis gratia lata est.* Justis autem, quia ad transgressiones non declinant, lex non est necessaria.

*Et si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur.* Etsi quæ commemorata erant, satis certe fuerant, attamen per perilepsin generatim dixit, *Et si quid aliud.* Ostendit autem hic, quod ex corruptis

Variæ lectiones.

[33] αἱ ο. [34] εἰς ο. [35] ἀνδρικὸν ο. [36] *In codicibus impressis interseruntur hic,* ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις, *absunt a tribus mss. necnon a Chrysostomo.* [37] παράληψιν, καὶ, περίλειψιν ο.

Digitized by Google

dogmatis hujusmodi affectiones aditum accipiant : sanæ enim doctrinæ hæc omnia sunt contraria.

Vers. 11. *Secundum Evangelium gloriæ beati Dei.* Hanc ad rationem construe : Sanæ doctrinæ, quæ est secundum Evangelium. Gloriæ autem ipsum Evangelium appellat, propter eos qui ob persecutiones pudefiebant, et propter Christi passionem ; commonstrans ipsam Christi passionem et persecutiones esse gloriam et splendorem : vel quod præbeant futuram gloriam. Etiamsi enim præsentia, inquit, ignominiam habeant, futura tamen gloriam : atque hanc nobis annuntiat Evangelium ; omne enim evangelium futurorum est, non præsentium. Vel gloriam cultum Dei appellat, quem Evangelium nobis præmonstrat.

*Quod creditum est mihi.* Mihi, inquit, non pseudapostolis : horum enim Evangelium est ignominiæ, non gloriæ.

Vers. 12. *Gratiam habeo ei qui me confortavit in Christo Jesu Domino nostro.* Quia dixerat, *quod mihi creditum est*, ne videatur ideo gloriari, ad Deum totum refert, Illi, inquiens, gratia debetur, qui vires mihi dedit ut tale onus suscipere valeam : adversus enim quotidianas mortes consistere, non erat humanæ potentiæ. Hæc est vera humilitas : nostra vero humilitas in verbis, non in affectu mentis consistit.

*Quia fidelem me existimavit, ponens in ministerio.* Ne quis ex incredulis dicat, Si totum Dei est, et nihil a nobis affertur, curnam Paulum talem fecit, Judam vero non item ? hanc objectionem dluit, inquiens : Non simpliciter roboravit me, neque extra judicium, sed quia inventus sum fidelis. Neque sic tamen locutus est, verum, *Quia fidelem me putavit*, suam ipsius virtutem rursus contegens. Non enim assero, inquit, me fuisse fidelem, verum ille me talem existimavit. Unde hoc perspicuum ? Ex eo quod me posuit in ministerio : quomodo enim me posuisset, nisi aptitudinem in me vidisset ? Hanc ad rationem in familiis œconomi gratias agunt dominis, quod sibi crediderint ædium administrationem, atque hoc pro indicio accipiunt, quod aliis fideliores habentur. Insuper Deus etiam ipse de eo dicit, *Quoniam vas electionis mihi est,* **554** *ut portet nomen meum* [8]. Erat igitur idoneus ut portaret : accepit autem virtutem a Deo, ut opus isthuc perficeret. Qui enim gestaturus est magnum Christi nomen, ut ipsum infigat animis credentium per prædicationem, non exiguo robore indiget. Gestat autem ipsum, quisquis omnia illo digne et cogitat, et dicit, et facit : quemadmodum is qui hujusmodi non fuerit, haudquaquam etiam gestat : qui enim, cum neque Christum omnino in

δογμάτων τὰ τοιαῦτα πάθη λαμβάνει τὴν πάροδον· τῇ γὰρ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ταῦτα πάντα ἀντίκειται.

*Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς δόξης τοῦ μακαρίου Θεοῦ.* Οὕτω σύνταξον τοῦτο· τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, τῇ οὔσῃ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον. Δόξης δὲ αὐτὸ καλεῖ, διὰ τοὺς αἰσχυνομένους ἐπὶ τοῖς διωγμοῖς, καὶ ἐπὶ τῷ πάθει τοῦ Χριστοῦ, δεικνύων ὅτι δόξα ἐστὶ (Χριστοῦ) καὶ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ διωγμοί· ἢ καὶ διότι προξενεῖ τὴν μέλλουσαν δόξαν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ παρόντα, φησὶν, αἰσχύνην ἔχει, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα δόξαν. Καὶ ταύτην εὐαγγελίζεται ἡμῖν τὸ Εὐαγγέλιον· πᾶν γὰρ εὐαγγέλιον μελλόντων ἐστὶν, οὐ παρόντων. Ἢ δὲ καὶ τὴν λατρείαν τοῦ Θεοῦ φησιν, ἣν τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῖν εἰσηγεῖται.

*Ὁ ἐπιστεύθην ἐγώ.* Ἐγὼ, οὐχ οἱ ψευδαπόστολοι· τὸ γὰρ τούτων Εὐαγγέλιον, αἰσχύνης ἐστὶν, οὐ δόξης.

*Χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμοῦντί με ἐν Χριστῷ* [38] *Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.* Ἐπειδὴ εἶπεν, ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ, ἵνα μὴ δόξῃ κομπάζειν, ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸ πᾶν ἀνάγει, καί φησιν, ὅτι Ἐκείνῳ χάρις τῷ δόντι δύναμιν εἰς τὸ ὅλως ἰσχύσαι ἀναδέξασθαι τὸ τοιοῦτον [39] φορτίον. Τὸ γὰρ πρὸς τοὺς καθημερινοὺς θανάτους ἱστασθαι, οὐκ ἀνθρωπίνης δυνάμεως ἦν. Τοῦτο ἀληθὴς ταπεινοφροσύνη· τὸ δὲ ἡμέτερον ταπεινορρημοσύνη, οὐ ταπεινοφροσύνη.

*Ὅτι πιστόν με ἡγήσατο, θέμενος εἰς διακονίαν.* Ἵνα μήτις τῶν ἀπίστων εἴπῃ, ὅτι Εἰ τὸ πᾶν τοῦ Θεοῦ ἐστι, καὶ οὐδὲν παρ' ἡμῶν εἰσφέρεται, τί δήποτε Παῦλον μὲν τοιοῦτον εἰργάσατο [40], τὸν δὲ Ἰούδαν οὐκέτι ; ταύτην ἀναιρεῖ τὴν ἀντίθεσιν, καί φησιν, ὅτι Οὐχ ἁπλῶς οὕτως ἐνεδυνάμωσέ με, οὐδὲ ἀκρίτως, ἀλλὰ διότι εὑρέθην πιστός. Καὶ οὐδὲ οὕτως εἶπεν, ἀλλ', *Ὅτι πιστόν με ἡγήσατο*, πάλιν συσκιάζων τὸ ἑαυτοῦ κατόρθωμα. Οὐ λέγω γὰρ, φησὶν, ὅτι ἤμην πιστὸς, ἀλλ' ἐκεῖνός με ἡγήσατο τοιοῦτον. Πόθεν τοῦτο δῆλον ; Ἀπὸ τοῦ θέσθαι με εἰς διακονίαν. Πῶς γὰρ ἂν ἔθετό με, εἰ μὴ ἐπιτηδειότητα εἶδεν ἐν ἐμοί ; Οὕτω καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις οἰκονόμοι χάριν οἴδασι τοῖς κυρίοις αὐτῶν, τοῦ πιστευθῆναι τὴν οἰκονομίαν, καὶ σημεῖον τοῦτο τίθενται τοῦ πιστότεροι τῶν ἄλλων δοκεῖν. Καὶ ὁ Θεὸς δὲ περὶ αὐτοῦ φησιν, *Ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστι τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου.* Ἦν μὲν οὖν ἐπιτήδειος εἰς τὸ βαστάσαι· ἔλαβε δὲ δύναμιν παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὥστε καὶ τὸ ἔργον τελεῖν. Ὁ γὰρ βαστάζειν μέλλων τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ τὸ μέγα, ὥστε ἐγκαταθεῖναι αὐτὸ ψυχαῖς διὰ τοῦ κηρύγματος, πολλῆς ἰσχύος δεῖται. Βαστάζει δὲ τοῦτο, ὁ πάντα ἀξίως αὐτοῦ [41] καὶ φρονῶν καὶ λέγων καὶ πράττων· ὡς ὅγε μὴ τοιοῦτος, οὐ βαστάζει. Πῶς γὰρ, ὃς οὐδὲ ἔχει ὅλως ἐν ἑαυτῷ τὸν Χριστόν ; Τά τε οὖν ἄλλα πιστὸς [42] ἦν ὁ Παῦλος, καὶ καθὸ οὐδὲν ἐσφετε-

[8] Act. IX, 15.

## Variæ lectiones.

[38] ἐνδυναμ- με Χριστῷ O. [39] τηλικοῦτον O. [40] ἀπεδείξατο m. [41] πάντως ἀξ,—αὐτῷ O. [42] χρηστὸς O.

Digitized by Google

ρίζετο τῶν Δεσποτικῶν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ τὰ ἑαυτοῦ τῷ Δεσπότῃ ἀνετίθει. *Ἐκοπίασα*, φησὶ, *περισσοτέρως πάντων· οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλὰ ἡ χάρις*· καὶ πολλὰ ἄλλα τοιαῦτα.

A sese habeat? Tum in cæteris itaque fidelis erat Paulus, tum quatenus nihil herilium bonorum sibi vendicabat, sed potius quæ sua erant, Domino referebat accepta. *Laboravi enim*, inquit, *omnibus aliis abundantius: non ego autem, sed gratia*[9]: ac multa id genus alia.

*Τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον, καὶ διώκτην, καὶ ὑβριστήν.* Ὅρα πῶς ἐπαίρει τὸν ἔλεον τοῦ Θεοῦ, ἐξηγούμενος τὸν πρότερον αὐτοῦ βίον, Καὶ ὅταν μὲν περὶ Ἰουδαίων διαλέγηται, τῶν πάσης καταγνώσεως ἀξίων, οὐδὲν αὐτοῖς τοιοῦτον ἐπιτίθησι, περὶ ἑαυτοῦ δὲ τοιαῦτα καταλέγει· Οὐ μόνον, φησὶ, βλάσφημος ἦμην αὐτὸς, οὐδὲ μέχρι ἐμαυτοῦ ἵστην τὴν κακίαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς βουλομένους εὐσεβεῖν ἐδίωκον, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ ὑβριστικώτερον ἀποκεχρημένος τῷ πράγματι.

Vers. 13. *Qui prius blasphemus fui, et persecutor, et contumeliosus.* Expende hic quomodo extollat misericordiam Dei, vitam suam ante actam enarrans. Porro, ubi de Judæis disputat omni condemnatione dignis, nihil tale ad eos refert, de seipso autem talia recenset: Non solum blasphemus, inquit, eram ipse, neque ad me usque ipsum statuebam malitiam: sed etiam alios volentes pie vivere persequebar: nec simpliciter, sed contumeliose et violenter rem ipsam peragens.

B

*Ἀλλὰ ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ.* Δείκνυσιν ἑαυτὸν τιμωρίας ἄξιον· ὁ γὰρ ἔλεος ἐπὶ τοὺς τοιούτους γίνεται. Τίνος δὲ ἕνεκεν οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι οὐκ ἠλεήθησαν; Ὅτι οὐκ ἐξ ἀγνοίας ἡμάρτανον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα εἰδότες. *Πολλοὶ* γὰρ, φησὶν, *ἐκ τῶν Φαρισαίων ἐπίστευον μὲν, οὐχ ὡμολόγησαν*[13] *δέ· ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἢ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.* Καὶ ὁ Χριστὸς, *Πῶς δύνασθε*, φησὶ, *πιστεύειν, δόξαν παρὰ ἀνθρώπων λαμβάνοντες;* Καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ἔλεγον, *Ὁρᾶτε ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδὲν, ἴδε ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθε.* Πανταχοῦ γὰρ αὐτοὺς τὸ τῆς φιλαρχίας πάθος ἐνώχλει. Καὶ πάλιν αὐτοὶ εἶπον, ὅτι *Οὐδεὶς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός*· καὶ εὐθέως· ὁ Ἰησοῦς ἐποίησε τοῦτο, ὅπερ ἔφησαν εἶναι σημεῖον Θεοῦ. Πῶς οὖν οὐκ ἐπίστευσαν; ἄρα ἀγνοίας ταῦτα; Ἴσως δ' ἂν τις εἴπῃ, Ποῦ οὖν Παῦλος ἦν τότε; Παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ, οὐ τοῖς ὄχλοις ἀναμεμιγμένος· ὁ γὰρ Γαμαλιὴλ ἰδιοπράγμων ἄνθρωπος ἦν. Πῶς οὖν μετὰ ταῦτα ὁ Παῦλος ἐφυλάκιζεν; Ὅτι ἐώρα τὸ κήρυγμα αὐξανόμενον, καὶ ἐζήλου λοιπὸν ὑπὲρ τοῦ νόμου, ἐκεῖνο δὲ φιλαρχίας ἕνεκα. Πῶς δὲ ἀκριβὴς ὢν[14] τὰ νομικὰ, οὐκ ἔγνω Παῦλος διὰ τῶν Γραφῶν τὸν Χριστόν; Διὰ τοῦτο καὶ καταγινώσκει ἑαυτὸν ὅτι ἄγνοιαν ἐνόσησεν, ἣν ἡ ἀπιστία ἔτεκε· διὰ τοῦτο καὶ ἐλεηθῆναί φησιν.

*Sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Ostendit seipsum supplicio dignum: talibus enim misericordia solet obtingere. Quam vero ob causam reliquorum Judæorum non misertum erat? Quoniam non ex ignorantia peccaverunt, sed valde scientes. *Plerique* enim, inquit, *ex Pharisæis credebant quidem, attamen non confitebantur: gloriam enim hominum magis dilexerunt, quam gloriam Dei*[10]. Et Christus: *Quomodo potestis*, inquit, *credere, cum gloriam ab hominibus accipiatis*[11]? Quin et ipsi Judæi dicebant, *Videtis quod nihil proficitis; ecce mundus post ipsum abit.* Ubique enim eos regnandi libido vexabat ac turbabat. Ac rursus dixerunt isti: *Nemo potest remittere peccata, nisi solus Deus*[12]. Statim autem Jesus fecit hoc, quod dixerunt signum esse Dei. Quomodo igitur non crediderunt? nunquid hæc ignorantiæ sunt peccata? Fortasse autem quispiam dixerit: Ubi igitur Paulus tum erat? Ad pedes Gamalielis, non commixtus turbis. Gamaliel enim homo erat privata sua curans. Quomodo igitur postea Paulus in carcerem conjiciebat? Quia videbat verbum crescere, ac æmulabatur denique pro lege, illi autem regnandi cupiditate æstuabant. Quomodo autem Paulus, utpote in lege exacte institutus, Christum per Scripturas non cognovit? Propterea seipsum condemnat, quod ignorantiæ morbo laboravit, quam incredulitas peperit: propterea et misericordiam se consecutum ait.

C

**555**

*Ὑπερεπλεόνασε δὲ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Εἰπὼν πολλὰ καὶ μεγάλα περὶ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Χριστοῦ[15], ὅτι ἄξιον ὄντα τιμωρίας τῆς ἐσχάτης ἠλέησε· νῦν φησιν, ὅτι οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ υἱοθεσίας ἠξίωσε, καὶ ἀδελφὸν, καὶ υἱὸν, καὶ φίλον, καὶ συγκληρονόμον ἐποίησε· τοσοῦτον ἐπλεόνασεν ἡ χάρις τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ. Ἵνα δὲ μήτις εἴπῃ, Ὅτι πανταχοῦ ἡ χάρις, ἀνῄρηται τὸ λοιπὸν ἡ ἡμετέρα

D Vers. 14. *Superabundavit autem gratia Dei cum fide ac dilectione quæ est in Christo Jesu.* Cum et multa et magna de Christi clementia dixisset, quod ipsum extremo dignum supplicio miseratus sit, nunc ait: Non solum hoc, verum etiam filiorum adoptione dignatus est, et fratrem, et filium, et amicum, et cohæredem fecit, adeo exuberavit gratia clementiæ ipsius. Ne vero dicat aliquis, Quia ubique gratia est, sublata est igitur nostra

[9] I Cor. xv, 10. [10] Joan. xii, 42. [11] Joan. v, 44; xii, 19. [12] Luc. v, 21.

## Variæ lectiones.

[13] ὡμολόγουν o. [14] ἦν καὶ o. [15] Θεοῦ o.

Digitized by Google

voluntas, subdit, *Cum fide ac dilectione.* Fidem enim, inquit, attuli ego, credens quod possit me servare : et charitatem, quam etiam ipse in Christo Jesu acquisivi : dilectionis enim erga Deum Christus mihi conciliator est, non lex. Indicat autem cum fide charitatem simul adducendam : ex charitate enim mandatorum legis est peractio, sicut Dominus dixit : *Si diligitis me, mandata mea servate* [13].

A

Vers. 15. *Fidelis sermo, et omni acceptione dignus, quod Jesus Christus venit in mundum peccatores salvos facere.* Quia dixerat, Mei, cum persecutor essem, misertus est : Ne mireris, inquit, neque magnitudini doni et gratiæ diffidas : nam propter hoc ipsum venit in mundum, ut etiam omnes peccatores salvos faciat. Fidelis igitur sermo

B

dignusque qui suscipiatur. Non enim propterea quod magna sint quæ data sunt, ideo dignum est non credere : verum quia immensa est donantis bonitas, hinc dignum est, ut credamus et recipiamus. Hoc autem ad Judæos etiam, qui legi advertebant animum, extenditur, ut ostendat eis, quod sine fide non possint salvi esse.

*Quorum ego primus sum.* Quomodo cum alias dixisset, *Secundum justitiam legis factus inculpatus* [14], nunc primum peccatorum seipsum constituit? Quoniam cum justitia quæ est in Christo, justitia legis collata, peccatum est, ut cui nunc tempus non relinquatur. Quamdiu enim tempus suum habebat, tamdiu justitia erat ; perinde ac luna et lucerna nocte quidem lucent. Quando vero Christus tanquam sol illuxit, tunc ipsam occultavit : errat itaque et plane stultus est, qui sole splendente lucerna utitur. Alio autem in loco hoc etiam dicit : *Nam nec glorificatum est, quod claruit* [15].

C

Vers. 16. *Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Jesus Christus omnem longanimitatem, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam.* Vide ejus humilitatem. Propterea, inquit, misericordiam consecutus sum, Ut nemo deinceps peccatorum **556** desperet, sed bonam spem concipiat sibi condonari noxam, cum animadvertat Paulum, qui reliquis omnibus gravius peccasset, salvum esse factum. Per hoc vero ostendit seipsum non fuisse dignum condonatione, cæterum propter aliorum salutem se clementiam Dei consecutum esse. Non dixit autem, ut in me ostendat longanimitatem, sed, *omnem* ; perinde quasi dicat : Cum in immensum peccassem, omni misericordia indigebam, universaque ejus clementia, non parte ejus aliqua, ut ii qui ex parte peccatores sunt. *Ad informationem*, inquit : hoc est, ad exemplar, ad consolationem et adhortationem omnium qui credere velint.

D

Vers. 17. *Regi autem sæculorum, immortali, invi-*

προαίρεσις, ἐπάγει, *Μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης.* Πίστιν γὰρ, φησὶν, εἰσήνεγκα ἐγὼ, πιστεύσας ὅτι δύναταί με σῶσαι· καὶ ἀγάπην, ἣν καὶ αὐτὸς [16] ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐκτησάμην· τῆς γὰρ πρὸς Θεὸν ἀγάπης πρόξενός μοι ὁ Χριστὸς, οὐχ ὁ νόμος. Δείκνυσι δὲ ὅτι μετὰ πίστεως δεῖ καὶ ἀγάπην συνεισάγειν. Ἐξ ἀγάπης γὰρ ἡ τῶν ἐντολῶν κατόρθωσις, ὡς ὁ Κύριος εἶπεν· *Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσατε.*

*Πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὸν κόσμον ἦλθεν ἁμαρτωλοὺς σῶσαι.* Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι Διώκτην ὄντα με ἠλέησε, Μὴ θαυμάσῃς, φησὶ, μηδὲ ἀπιστήσῃς ἐπὶ τῷ μεγέθει τῆς δωρεᾶς. Καὶ γὰρ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ εἰς τὸν κόσμον ἦλθεν, ἵνα καὶ πάντας ἁμαρτωλοὺς σώσῃ. Πιστὸς οὖν ὁ λόγος, καὶ ἄξιος παραδέχεσθαι. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ μεγάλα ἐστὶ τὰ δεδομένα ἄξιόν ἐστιν ἀπιστεῖν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἄπειρος ἡ ἀγαθότης τοῦ δεδόντος, διὰ τοῦτο ἄξιον πιστεύειν καὶ παραδέχεσθαι. Τοῦτο δὲ καὶ πρὸς Ἰουδαίους τοὺς τῷ νόμῳ προσέχοντας ἀποτείνεται, ἵνα δείξῃ αὐτοῖς, ὅτι χωρὶς πίστεως οὐκ ἔστι [17] σωθῆναι.

*Ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ.* Πῶς ἀλλαχοῦ εἰπών· *Κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμεμπτος*, νῦν πρῶτον τῶν ἁμαρτωλῶν τάττει ἑαυτόν ; Διότι ὡς πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ δικαιοσύνην, ἡ ἐν τῷ νόμῳ δικαιοσύνη ἁμαρτία ἐστὶν, ἅτε καιρὸν νῦν μὴ ἔχουσα. Ἕως μὲν γὰρ εἶχε καιρὸν, δικαιοσύνη ἦν· ὥσπερ καὶ ἡ σελήνη καὶ ὁ λύχνος ἐν νυκτὶ φαίνουσιν. Ὅτε δὲ ὁ Χριστὸς ἐφάνη, ὥσπερ ἥλιος, τότε αὐτὴν ἀπέκρυψε· καὶ λοιπὸν ἁμαρτάνει καὶ ἀνόητός ἐστιν ὁ λύχνῳ χρώμενος, ἡλίου φαίνοντος. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ τοῦτό φησιν· *Οὐ γὰρ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον.*

*Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν, πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον.* Ὅρα ταπείνωσιν. Διὰ τοῦτο, φησὶν, ἠλεήθην, ἵνα μηδεὶς ἀπαγορεύῃ λοιπὸν τῶν ἡμαρτηκότων, ἀλλ' εὐέλπις ᾖ, ὡς τοῦ πάντων ἁμαρτωλοτέρου Παύλου σωθέντος. Δείκνυσι δὲ διὰ τούτου οὐδὲ ἄξιον ὄντα συγχωρήσεως ἑαυτὸν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἑτέρων σωτηρίαν τῆς φιλανθρωπίας ἀπολαύσαντα. Οὐκ εἶπε δὲ, Ἵνα ἐν ἐμοὶ ἐνδείξηται τὴν μακροθυμίαν, ἀλλὰ, τὴν *πᾶσαν*, ὡς ἂν εἰ τοῦτο λέγων· Ἄπειρα ἡμαρτηκὼς παντὸς ἐλέους ἐδεόμην, καὶ πάσης αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας, οὐ μερικῆς, ὡς οἱ ἐκ μέρους ἁμαρτωλοί [18]. *Πρὸς ὑποτύπωσιν*, φησὶ· τουτέστι, πρὸς ὑπόδειγμα, πρὸς παράκλησιν, πρὸς προτροπὴν [19] πάντων τῶν θελόντων πιστεύειν.

*Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ,*

[13] Joan. XIV, 15. [14] Philipp. III, 6. [15] II Cor. III, 10.

Variæ lectiones.

[16] αὐτὴν O. [17] ἔνεστι O. [18] ἁμαρτάνοντες O. [19] προκοπὴν O.

Digitized by Google

μόνῳ σοφῷ Θεῷ τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ἐπειδὴ περὶ τοῦ Υἱοῦ μεγάλα ἐφθέγξατο, καὶ ὅτι τοὺς ἀπεγνωσμένους σώζει, ἵνα μή τις νομίσῃ ἀποστερεῖσθαι [50] τὸν Πατέρα, ἀναφέρει καὶ αὐτῷ δόξαν. Ταῦτα δὲ πάντα κοινὰ καὶ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς βασιλεὺς τῶν αἰώνων. Εἰ γὰρ δημιουργὸς τῶν αἰώνων, πῶς οὐχὶ καὶ βασιλεύς, καὶ ἄφθαρτος, καὶ ἀόρατος τῇ θεότητι, καὶ μόνος σοφός; αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ σοφία τοῦ Πατρός. Ταῦτα δὲ καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος· *Μόνῳ γὰρ σοφῷ*, εἶπεν, οὐ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος· ἄπαγε· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἄγγελοι, καὶ ἄνθρωποι σοφίαν ἔχουσι, δείκνυσιν ὅτι αὐτὸς μόνος ἐστὶ κυρίως σοφός, ὡς πηγὴ καὶ αἴτιος σοφίας· ὅσα δὲ ἄλλα σοφίαν ἔχει κτίσματα, κατὰ μέθεξιν ἔχει ταύτην. *Τιμὴ* δὲ καὶ *δόξα*, οὐ διὰ ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πράξεων. Ἐκείνη μὲν γὰρ ἡμᾶς εὐγνώμονας μόνον δείκνυσιν· αὕτη δὲ καὶ μιμητὰς αὐτοῦ, ὃ καὶ μεῖζον. Καὶ τὴν διὰ ῥημάτων γὰρ δόξαν διὰ τοῦτο ἀπαιτεῖ, ἵνα αὐτὸν ἀγαπῶμεν, καὶ αὐτῷ προσέχωμεν, καὶ αὐτοῦ ὑπακούωμεν, κἀντεῦθεν αὐτοὶ ὠφελούμεθα, ὥσπερ καὶ ὁ τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς τὴν δόξαν θαυμάζων, ἑαυτὸν ὠφελεῖ, ἅτε γανυόμενος τῷ φωτὶ, καὶ ἀπολαύων αὐτοῦ πρὸς τὰ ἔργα· ὥσπερ ὁ ἀγνοῶν τοῦ φωτὸς τὴν δόξαν, ἑαυτὸν ἐζημίωσε, μὴ χρώμενος αὐτῷ εἰς ἐργασίαν.

*sibili, soli sapienti Deo honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Quia de Filio magna admodum locutus erat, et quod condemnatos servaret, ne quis putet Patrem hic sua gloria privari, ad illum etiam gloriam refert. Hæc autem omnia et ipsi Filio sunt communia : nam et ipse rex est sæculorum. Si enim sæculorum conditor, quomodo non rex, et immortalis, et invisibilis quoad divinitatem, solusque sapiens ? ipse namque est sapientia Patris. Hæc quoque de Spiritu dicuntur. *Soli* enim *sapienti* dixit, non ad discrimen Filii et Spiritus : apage : verum quia et angeli et homines sapientiam habent, ostendit eum solum proprie sapientem esse, quippe qui sit fons et auctor sapientiæ ; quæcunque autem aliæ creaturæ sapientiam habent, per participationem habent. *Honos* autem et *gloria*, non per verba tantum, verum etiam per opera. Illa enim gratos tantummodo nos ostendit, hæc vero imitatores ipsius efficit, quod majus est. Præterea gloriam in verbis propterea postulat, ut ipsum diligamus, eique attenti simus, ipsique obediamus, adeoque hinc ipsi commodum percipiamus : perinde ac qui solis jubar admiratur, sibimetipsi prodest, quia in lumine gaudet, illoque ad opera utitur : quemadmodum is qui ignorat luminis gloriam, seipsum damno afficit, cum non utitur eo ad operationem.

*Ταύτην τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι, τέκνον Τιμόθεε.* Ἐπειδὴ παραγγελίαν ἔφησεν, ἡ δὲ παραγγελία δεσποτικώτερον γίνεται, ἐπήγαγε, *Τέκνον Τιμόθεε.* Οὐ γὰρ αὐθεντικῶς, φησὶν, ἀλλ' ὡς τέκνῳ, ταῦτά φημι. Εἶπε δὲ καὶ τὸ, *παρατίθεμαι*, ἵνα δηλώσῃ τῆς φυλακῆς [51] τὸ ἀκριβὲς, καὶ ὅτι οὐχ ἡμέτερα ἃ ἔχομεν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ. Ὅπερ οὖν ἔδωκε, ταῦτα ὀφείλομεν φυλάττειν.

VERS. 18. *Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee.* Cum præceptum dixisset, præceptum autem herile magis sit, subintulit, *Fili Timothee.* Non enim cum auctoritate, inquit, sed ut filio hæc loquor. Dixit autem, *commendo*, ut exactam cautelam indicaret, et quod non sint nostra quæ habemus, sed Dei. Quæ igitur dedit, ista custodire debemus.

*Κατὰ τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ* [52] *προφητείας.* Τὸ τῆς διδασκαλίας καὶ ἱερωσύνης ἀξίωμα μέγα ὄν, τῆς τοῦ Θεοῦ δεῖται ψήφου, ὥστε τὸν ἄξιον δέξασθαι. Διὸ τὸ παλαιὸν ἀπὸ προφητείας ἐγίνοντο οἱ ἱερεῖς, τουτέστιν, ἀπὸ Πνεύματος ἁγίου, προφητεία γὰρ καὶ τὸ τὰ παρόντα λέγειν. Οὕτω καὶ ὁ Τιμόθεος ἠρέθη [53] ἐπὶ τὴν ἱερωσύνην. Ἐπεὶ δὲ καὶ προφητείας λέγει πολλὰς, ἴσως καὶ ὅτε προσελήφθη εἰς μαθητὴν ἐξ ἀρχῆς, καὶ ὅτε περιετμήθη, καὶ ὅτε ἐχειροτονήθη, πάντα μετὰ προφητείας ἐγένοντο. Φησὶν οὖν, ὅτι *παραγγέλλω σοι κατὰ τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ προφητείας*· τουτέστιν, ἀφορῶν πρὸς ἐκείνας, καὶ οἱονεὶ παρ' ἐκείνων διδασκόμενος τί δεῖ ποιεῖν σε, παραινῶ [54] σοι, ἵνα ἀξίως ἐκείνων περιπατῇς, καὶ μὴ καταισχύνῃς αὐτάς.

*Secundum præcedentes in te prophetias.* Doctrinæ et sacerdotii dignitas, utpote magna, Dei calculo indiget, ut is qui dignus est, illam suscipiat. Propterea **557** antiquitus a prophetia ereabantur sacerdotes, hoc est, a Spiritu sancto : prophetia enim est, præsentia etiam dicere. Hunc ad modum Timotheus ad sacerdotium electus erat. Quoniam vero prophetias multas esse dicit, fortassis et quando in discipulorum numerum primo adsciscebatur, et quando circumcidebatur, et quando eligebatur, omnia cum prophetia fiebant. Ait ergo, *Præcipio tibi juxta præcedentes in te prophetias* : hoc est, ad illas respiciens, et veluti ab eis doctus quid te facere deceat, adhortor te ut digne illis ambules, nec eas dedecore afficias.

*Ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς τὴν καλὴν στρατείαν.* Τί παραγγέλλω σοι; *Ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς*, τουτέστιν, ἵνα μὴ παρεξέλθῃς τοὺς νόμους αὐτῶν, ἀλλὰ καθὼς σε εἵλοντο αὗται, καὶ εἰς ὃ εἵλοντο, *ἵνα στρατεύῃ τὴν καλὴν στρατείαν.* Ἔστι γὰρ καὶ κακὴ στρατεία, ὅταν τις παριστᾷ τὰ μέλη ὅπλα τῇ

*Non imputetur ipsis.* Animadvertis quomodo parcat suis ? Atqui rem gravem admiserant familiares atque domestici ejus, adeoque cooperatores, cum deseruerunt eum. Non enim æquale habetur, C ab externis contemni et ab amicis. Attamen precatur ne istud imputetur eis, apud Deum videlicet, cum alias peccatum sit ingens, ac dignum quod imputetur.

Vers. 17. *Dominus autem mihi astitit.* Discipulo istud rursus est solatio : ostendit enim quod Deus non sinat eum gravia pericula sustinere, qui ab hominibus derelinquitur.

*Et confortavit me.* Hoc est, fiduciam dedit, nec permisit me succumbere.

**618** *Ut per me prædicatio impleatur.* Observa ingentem ejus humilitatem. Non enim quod dignus sim ejus dono, confortavit me, inquit, sed *ut prædicatio per me impleatur*, hoc est, stabiliatur, vel ad finem perveniat et impleatur : quemadmodum si quis purpuram ac diadema regium gestet, ac propter hæc servetur.

*Et audiant omnes gentes.* Hoc est, ut perspicua fiat et verbi gloria, et divinæ providentiæ de me cura.

*Ac liberabit me ex ore leonis.* Hoc est, Neronis. Istum enim leonem appellat, propter imperii ejus robur et invictas vires. Vide autem quam parum a morte abfuerit, cum in leonis fauces inciderit.

Vers. 18. *Et liberabit me Dominus ab omni opere*

Οὐκ εἶπε, Τιμώρησον, κόλασον (καίτοιγε ἐνῆν διὰ τῆς χάριτος τοῦ Πνεύματος ταῦτα ἐργάσασθαι), ἀλλὰ φυλάσσεσθαι, τουτέστιν ἐκκλίνειν, ἀναχωρεῖν ἀπ' αὐτοῦ κελεύει, τῷ Θεῷ παραχωροῦντα τῆς τιμωρίας.

*Ἀνθέστηκε γὰρ ἀνθέστηκε τοῖς ἡμετέροις λόγοις.* Τουτέστι, πολεμεῖ καὶ ἐναντιοῦται τοῖς τοῦ Εὐαγγελίου [46] λόγοις.

*Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον.* Πάλιν B ἑτέρους πειρασμοὺς διηγεῖται, ἵνα μᾶλλον ἀλείψῃ [47] τὸν μαθητήν. Πρώτην δὲ ἀπολογίαν ποίαν λέγει ; Παρέστη πρότερον τῷ Νέρωνι, καὶ διέφυγε τὸν θάνατον, ὥστε καὶ κηρύσσειν ἔκτοτε· ἐπεὶ δὲ τὸν οἰνοχόον αὐτοῦ κατήχησε, τότε ὑπερζέσας Νέρων τῇ μανίᾳ, ἀπέτεμεν αὐτόν. Ἀθυμίαν δὲ ἐμφαίνει τὸ, *Πάντες με ἐγκατέλιπον·* ὡσανεὶ ἔλεγε· Καὶ οἱ οἰκεῖοί μοι προέδωκαν, καὶ πάσης ἐστερήθην παραμυθίας. Ὥστε καὶ σὺ ἐν δεινοῖς καταλειφθεὶς ἔχε παραμυθίαν τὰ κατ' ἐμέ.

*Μὴ αὐτοῖς λογισθείη.* Ὁρᾷς πῶς φείδεται τῶν οἰκείων ; καίτοι ἔργον εἰργάσαντο δεινὸν οἱ οἰκεῖοι οἱ συνεργοί, ἐγκαταλιπόντες αὐτόν. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον παρὰ τῶν ἔξωθεν καταφρονηθῆναι, καὶ παρὰ τῶν οἰκείων. Ἀλλ' ὅμως εὔχεται μὴ λογισθῆναι αὐτοῖς τοῦτο, παρὰ Θεῷ δηλαδή, ἄλλως ἁμάρτημα ὂν μέγα, καὶ ἄξιον λογίζεσθαι.

*Ἀλλ' ὁ Κύριός μοι παρέστη.* Τοῦτο [48] πάλιν παραμυθία τῷ μαθητῇ· δείκνυσι γάρ, ὅτι τὸν παρὰ ἀνθρώπων ἐγκαταλειπόμενον οὐκ ἀφήσει τι δεινὸν παθεῖν ὁ Θεός.

*Καὶ ἐνεδυνάμωσέ με.* Τουτέστι, παῤῥησίαν ἐχαρίσατο, οὐκ ἀφῆκε καταπεσεῖν.

*Ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ.* Ὅρα τὴν πολλὴν αὐτοῦ ταπεινοφροσύνην. Οὐχ ὡς ἄξιον γάρ, φησὶ, τυχεῖν τῆς δωρεᾶς ἐνεδυνάμωσέ με, ἀλλ' *ἵνα τὸ κήρυγμα δι' ἐμοῦ πληροφορηθῇ*, τουτέστι D βεβαιωθῇ, ἢ εἰς πέρας ἔλθῃ καὶ πληρωθῇ· ὥσπερ ἂν εἴτις ἁλουργίδα καὶ διάδημα βαστάζοι, καὶ διὰ ταῦτα σώζοιτο.

*Καὶ ἀκούσῃ πάντα τὰ ἔθνη.* Τουτέστιν, ἵνα κατάδηλος πᾶσι γένηται καὶ τοῦ κηρύγματος ἡ δόξα, καὶ τῆς περὶ ἐμὲ προνοίας ἡ κηδεμονία.

*Καὶ ἐῤῥύσατό με ἐκ στόματος λέοντος.* Τουτέστι τοῦ Νέρωνος. Λέοντα γὰρ τοῦτόν φησι, διὰ τὸ ἰσχυρὸν αὐτοῦ τῆς βασιλείας καὶ ἀκατάπληκτον. Ὅρα δὲ πῶς παρὰ μικρὸν ἦλθεν ἀποθανεῖν, εἰς αὐτὸν τὸν φάρυγγα τοῦ λέοντος ἐμπεσών.

*Καὶ ῥύσεταί με ὁ Κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου*

Variæ lectiones.

[46] κηρύγματος o. [47] ὀξύνῃ m. [48] ἰδοὺ o.

Digitized by Google

πονηροῦ. Τότε μὲν τοῦ σωματικοῦ με θανάτου ἐξ- A *malo.* Tum quidem a corporali morte me eripuit : ἥρπασεν· ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς ἐκήρυξα, ἐλπίζω ὅτι ῥύσεταί με, οὐκέτι μὲν θανάτου σωματικοῦ, ἤδη γὰρ σπένδομαι, ἀλλὰ παντὸς ἁμαρτήματος, τουτέστιν, οὐκ ἐάσει με μαλακισθῆναι πρὸς τὸν θάνατον, ἀλλὰ δώσει μέχρις αἵματος ἀντικαταστῆναι πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, ὅπερ ἐστὶ ῥυσθῆναι τοῦ νοητοῦ λέοντος. Μείζων οὖν αὕτη ἡ σωτηρία, ὅτε δοκεῖ ἐκδεδόσθαι, ἢ ἡ πρότερον, ὅτε ἐξέφυγε.

posteaquam vero satis prædicaverim, spero quod liberabit me, non deinceps quidem a morte corporea, jam enim delibor, cæterum ab omni peccato : hoc est, non sinet me labefactari ad mortem, verum dabit mihi ut ad sanguinem usque resistam adversus peccatum, quod est liberari a spirituali leone. Major igitur hæc salus est, quando videtur esse traditus in mortem, quam prior, quando evasit.

*Καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον.* Τουτέστιν, ἐξαρπάσει με πάσης [49] ἁμαρτίας, ἐκεῖ δὲ φυλάξει. Τοῦτο γάρ ἐστι σωθῆναι εἰς τὴν βασιλείαν, τὸ ἐνταῦθα δι' αὐτὸν ἀποθανεῖν. *Ὁ μισῶν γὰρ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν.* Ἆρα ἡ ὄντως [50] σωτηρία αὕτη B ἐστὶν, ὅταν ἐκεῖ διαλάμπωμεν.

*Et salvum faciet in regnum suum cæleste.* Hoc est, eripiet me ex omni peccato, illic autem custodiet. Hoc enim est servari in regnum, nempe in hoc mundo propter eum mori. Nam *Qui odit animam suam, in vitam æternam custodiet eam* [56]. Proinde ista vera salus est, quando illic fulgebimus.

*ὯΙ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* Ἰδοὺ δοξολογία τοῦ Υἱοῦ, ὡς καὶ τοῦ Πατρός· οὗτος γὰρ ὁ Κύριος.

*Cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Ecce gloriam perinde Filio tribuit ac Patri : nam ipse est Dominus.

*Ἀσπάσαι Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν.* Οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν Ἀπολλὼ προσλαβόμενοι καὶ κατηχήσαντες, παρ' οἷς καὶ αὐτὸς Παῦλος κατήχθη [51], ὧν συνεχῶς μέμνηται. Προτίθησι δὲ τὴν γυναῖκα, ὡς πιστοτέραν καὶ σπουδαιοτέραν· καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἀπολλὼ αὕτη κατήχησεν· ἢ καὶ ἀδιαφόρως τοῦτο ποιεῖ. Τὸν δὲ ἀσπασμὸν ποιεῖται, ὁμοῦ μὲν παραμυθούμενος, ὁμοῦ δὲ καὶ τιμὴν καὶ ἀγάπην ἐνδεικνύμενος διὰ τούτου· τὸ δὲ μεῖζον, καὶ πολλῆς μεταδοὺς χάριτος. Ἀρκεῖ γὰρ καὶ ἀσπασμὸς μόνος τοῦ μακαρίου καὶ ἁγίου ἐκείνου, πολλῆς ἐμπλῆσαι χάριτος τὸν προσαγορευόμενον.

VERS. 19. *Saluta Priscillam et Aquilam.* Hi sunt qui Apollinem assumpserunt institueruntque, quorum hospitio et ipse Paulus usus est, quorum subinde meminit. Priori autem loco feminam ponit, ut quæ in fide magis enituerit, et fervention fuerit : nam et Apollinem ipsa instituerat in fide. Vel sine discrimine hoc facit. Salutationem porro texit, partim ut consolationem præbeat, partim ut honorem et charitatem per istam indicet : ac, quod majus est, multam gratiam per hanc impertiens. Sufficit enim vel sola beati sanctique illius salutatio multa gratia implere eum qui salutatur.

*Καὶ τὸν Ὀνησιφόρου οἶκον.* Τουτέστι, τοὺς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. Αὐτὸς γὰρ ἐν Ῥώμῃ ἦν, ἐπιμελούμενος Παύλου ἐν δεσμοῖς, ὡς προεῖρηται. Διὰ δὲ τῆς προσαγορεύσεως κἀκείνους προθυμοτέρους ποιεῖ, ὥστε τοιαῦτα μετιέναι.

*Et Onesiphori domum.* Hoc est, eos qui sunt in ædibus ejus. Nam ipse Romæ erat, Paulo in vinculis serviens, ut prædictum est. Per salutationem autem hanc ipsos promptiores reddit, ut alia hujusmodi aggrediantur.

*Ἔραστος ἔμεινεν ἐν Κορίνθῳ· Τρόφιμον δὲ ἀπέλιπον ἐν Μιλήτῳ ἀσθενοῦντα.* Ἐπεὶ τούτων οὐκ ἐμνήσθη, νῦν μέμνηται, καὶ δείκνυσιν ἑαυτὸν πάντοθεν μεμονωμένον, ὥστε ἐφέλκεσθαι τὸν Τιμόθεον τάχιον ἐλθεῖν. Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐκ ἰάσατο τὸν Τρόφιμον ἀσθενοῦντα; Ὅτι οὐ πάντα ἠδύναντο οἱ ἅγιοι, τοῦ Θεοῦ τοῦτο ποιοῦντος, ἵνα μὴ οἱ ἄνθρωποι αὐτοὺς θεοποιήσωσιν. Οὕτω καὶ Μωσῆς ἰσχνόφωνος γεγονὼς ἐκ νέου καὶ ὤν, οὐκ ἰάσατο ἑαυτὸν, οὐδὲ εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσῆλθεν, ἵνα μὴ θεὸς νομισθῇ. Οὕτω καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Παῦλος σκόλοπα εἶχεν. Ἡ δὲ Μίλητος τῆς Ἐφέσου ἐγγύς ἐστιν. Ἆρα οὖν ἢ ὅτε ἀπέπλεεν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν, ἀφῆκεν αὐτὸν ἐν Μιλήτῳ Παῦλος, ἢ μετὰ τὸ γενέσθαι ἐν Ῥώμῃ, πάλιν ἀνῆλθεν εἰς ταῦτα τὰ μέρη, οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν.

**619** VERS. 20. *Erastus mansit Corinthi : Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.* Quia horum nonnum meminit, nunc mentionem illorum facit, ostendens undique sese destitutum, ut attrahat ad se Timotheum, quo celerius veniat. Cujus autem rei gratia non curavit Trophimum ægrotantem ? Quia non omnia potuerunt sancti, Deo hoc faciente, ne homines ipsos deos faciant. Sic et Moses cum a puero gracilis et infirmæ vocis esset, non sanavit semetipsum, neque in terram promissionis ingressus est, ne deus existimaretur. Hunc ad modum ille ipse Paulus stimulum habebat. Miletus autem prope Ephesum est. Num igitur quando navigabat in Judæam, reliquerit ipsum Mileti Paulus, vel postquam Romam venisset, rursus in eas terras redierit, affirmare haud possumus.

*Σπούδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν.* Ἐπειδὴ πάν-

VERS. 21. *Festina ante hiemem venire.* Quia un-

[56] Joan. XII, 25.

Variæ lectiones.

[49] με ἀπὸ πάσης m. [50] ἆρα ἡ ἀμετάπτωτος, καὶ ὄντως m. [51] κατηχήθη o.



Digitized by Google

dique relictus sum, ut videre licet, matura adventum tuum. Non dixit autem, Priusquam morior ego : triste namque hoc erat : verum, Ne ab hieme prohibearis, et non videas me videlicet, etiamsi hoc non sit dictum.

*Salutat te Eubulus, et Pudens, et Linus.* Hunc Linum tradunt nonnulli secundum post Petrum Ecclesiæ Romanæ episcopum fuisse.

*Et Claudia.* Animadvertis quomodo et fœminæ servidæ fuerint, et crucifixæ mundo ? Sexus enim iste virili non est inferior, si velit. Etenim in rebus ad vitam conservandam necessariis plurimum conferunt ; quippe quæ domus curam susceperint, atque viros a curis liberent quo liberius civilia negotia tractent. Quinetiam, in spiritualibus temperantiam exercere magis possunt quam viri, et sanctificationem et puritatem exhibere, atque jejunium. Denique nihil omnino feminis obstat, quominus virtutem exercere queant, si modo velint.

*Et fratres omnes.* Non porro nominatim horum meminit : sed cum tot essent fideles, illorum duntaxat meminit nominatim, utpote qui magis inclarescebant, quippe quod excesserant jam ex hujus mundi rebus, spirituque ferventiores erant.

VERS. 22. *Dominus Jesus Christus cum spiritu tuo.* Ne doleas, inquit, quod discedam : Dominus enim tecum est. Nec dixit, tecum, sed, *cum spiritu tuo.* Duplex est auxilium, alterum gratiæ Spiritus, alterum Dei succurrentis ipsi gratiæ. Quin et aliud indicat, tum nimirum Dominum esse nobiscum, quando Spiritum ejus nobiscum habuerimus, non abigentes ipsum per malitiam.

*Gratia nobiscum. Amen.* Sibi ipse **620** tandem precatur, ut semper sit Deo gratus, gratiamque apud ipsum obtineat. Quemadmodum enim is qui imperatorem cernit, apudque eum gratiam obtinet, nihil triste sentit : hunc ad modum etsi amicis destituamur, et in pericula incidamus, nullius sensum percipiemus, si gratia ista nobis adfuerit atque muniverit. Hoc autem alia ratione contingere non potest, quam si placentia Domino operemur. Sicut enim in ædibus servi illi apud heros suos gratiam inveniunt, qui grata ipsis faciunt : eadem ratione unusquisque nostrum gratiam habebit apud communem Dominum, si quæ illius sunt curet. Sic enim illius providentiam per omnia consequetur. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

A τοθεν μεμόνωμαι, ὡς συνορᾷν ἔστι [51], σπούδασον ἐλθεῖν. Οὐ λέγει δὲ, πρὶν ἢ θανεῖν με, λυπηρὸν γὰρ τοῦτο, ἀλλ' ἵνα μὴ κωλυθῇς τῷ χειμῶνι, καὶ οὐκ ἴδῃς με δηλονότι, εἰ καὶ μὴ εἴρηται.

*Ἀσπάζεταί σε Εὔβουλος, καὶ Ποὺδης, καὶ Λῖνος.* Τοῦτον τὸν Λῖνον ἱστοροῦσί τινες δεύτερον μετὰ Πέτρον ἐπίσκοπον τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας γενέσθαι.

*Καὶ Κλαυδία.* Ὁρᾷς πῶς καὶ γυναῖκες διάπυροι ἦσαν καὶ θερμαὶ, καὶ ἐσταυρωμέναι τῷ κόσμῳ ; καὶ γὰρ οὐδὲν ἐλαττοῦται τὸ γένος τοῦτο τῶν ἀνδρῶν, ἐὰν θέλῃ. Καὶ ἐν τοῖς βιωτικοῖς γὰρ μεγάλα συμβάλλονται τῷ βίῳ · ἅτε τὴν οἰκουρίαν ἀναδεδεγμένα, καὶ τοὺς ἄνδρας ἀμερίμνως τὰ πολιτικὰ μετοχειρίB ζεσθαι παρασκευάζουσαι. Καὶ ἐν τοῖς πνευματικοῖς δὲ καὶ σωφροσύνην ἀσκῆσαι μᾶλλον δύνανται τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὸν ἁγιασμὸν καὶ κοσμιότητα ἐπιδείξασθαι καὶ νηστείαν. Καὶ ὅλως οὐδὲν ἐμπόδιον ταῖς θηλείαις πρὸς ἀρετὴν, ἐὰν βούλοιντο.

*Καὶ οἱ ἀδελφοὶ πάντες.* Οὐκέτι ὀνομαστὶ τούτων ἐμνήσθη · τοσούτων δὲ ὄντων πιστῶν, ἐκείνων μέμνηται ὀνομαστὶ μόνον, ὡς μᾶλλον λαμπόντων, ἅτε καὶ ἐκβεβηκότων ἔξω τῶν κοσμικῶν πραγμάτων, καὶ θερμοτέρων ὄντων.

*Ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τοῦ πνεύματός σου.* Μὴ ἄλγει, φησὶν, ὅτι ἀφίσταμαι · ὁ Κύριος γὰρ μετὰ σοῦ. Καὶ οὐκ εἶπε, μετὰ σοῦ, ἀλλὰ, *μετὰ τοῦ πνεύματός σου.* Διπλῆ ἡ βοήθεια, τῆς χάριτος C τοῦ Πνεύματος, καὶ τοῦ Θεοῦ βοηθοῦντος αὐτῇ [52]. Καὶ ἄλλως δὲ τοῦτο αἰνίττεται, ὅτι τότε ἐστὶν ὁ Κύριος μεθ' ἡμῶν, ὅτε καὶ τὸ Πνεῦμα μεθ' ἡμῶν ἔχομεν, μὴ διώξαντες αὐτὸ διὰ κακίας.

*Ἡ χάρις μεθ' ἡμῶν. Ἀμήν.* Καὶ ἑαυτῷ λοιπὸν ἐπεύχεται, ὥστε ἀεὶ εὐάρεστον [53] εἶναι τῷ Θεῷ, καὶ χάριν ἔχειν παρ' αὐτῷ. Ὥσπερ γὰρ ὁ τὸν βασιλέα ὁρῶν, καὶ χάριν ἔχων παρ' αὐτῷ, οὐδενὸς αἰσθάνεται λυπηροῦ · οὕτω κἂν τῶν φίλων ἀπολιμπανώμεθα, κἂν δεινοῖς περιπέσωμεν, οὐδενὸς αἴσθησιν ληψόμεθα, τῆς χάριτος ἐκείνης συνούσης καὶ τειχιζούσης ἡμᾶς. Τοῦτο δ' οὐκ ἂν ἄλλως γένοιτο, εἰ μὴ διὰ τοῦ ἐργάζεσθαι ἡμᾶς τὰ ἀρεστὰ τῷ Δεσπότῃ. Ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις ἐκεῖνοι τῶν δούλων χάριν εὑρίσκουσι παρὰ τοῖς δεσπόταις, οἱ τὰ ἀρεστὰ αὐτοῖς D ποιοῦντες · οὕτω καὶ ἡμῶν ἕκαστος χάριν ἕξει παρὰ τῷ κοινῷ Δεσπότῃ, ἐὰν τὰ ἐκείνου μεριμνᾷ. Οὕτω γὰρ τῆς ἐκείνου προνοίας διὰ πάντων ἐπιτεύξεται. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

## Variæ lectiones.

[51] ἔνεστι o. [52] αὐτοῦ o. [53] εὐχαρίστους καὶ εὐαρέστους o.

Digitized by Google

# ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

## ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΤΙΤΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

# THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

## EPISTOLÆ DIVI PAULI AD TITUM EXPOSITIO.

A

Ὑπόθεσις τῆς πρὸς Τίτον Ἐπιστολῆς.

Τῶν Παύλῳ συνόντων δοκιμώτατος ὁ Τίτος ὤν, ἐπίσκοπός τε τῆς Κρήτης μεγάλης οὔσης, δι' αὐτὸ τοῦτο κεχειροτόνητο, καὶ τοσούτων ἐπισκόπων κρίσιν [55] καὶ χειροτονίαν ἐπετράπη. Καὶ τὰ ἐλλείποντα δὲ ἀναπληρῶσαι, ὡς δοκιμώτατος [56] πάντως προστάττεται διὰ ταύτης τῆς Ἐπιστολῆς, ἣν γράφει Παῦλος αὐτῷ πρὶν ἢ δεθῆ [57], καὶ ἐν ἀδείᾳ ὤν. Οὐδαμοῦ γὰρ πειρασμῶν ἐνταῦθα μέμνηται. Ὅθεν δοκεῖ μοι καὶ πρότερον εἶναι τῆς πρὸς Τιμόθεον· ἐκείνην γὰρ πρὸς τῷ τέλει ὢν ἔγραψε. Συνεχῶς δὲ μνημονεύει ἐνταῦθα τῆς χάριτος, δι' ἧς ἐσώθημεν, ἱκανὴν τοῦτο εἰδὼς παράκλησιν. Ὁ γὰρ ἀναμνησθεὶς τίς ὢν πρότερον [58], τίνων ἠξιώθη μετὰ ταῦτα δωρεῶν [59] καὶ χάριτος, σπουδάσει πάντως μὴ παροργίσαι τὸν εὐεργέτην. Ἀποτείνεται δὲ καὶ πρὸς Ἰουδαίους. Εἰ δὲ ὁλόκληρον τὸ γένος ὑβρίζει, μὴ θαυμάσῃς. Οὐ γὰρ ὡς ὑβριστὴς, ἀλλ' ὡς ἐραστὴς τοῦ Θεοῦ καὶ ζηλωτὴς τοῦτο ποιεῖ, ὥσπερ καὶ ὁ Χριστὸς μυρία ἠλοιδόρει τοῖς Γραμματεῦσιν, οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅτι τοὺς ἄλλους ἀπώλλυον. Βραχεῖαν δὲ ποιεῖ τὴν Ἐπιστολὴν, ἵνα κἀντεῦθεν τοῦ Τίτου μάθωμεν. Ὁ τοιοῦτος γὰρ οὐ δεῖται πολλῶν λόγων, ἀλλ' οἷον ὑπομνήσεώς τινος [60].

**621** *Argumentum Epistolæ ad Titum.*

*Inter omnes qui cum Paulo versati sunt, probatissimus cum esset Titus, episcopus propterea Cretæ, magnæ illius insulæ, electus est, totque episcoporum cum judicium tum ordinatio ei demandata est. Porro quæ desint, replere ipse, ceu omnino probatissimus, per hanc jubetur Epistolam, quam scripsit ei Paulus priusquam vinctus teneretur, cumque adhuc extra metum consisteret. Nusquam enim tentationum hic meminit. Unde hæc mihi videtur prior esse ea quam ad Timotheum dedit: nam illam scripsit, cum proxime finem esset. Frequenter autem hic gratiæ meminit, qua servati sumus, sufficientem isthanc consolationem esse sciens. Qui enim apud sese reputat quisnam olim* **622** *fuerit, et quantis sit postea donatus et donis et gratia, dabit operam omnino ne ad iracundiam provocet benefactorem. Invehitur autem adversus Judæos. Quod si vero universum genus contumeliose insectatur, ne mireris. Non enim ut contumeliosus, cæterum veluti amore ac zelo Dei percitus, hoc facit: perinde ac Christus innumeris modis Scribis conviciabatur, non suo nomine, sed quia alios perdebant. Brevem autem conscribit Epistolam, ut vel hinc Titi virtutem discamus. Nam hujusmodi vir multis verbis non indiget, sed veluti admonitione quadam.*

B

Variæ lectiones.

[55] χρίσις m. [56] δόκιμος o. [57] δεθῆναι o. [58] πρώην o. [59] δωρεὰν καὶ χάριτι, καὶ, κατὰ δωρεὰν καὶ χαριτι o. [60] τινος. Ἐπιστέλλει δὲ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν αὐτῷ ἀπὸ Νικοπόλεως m. *Mittit autem hanc epistolam a Nicopoli.*

Digitized by Google

# THEOPHYLACTI COMMENTARIUS

## IN EPISTOLAM AD TITUM.

### 623 CAPUT I.

A

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Vers. 1. *Paulus servus Dei, apostolus autem Jesu Christi.* Indiscriminatim hæc posuit, alias quidem servum Christi, apostolum autem Dei: nunc vero vice versa. Nullam enim novit differentiam inter Patrem et Filium.

*Παῦλος δοῦλος Θεοῦ, ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ἀδιαφόρως ταῦτα τίθησι, ποτὲ μὲν δοῦλον Χριστοῦ, ἀπόστολον δὲ Θεοῦ, νῦν δὲ τὸ ἀνάπαλιν. Οὐδεμίαν γὰρ οἶδε διαφορὰν μεταξὺ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ.

*Secundum fidem electorum Dei, et agnitionem veritatis quæ est secundum pietatem.* Multipliciter hoc intelliges, vel quod apostolus sum, ut electi per me credant: vel quod sim factus apostolus, non ob mea merita, verum quod ita Deo placuerit ut crederet mihi electos suos. Quocirca totum est gratiæ ejus qui concredidit mihi hoc munus, et non quod dignus sim, sed propter electos accepi dignitatem hanc. Deinde ut ostendat quod et nos aliquid conferre oporteat, intulit, *et agnitionem veritatis*, hoc est, eo quod agnovi veritatem dogmatis hujus, propterea mihi concreditum est. Imo vero ne agnitio quidem nostra est, sed vel ejusdem ipse etiam auctor est. Prius enim agniti sic agnoscimus. Vel quia credidi, perinde ac reliqui electi, agnovique veritatem. Ad discrimen porro Judaicarum cæremoniarum dixit, *veritatis*. Illæ namque non sunt veritas, neque tamen mendacium, verum typus et umbra sunt. Et quia nos electos dicit, istos sane tollit. Etsi enim olim illi fuerunt electi, jam tamen non sunt. Observa autem primo loco fidem occurrere, deinde ab hac cognitionem emergere, non a rationibus. Porro cum dixisset, *veritatis*, addidit, *quæ est secundum pietatem*, eo quod in mundanis etiam rebus vera sit cognitio. Exempli gratia: Agriculturam aliquis et architecturam vere novit. De illa vero veritate ei hic non est sermo, verum de ea quæ est secundum pietatem.

B

*Κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ, καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν.* Πολλαχῶς τοῦτο νοήσεις, ἢ ὅτι ἀπόστολός εἰμι πρὸς τὸ πιστεῦσαι τοὺς ἐκλεκτοὺς δι' ἐμοῦ· ἢ ὅτι ἀπόστολος προεχειρίσθην, οὐ καθ' ὃ κατώρθωτά τι, ἀλλὰ καθ' ὃ ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς πιστεῦσαί μοι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ. Ὥστε τὸ πᾶν τῆς τοῦ [πνεύματος] πιστεύσαντος χάριτός ἐστι· καὶ οὐχ ὡς ἄξιος, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς ἔλαβον τὸ ἀξίωμα τοῦτο. Εἶτα, ἵνα δείξῃ ὅτι καὶ ἡμᾶς συνεισφέρειν τι δεῖ, ἐπήγαγε, *καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας*· τουτέστι, διότι ἐπέγνων τὴν ἀλήθειαν τοῦ κτήσαντος καὶ] τοῦ δόγματος, διὰ τοῦτο ἐνεπιστεύθην. Μᾶλλον δὲ, οὐδὲ ἡ ἐπίγνωσις ἡμῶν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τούτου αὐτοῦ αἴτιος αὐτός. Πρότερον γὰρ ἐπιγνωσθέντες οὕτως ἐπιγινώσκομεν. Ἢ ὅτι ἐπίστευσα καθάπερ οἱ λοιποὶ ἐκλεκτοὶ καὶ ἐπέγνων τὴν ἀλήθειαν. Πρὸς ἀντιδιαστολὴν δὲ τῶν Ἰουδαϊκῶν εἶπε, *τῆς ἀληθείας*. Ἐκεῖναι γὰρ οὐκ ἀλήθεια, οὐ μὴν οὐδὲ ψεῦδος, ἀλλὰ τύπος καὶ σκιά· καὶ διὰ τοῦ ἐκλεκτοὺς δὲ εἰπεῖν ἡμᾶς, ἐκείνους καθαιρεῖ. Εἰ γὰρ καὶ ἦσαν ποτὲ, ἀλλ' οὐκ ἔτι. Ὅρα δὲ ὅτι πρῶτον ἡ πίστις, εἶτα ἀπὸ ταύτης ἡ ἐπίγνωσις, καὶ οὐκ ἀπὸ λογισμῶν. Εἰπὼν δὲ, *ἀληθείας* [61], προσέθηκε, *τῆς κατ' εὐσέβειαν*, διότι καὶ ἐν βιωτικοῖς πράγμασίν ἐστι γνῶσις ἀληθής. Οἷον, οἷδέ τις ἀληθῶς τὰ γεωργικὰ, ἢ τὰ τεκτονικά. Οὐ τοίνυν περὶ ἐκείνης τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ τῆς κατ' εὐσέβειαν ὁ λόγος.

C

Vers. 2. *In spem vitæ æternæ.* Dinumeratis beneficiis quibus in præsenti sæculo nos exornavit Deus, recenset simul jam quæ in futuro daturus sit. Siquidem ipsa veritatis cognitio magnæ nobis beneficentiæ loco est, qui liberati sumus ab errore. Is vero pro hac ipsa compensationem nobis largitur vitam æternam. Quia enim agnovimus ipsum, inquit, vitam pariter sempiternam speramus. **624** Animadvertis qui ex ipso statim exordio beneficia Dei recenseat, ut et ipsum episcopum, imo potius discipulos ejus promptiores reddat ut benefactori complaceant? Porro cum ait, *in spem vitæ æternæ*, Judaicos ritus concutit. Illi enim vitam præsentem pro mercede habebant.

D

*Ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου.* Εἰπὼν πόσα πρὸς τὸ παρὸν εὐηργέτησεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, λέγει καὶ ὅσα ἐν τῷ μέλλοντι δώσει. Καὶ αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ ἐπίγνωσις τῆς ἀληθείας, μεγίστη ἡμῖν εὐεργεσία ἀπαλλαγεῖσι τῆς πλάνης· ὁ δὲ καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ταύτης ἀμοιβὴν ἡμῖν δίδωσι ζωὴν αἰώνιον. Διότι γὰρ ἐπέγνωμεν αὐτὸν, ἐλπίζομεν, φησὶ, καὶ ζωὴν αἰώνιον. Ὁρᾷς πῶς εὐθὺς ἐκ προοιμίων τὰς εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ καταλέγει, ἵνα καὶ αὐτὸν τὸν ἐπίσκοπον, καὶ μᾶλλον τοὺς μαθητευομένους προθυμοτέρους ποιήσῃ εἰς τὸ ἀρέσκειν τῷ εὐεργέτῃ; Ἐν τῷ εἰπεῖν δὲ, *ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου*, τὰ Ἰουδαϊκὰ διασαλεύει. Ἐκεῖνοι γὰρ τὴν παροῦσαν ζωὴν εἶχον ἀντιμισθίαν.

Variæ lectiones.

[61] τὴν ἀλήθειαν ο.

Digitized by Google

*Ἣν ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς Θεὸς πρὸ χρόνων αἰωνίων.* Εἰ ἀψευδής, πάντως δώσει ἃ ἐπηγγείλατο, καὶ μετὰ θάνατον. Ἄνωθεν δὲ, φησὶ, ταῦτα προώρισε, καὶ οὐκ ἐκ μεταμελείας· οὐδὲ ἐπειδὴ Ἰουδαῖοι οὐ προσῆλθον, διὰ τοῦτο ἡμῖν ταῦτα δίδωσιν, ἀλλ' ἄνωθεν οὕτω τετύπωντο [60], καὶ πρὸ τῶν αἰώνων ἡμᾶς ἠγάπησεν. Εὐγενείας δὲ ἀπόδειξις, τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀγαπᾶσθαι [61] ἡμᾶς.

*Ἐφανέρωσε δὲ καιροῖς ἰδίοις τὸν λόγον αὐτοῦ ἐν κηρύγματι.* Ἵνα μή τις εἴπῃ, Διά τί τὰ πρὸ χρόνων αἰωνίων ὡρισμένα ἀνεβάλλετο δοῦναι; φησὶν ὅτι οἰκονομίας χάριν, καὶ τοῦ εὐκαίρως ποιῆσαι. Καιρὸν γὰρ τὸ εὔκαιρον οἶδεν ἡ Γραφὴ, ὡς τὸ, *Καιρὸς τοῦ ποιῆσαι τῷ Κυρίῳ.* Ἰδίοις οὖν, φησὶ, καιροῖς, τουτέστι τοῖς ἁρμόζουσι τοῖς ὠφειλημένοις. Τί δὲ ἐφανέρωσε; Τὸν λόγον, φησὶν, αὐτοῦ, τουτέστι τὸ Εὐαγγέλιον. Πῶς; Ἐν κηρύγματι, τουτέστι φανερῶς, μετὰ παῤῥησίας. Ὁ κηρύσσων οὔτε προστίθησιν, οὔτε ὑφαιρεῖ [62]· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἃ προσετάγημεν, ταῦτα κηρύττομεν, μόνον μέντοι ἐν ἐπηκόῳ πάντων, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς εἶπε· *Κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων*, διὰ τοῦ τρόπου καὶ τοῦ τόπου τὸ εὐπαῤῥησιαστον τοῦ δόγματος παριστῶν. Σκόπει δὲ ὅτι ἡ μὲν ἀκολουθία ἀπήτει εἰπεῖν οὕτως· Ἐφανέρωσε δὲ καιροῖς ἰδίοις αὐτὴν, τουτέστι τὴν αἰώνιον ζωήν· ὁ δὲ οὐχ οὕτως ἐπήγαγεν, ἀλλ', *ἐφανέρωσε τὸν λόγον αὐτοῦ.* Εἰκότως. Τὸ Εὐαγγέλιον γὰρ πάντα περιέχει, καὶ τὰ πρὸς τὸ παρὸν ἡμῖν δοθέντα, οἷον τὴν εὐσέβειαν, τὴν πίστιν, τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὰ ἐν τῷ μέλλοντι, ἤγουν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. Τινὲς δὲ λόγον αὐτὸν τὸν Υἱὸν ἐνόησαν.

*Ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ, κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ.* Ὅπερ, φησὶ, κήρυγμα ἐπιστεύθην ἐγώ. Εἰ τοίνυν ἐπιστεύθην, οὐ δεῖ με ἀνάξια τοῦ ἐμπιστεύσαντός μοι φρονεῖν, οὐδὲ ἀκχίζεσθαι ἢ δυσχεραίνειν πρὸς τὸ πιστευθέν. Ἀλλὰ καὶ *κατ' ἐπιταγήν* μοι τοῦτό ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, καὶ ἄκων ἀναγκάζομαι τοῦτο ἐργάζεσθαι. Τῶν γὰρ πρακτέων τὰ μὲν κατ' ἐπιταγὴν γίνονται, τὰ δὲ κατὰ προτροπήν· οἷον τὸ, *Διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου*, ἐπίταγμά ἐστι, καὶ ὁ μὴ ποιῶν κολάζεται· τὸ δὲ, *Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα* [ἂν θέλῃς], καὶ τὸ, *Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω*, προτροπαί εἰσι, καὶ ὁ μὴ ποιῶν, οὐ κολάζεται. Ἐγὼ τοίνυν, φησὶν, ἐπιστεύθην τὸ κήρυγμα κατ' ἐπιταγὴν, τουτέστιν, ὥστε αὐτὸ ποιεῖν ἀναγκαίως. *Οὐαὶ γάρ μοι*, φησὶν, *ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι.* Καὶ οὐ φιλαρχίας ἐστὶ τοῦτο, ἀλλὰ ἀνάγκης. Τίνος δὲ ἡ ἐπιταγή; *Τοῦ Σωτῆρος Θεοῦ.* Ὥστε ἐπεὶ ὁ βουλόμενος σώζεσθαι ἡμᾶς Θεὸς ταῦτα ἐπέταξε, πῶς οὐχ ὑπουργήσω εἰς σωτηριώδη πρᾶξιν;

*Quam promisit qui non mentitur Deus, ante tempora sæcularia.* Si verax est, omnino dabit quæ promisit, etiam post mortem. Ab æterno autem hæc decrevit, et non ex consilii mutatione. Neque quia Judæi Christo non accesserunt, propterea nobis ista dedit, verum ab æterno sic destinatum erat, ac ante sæcula dilexit nos. Est autem ingenuitatis nostræ demonstratio, quod a principio nos dilexerit.

Vers. 3. *Manifestavit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione.* Ne quis dicat, Cur eorum largitionem quæ ante tempora sæcularia præfinita erant distulerit? Dispensationis causa, inquit, et ut opportune istud faceret. Tempus enim opportunitatem Scriptura vocat, ut illo in loco, *Tempus faciendi Domino.* Suis itaque temporibus, inquit, id est convenientibus ac debitis. Quid autem manifestavit? Verbum (inquit) suum, id est Evangelium. Quomodo? In prædicatione, hoc est manifeste, cum libertate ac fiducia. Qui prædicat, neque adjicit quicquam, neque adimit: sic et nos, quæ nobis injuncta sunt, ista prædicamus, tantummodo vero omnibus audientibus, sicut et Christus dixit: *Prædicate super tecta* [63], per locum et modum dogmatis libertatem commendans. Observa autem quod rerum consecutio sic requirebat dicere: Manifestavit autem temporibus suis ipsam, hoc est, æternam vitam: verum is sic non intulit, sed, *manifestavit verbum suum* Nec immerito. Nam Evangelium omnia complectitur, cum ea quæ in præsenti nobis data sunt, ut pietatem, fidem, veritatem, tum quæ in futuro nobis evenient, nempe vitam æternam. Quidam autem per verbum ipsum Filium intellexerunt.

*Quæ credita est mihi, secundum præceptum Salvatoris nostri Dei.* Quæ prædicatio, inquit, mihi concredita est. Si igitur mihi concredita est, illo qui istam meæ fidei commisit indigna cogitare non debeo, neque dissimulare, neque iniquo esse animo erga id quod mihi creditum est. Quinetiam *secundum præceptum* istud mihi est injunctum, pro eo quod est: Vel invitus ista cogor facere. Agendorum enim alia quidem ex mandato fiunt, alia vero ex hortatu; exempli gratia: *Reconciliare fratri tuo* [64], mandatum est, et qui non facit istud punitur. Illud vero, *Vende omnes tuas facultates* [65]; et, *Qui potest capere capiat* [66]; **625** adhortatio est, et qui non facit, non punitur. Mihi igitur, inquit, credita est prædicatio verbi per mandatum, id est, ita ut me istud exsequi necesse sit. *Væ enim mihi*, inquit, *si non prædicavero* [67]. Neque est ambitionis hoc, sed necessitatis. Cujus vero mandatum est? *Servatoris Dei.* Proinde cum Deus servare nos volens hæc injunxerit, quomodo non inserviam ei ad salutiferum istud opus?

[60] Matth. x, 27. [61] Matth. v, 25. [62] Matth. xix, 21. [63] Matth. xix, 12. [64] I Cor. ix, 16.

Variæ lectiones.

[60] τετύπωτο o. [62] πεῖσαι o. [64] ἀφαιρεῖ o.

Digitized by Google

VERS. 4. *Tito genuino filio.* Potest enim aliquis esse filius, sed non genuinus : quemadmodum Christianus, si fornicetur, aut avarus sit, filius quidem est, quatenus ex baptismate renatus est : non genuinus autem, quoniam Patre est indignus.

A

*Τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ.* Ἔστι γὰρ καὶ τέκνον εἶναι καὶ μὴ γνήσιον, ὡς ὁ πόρνος Χριστιανός, ἢ ὁ πλεονέκτης, τέκνον μὲν καθ' ὃ ἀνεγεννήθη ἐν τῷ βαπτίσματι, οὐ γνήσιον δὲ, ἐπειδὴ ἀνάξιον τοῦ Πατρός.

*Secundum communem fidem.* Cum Titum filium nominasset, ipseque patris officium assumpsisset, hunc honorem rursus imminuit : Nulla, inquiens, in re te excello, quod ad fidem attinet : communis enim est, et per ipsam natus sum et ego et tu. Quomodo igitur filium ipsum vocat ? Vel ideo, ut ostendat paternum erga ipsum affectum : vel quia ipse illum baptismate tinxerit. Quatenus enim eadem utrisque fides, fratres sunt inter sese : quatenus vero Paulus Titum baptizarit, pater. Quod igitur ait, *juxta communem fidem*, fraternitatem indicat.

B

*Κατὰ κοινὴν πίστιν.* Εἰπὼν τὸν Τίτον τέκνον, καὶ πατρὸς τάξιν αὐτὸς λαβὼν, πάλιν καὶ ταύτην τὴν τιμὴν ἐλαττοῖ, λέγων, ὅτι Οὐδὲν ἔχω σου πλέον κατὰ τὴν πίστιν, κοινὴ γάρ ἐστι, καὶ δι' αὐτῆς κἀγὼ ἐτέχθην καὶ σύ. Πῶς οὖν τέκνον αὐτὸν καλεῖ ; Ἢ ἵνα δηλώσῃ τὴν φιλοστοργίαν, ἢ διότι αὐτὸς αὐτὸν ἐβάπτισε. Καθ' ὃ μὲν γὰρ ἡ αὐτὴ πίστις ἀμφοτέρους, ἀδελφοὶ ἀλλήλων. Καθ' ὃ δὲ Παῦλος τὸν Τίτον ἐβάπτισε, πατήρ. Τὸ δ' οὖν, *κατὰ τὴν κοινὴν πίστιν*, τὴν ἀδελφότητα δηλοῖ.

*Gratia, misericordia, pax, a Deo Patre, et Domino Jesu Christo, Servatore nostro.* Ex hoc etiam fraternitatem declarat, cum ait, *a Deo Patre*, excitatque Titum ut recordetur cujus sit filius, nempe Dei. Animadverte autem hic, quomodo quæ privatis exoptet, eadem quoque comprecatur episcopo ac doctori. Magis enim ipse gratia Dei indiget, ut qui multa onera bajulet : et misericordia, ut qui multis sit obnoxius : et pace, ut qui turbis et innumeris telis impetatur. Unica enim res bene gesta episcopum ad cœlum evehit, et unum peccatum eundem ad inferos deducit.

*Χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.* Καὶ ἐκ τούτου [68] τὴν ἀδελφότητα δείκνυσιν ἐκ τοῦ εἰπεῖν, *Θεοῦ Πατρὸς*, καὶ διαναστᾷ τὸν Τίτον, ὥστε ἀναμνησθῆναι τίνος ἐστὶν Υἱὸς, καὶ ὅτι Θεοῦ. Ὅρα δὲ πῶς ἃ τοῖς ἰδιώταις ἐπεύχεται, ταῦτα καὶ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ διδασκάλῳ. Μᾶλλον γὰρ αὐτὸς δεῖται τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, ἅτε πολλὰ βάρη βαστάζων· καὶ τοῦ ἐλέους, ὡς πολλοῖς ἔνοχος ὤν· καὶ τῆς εἰρήνης, ὡς ἐν ταραχαῖς καὶ μυρίοις πολέμοις [69]. Καὶ γὰρ ἓν κατόρθωμα τὸν ἐπίσκοπον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάγει, καὶ ἓν ἁμάρτημα εἰς τὸν ᾅδην κατάγει.

C

*Vers.* 5. *Hujus rei gratia reliqui te in Creta, ut quæ desunt, corrigas.* Quemadmodum in familia qui diversis ministeriis præsunt, diversa agunt ; hunc ad modum et isti aliam alius orbis partem distributam habebant, omnesque operabantur. Hoc igitur et hic tacite indicat, cum dicit : *Reliqui te in Creta*, tanquam videlicet ipse alio prædicandi gratia concessisset. Animadverte autem quomodo non erubescat scribere discipulo, Ut corrigas, inquiens, quæ ego prætermisi. Ad publicum enim commodum spectabat, non ad privatum honorem. Observa porro quomodo quæ laboros habebant et certamina, ipse per sese corrigebat : quæ autem vel honorem vel laudem adferebant, ista discipulo **626** committit, episcoporum nimirum ordinationes, et alia quæcunque majori perfectione indigebant.

*Τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ ἐλλείποντα ἐπιδιορθώσῃ.* Ὥσπερ ἐν οἰκίᾳ ἄλλος ἄλλο τι πράττει τῶν ταῖς διακονίαις ἐφισταμένων, οὕτω καὶ οὗτοι, ἄλλος ἄλλο μέρος τῆς οἰκουμένης διενεῖμαντο, καὶ πάντες εἰργάζοντο. Τοῦτο οὖν καὶ ἐνταῦθα αἰνίττεται διὰ τοῦ εἰπεῖν· *Κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ*, ὡς αὐτὸς δηλαδὴ ἀλλαχοῦ ἀπελθὼν, ἵνα ἐκεῖ ἐργάζηται. Ὅρα δὲ πῶς οὐκ αἰσχύνεται τῷ μαθητῇ γράφων, ἵν' ἐπιδιορθώσῃ τὰ παρ' ἐμοῦ ἐλλειφθέντα. Πρὸς γὰρ τὸ κοινὸν κέρδος ἐώρα, οὐ πρὸς τὴν οἰκείαν τιμήν. Σκόπει δὲ καὶ ὅπως ὃ μὲν κόπους [67] εἶχε καὶ ἀγῶνας, αὐτὸς κατώρθου· ἃ δὲ πρὸς τιμὴν ἔφερον ἢ ἔπαινον, ταῦτα ἐπιτρέπει τῷ μαθητῇ, τῶν ἐπισκόπων λέγω τὰς χειροτονίας, καὶ τἄλλα, ὅσα ἐδεῖτο πλείονος κατορθώσεως.

D

*Et constituas per civitates presbyteros, sicut ego disposui tibi.* Episcopos hic ait, quemadmodum in Epistola ad Timotheum. *Per civitates* autem inquit. Noluit enim universam insulam uni commissam esse, sed quamlibet urbem proprium habere pastorem. Sic enim et labor levior esset, et cura exactior.

*Καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλεις πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην.* Τοὺς ἐπισκόπους οὕτως ἐνταῦθά φησιν, ὡς καὶ ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον. *Κατὰ πόλεις* δέ φησιν. Οὐ γὰρ ἐβούλετο πᾶσαν τὴν νῆσον ἐπιτετράφθαι ἑνὶ, ἀλλ' ἑκάστην πόλιν ἴδιον ποιμένα ἔχειν. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ πόνος κουφότερος, καὶ ἡ ἐπιμέλεια ἀκριβεστέρα.

*Vers.* 6. *Si quis sine crimine est.* Si ab accusatione liberam vitam ducit, si nemo ejus mores

*Εἴ τίς ἐστιν ἀνέγκλητος.* Εἰ κατηγορίας ἐλεύθερον ἔχῃ τὸν βίον, εἰ μηδεὶς ἐπελάβετο τῆς διαγω-

Variæ lectiones.

[68] ἰδοὺ καὶ ἐκ τούτου m. [69] ταραχαῖς μυρίαις καὶ θορύβοις o. [67] πόνους o.

Digitized by Google

γῆς αὐτοῦ. Εἰ γὰρ τὸ φῶς, φησὶ, σκότος, τὸ σκότος πόσον;

*Μιᾶς γυναικὸς ἀνήρ.* Ἵνα μὲν ἐπιστομίσῃ τοὺς αἱρετικοὺς, τοὺς τὸν γάμον διαβάλλοντας, δέχεται εἰς ἐπισκοπὴν τὸν γεγαμηκότα. Οὕτω γὰρ τίμιος ὁ γάμος, ὥστε μετ' αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὸν ἄγιον θρόνον δύνασθαι ἀναβαίνειν. Ἵνα δὲ τοὺς ἀσελγεῖς κολάσῃ, *μιᾶς*, ρησὶ, *γυναικὸς ἀνήρ.* Ὁ γὰρ πρὸς τὴν ἀπελθοῦσαν μηδεμίαν φυλάξας εὔνοιαν, πῶς Ἐκκλησίας καλῶς προστήσεται; Ἀνέγκλητον δεῖ εἶναι τὸν ἐπίσκοπον. Ὁ δὲ δίγαμος οὐκ ἀνέγκλητος, εἰ καὶ τοῖς ἔξω νόμοις ἔκειτο.

*Τέκνα ἔχων πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, ἢ ἀνυπότακτα.* Ὁ γὰρ τὰ οἰκεῖα τέκνα μὴ παιδεύσας, πῶς ἄλλους ῥυθμίζει; Πρόδηλον γὰρ ὅτι εἰ ἐξ ἀρχῆς καλῶς ἀνῆγε τοὺς παῖδας καὶ ἐπιμελῶς, οὐκ ἂν ἀπέδησαν ἀνυπότακτοι. Οὐ γὰρ φύσει εἰσὶ τὰ ἁμαρτήματα, ἵνα τοσαύτης ἐπιμελείας περιγένωνται. Οὐκ εἶπε δὲ ἁπλῶς, μὴ ἄσωτα, ἀλλὰ μηδὲ διαβολὴν ὅλως ἔχοντα ἐπὶ ἀσωτίᾳ, μηδὲ πονηρᾶς ὄντα ὑπολήψεως.

*Δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς Θεοῦ οἰκονόμον.* Πῶς δ' ἂν εἴη ἀνέγκλητος, εἰ ἀπίστους καὶ ἀπαιδεύτους ἔχῃ τοὺς παῖδας; Ὁ Θεὸς αὐτὸν ἐπέστησε τῷ οἰκείῳ οἴκῳ· τὸν τόπον ἐπέχει τοῦ Θεοῦ, δεῖ οὖν αὐτὸν διηκριβῶσθαι πάντοθεν.

*Μὴ αὐθάδη.* Οἱ μὲν γὰρ ἔξωθεν ἄρχοντες ἀκόντων κρατοῦσι, διὸ καὶ τῇ αὐθαδείᾳ ἤτοι τῇ αὐταρεσκείᾳ χρῶνται. Ἐπίσκοπος δὲ ἑκόντων ἄρχων, οὐκ ὀφείλει αὐθάδης εἶναι, ὥστε αὐτογνώμως καὶ αὐτοβούλως, καὶ ἄνευ γνώμης τῶν ἀρχομένων πράττειν· τυραννικὸν γὰρ τοῦτο.

*Μὴ ὀργίλον.* Τῇ αὐταρεσκείᾳ ἕπεται καὶ ἡ ὀργιλότης ἀναγκαίως, ἧς καὶ αὐτῆς ἀπέχεσθαι δεῖ ἀκολούθως τὸν ἐπίσκοπον. Πῶς γὰρ ἑτέρους παιδεύσει κρατεῖν τοῦ πάθους τούτου, ἑαυτὸν μὴ παιδεύσας;

*Μὴ πάροινον.* Τουτέστιν, ὑβριστήν. Τί γὰρ δεῖ ὕβρεως; Φοβεῖν δεῖ τῇ τῆς γεέννης ἀπειλῇ τοὺς ἀπειθεῖς, οὐχ ὑβρίζειν.

*Μὴ πλήκτην.* Μήτε διὰ χειρῶν πλήττοντα, μήτε διὰ πικρῶν λόγων καὶ ἀποτόμων ἀκαίρως. Ἰατρὸς γάρ ἐστιν. Ὁ δὲ ἰατρὸς ἰᾶται τὰ πεπληγότα μᾶλλον, οὐκ αὐτὸς πλήττει.

*Μὴ αἰσχροκερδῆ.* Τουτέστι πολλὴν ὑπεροψίαν χρημάτων ἐπιδεικνύμενον. Πᾶν γὰρ κέρδος, κἂν δίκαιον ᾖ, αἰσχρόν ἐστιν ἐπισκόπῳ.

*Φιλόξενον.* Οὐ μόνον οὐ κερδαίνοντα ἀπ' ἄλλων, ἀλλὰ καὶ τὰ αὐτοῦ τοῖς ξένοις προτέμενον.

*Φιλάγαθον.* Τὸν ἐπιεικῆ οὕτω φησὶ, τὸν μέτριον, τὸν μὴ φθονοῦντα.

*Σώφρονα.* Τουτέστι καθαρόν.

*Δίκαιον.* Τὰ πρὸς ἀνθρώπους, τουτέστιν, ἀπροσωπόληπτον.

sugillavit. Si enim inquit, lumen, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ?

*Unius uxoris vir.* Ut hæreticorum ora compescat, qui nuptias criminabantur, recipit ad episcopatum matrimonio junctum. Adeo enim pretiosa res est matrimonium, ut cum ipso sancta sedes ascendi queat. At vero ut lascivos cohibeat, *unius*, inquit, *uxoris vir*. Qui enim nullam servavit benevolentiam erga eam quæ obiit, quomodo Ecclesiæ bene præerit? Oportet episcopum irreprehensibilem esse. Digamus autem non est inculpatus, etsi hoc legibus exoticis permissum est.

*Filios habens fideles, non in accusatione luxus, aut non subditos.* Nam qui proprios liberos non instituit, quomodo alios formabit? Planum enim est, si primum bene ac sedulo educasset pueros, non evasissent inobedientes. Non enim a natura sunt peccata, ut tantam diligentiam exsuperent. Non dixit autem simpliciter, intemperantes, sed, ut ne omnino quidem aliquam intemperantiæ accusationem habeant, neque pravæ suspicioni sint obnoxii.

Vers. 7. *Oportet enim episcopum sine crimine esse, tanquam Dei dispensatorem.* Quomodo autem irreprehensibilis erit, si liberos infideles et non probe institutos habeat? Deus ipsum propriæ domui præfecit; locum Dei obtinet: oportet igitur ipsum undique esse exactum.

*Non superbum.* Mundi hujus principes etiam in invitos dominantur, propterea arrogantia et suo arbitratu utuntur. Episcopus autem qui voluntariis præsidet, non debet arrogans esse, ut suo consilio et voluntate, et citra subditorum sententiam omnia agat; nam tyrannicum hoc.

*Non iracundum.* Arrogantiam necessario iracundia comitatur, a qua etiam ipsa consequenter episcopus abstinere debet. Quomodo enim alios instituet ut sibi ab affectu hoc temperent, qui se ipse non erudit?

*Non vinolentum.* Hoc est, non injurium. Quid enim injuria et contumelia opus est? Terrere oportet inobedientes gehennæ comminatione, non injuria afficere.

**627** *Non percussorem.* Neque manibus ferientem, neque amarulentis verbis et exasperatis importune. Medicus enim est. Jam vero medicus curat vulnera, non ipse etiam vulnerat.

*Non turpis lucri cupidum.* Hoc est, magnum pecuniarum contemptum ostendentem. Omnis enim quæstus, etiamsi justus fuerit, turpis est episcopo.

Vers. 8. *Hospitalem.* Non solum quæstum non inquirentem ab aliis, sed sua etiam peregrinis impertientem.

*Amantem boni.* Mitem sic vocat, et moderatum, minime invidum.

*Sobrium.* Hoc est, purum.

*Justum.* In iis quæ ad homines spectant, hoc est, absque personarum delectu.

Digitized by Google

*Sanctum.* Hoc est, pium in rebus divinis, nihil eorum quæ ad Deum pertinent omittentem.

*Continentem.* Non solum in cibis, verum etiam in linguam, et manus, et oculos impudicos imperium exercentem : nam hæc est vera continentia.

VERS. 9. *Amplectentem eum, qui est secundum doctrinam, fidelem sermonem.* Hoc est, curantem, in hoc incumbentem. Fidelem autem dicit, hoc est verum, vel per fidem traditum, et non a rationibus humanis. Eam autem ob rem dixit, *eum qui est secundum doctrinam*, indicans quod sine externa sapientia docere possit. Non enim opus est fastu verborum, sed Scripturarum peritia, conceptuumque potentia ; ex his enim verbi doctrina felicius procedit, quemadmodum et ipsius Pauli.

*Ut potens sit et adhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere.* Hoc est, ut suos custodiat et fulciat, hostes vero arceat. Nam qui neque cum hostibus dimicare, neque captivum ducere omnem intellectum ad obedientiam Christi, neque suos consolari et adhortari et confirmare potest, pseudepiscopus est. Alias enim virtutes etiam in subditis invenire licet, hospitalitatem scilicet et sobrietatem, idque genus alia : at vero præcipuus episcopi character est docendi facultas.

VERS. 10. *Sunt enim plerique inobedientes, vaniloqui, et seductores.* Radicem omnium malorum dixit, nempe inobedientiam. Qui enim inobediens est et non vult subesse, sed impetum facit, ut aliis imperet, merito nihil sani recteve didicisse comperietur : non enim sustinuit doceri. Vaniloquus est et impostor, cum se tum alios decipiens.

*Maxime vero qui sunt ex circumcisione.* Istis ipse Dominus regnandi cupiditatem exprobrabat, quia post fidem etiam morbum istum non deposuerunt.

**628** VERS. 11. *Quos oportet redarguere.* Hoc est, vehementer objurgare, ut ipsorum ora occludas. Ecquid autem lucri, dummodo inobedientes sint ? Ipsis quidem nihil ; at vero aliis alioqui corrumpendis, si taceat episcopus, quorum corruptionis ipse rationem dabit. Eam ob rem horum ora sunt obturanda : quod si non possis, ne sis episcopus.

*Qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.* Observas quemadmopum avaritia et turpe lucrum una cum inobedientia domos subvertunt ? vectes enim sunt diaboli, quibus domos Dei demolitur.

VERS. 12. *Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta : Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Testimonium hoc verum est.* Quæritur

Ὅσιον. Τουτέστιν, εὐλαβῆ περὶ τὰ θεῖα, μηδὲν τῶν τῷ Θεῷ ὀφειλομένων ἐλλείποντα.

Ἐγκρατῆ. Οὐ σιτίων μόνον, ἀλλὰ καὶ γλώττης, καὶ χειρῶν, καὶ ὀφθαλμῶν ἀκολάστων κυριεύοντα· τοῦτο γὰρ καὶ κυρίως ἐγκράτεια.

Ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου. Ἀντὶ τοῦ, φροντίζοντα, ἔργον τοῦτο ἔχοντα. Πιστοῦ δὲ, ἢ τοῦ ἀληθοῦς, ἢ τοῦ διὰ πίστεως παραδεδομένου, καὶ οὐκ ἀπὸ συλλογισμῶν. Διὰ τοῦτο δὲ εἶπε, *τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν*, δεικνύων ὅτι καὶ χωρὶς τῆς ἔξω σοφίας διδάσκειν δύναται. Οὐ γὰρ χρεία κόμπου ῥημάτων, ἀλλὰ Γραφῶν ἐμπειρίας, καὶ νοημάτων δυνάμεως· ἐκ τούτων γὰρ ἡ διδαχὴ εὐοδοῦται, ὥσπερ καὶ ἡ τοῦ Παύλου αὐτοῦ.

Ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. Τουτέστιν, ἵνα καὶ τοὺς οἰκείους φυλάττῃ καὶ στηρίζῃ, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀποτρέπῃ· ὡς ὅγε μήτε τοῖς ἐχθροῖς μάχεσθαι, καὶ αἰχμαλωτίζειν πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ, μήτε τοὺς οἰκείους παρακαλεῖν καὶ νουθετεῖν καὶ στηρίζειν δυνάμενος, ψευδεπίσκοπός ἐστι. Τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἀρετὰς καὶ ἐν τοῖς ἀρχομένοις εὕροι τις, τὸ φιλόξενον, τὸ σῶφρον, καὶ τὰ λοιπά· τὸ δὲ μάλιστα χαρακτηρίζον τὸν ἐπίσκοπον τὸ διδάσκειν [68] ἐστίν.

Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ ἀνυπότακτοι, ματαιολόγοι, καὶ φρεναπάται. Τὴν ῥίζαν εἶπε πάντων τῶν κακῶν, τὴν ἀνυποταξίαν. Ὁ γὰρ ἀνυπότακτος μὴ θέλων ἄρχεσθαι, ἀλλ' ἐπιπηδῶν τῷ ἄρχειν ἑτέρων, εἰκότως μηδὲν μαθὼν ὑγιὲς καὶ ὀρθόν ἐστιν· οὐ γὰρ ἠνέσχετο διδαχθῆναι. Ματαιολόγος ἐστὶ καὶ φρεναπάτης, καὶ ἑαυτὸν καὶ ἄλλους ἀπατῶν.

Μάλιστα δὲ οἱ ἐκ περιτομῆς. Τούτοις καὶ ὁ Κύριος τὴν φιλαρχίαν ὠνείδιζεν, ὅτι καὶ μετὰ τὴν πίστιν οὐκ ἀπέθεντο τὸ νόσημα.

Οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν. Τουτέστιν, ἐλέγχειν σφοδρῶς, ὥστε ἀποκλείειν αὐτοῖς τὰ στόματα. Καὶ τί τὸ κέρδος, εἴπερ ἀνυπότακτοί εἰσιν ; Αὐτοῖς μὲν οὐδὲν, ἑτέροις δὲ, τοῖς διαφθαρησομένοις [69] ἂν εἰ ὁ ἐπίσκοπος σιγήσῃ [70], ὧν τῆς διαφθορᾶς αὐτὸς δώσει λόγον. Διὸ ἐπιστομίζειν δεῖ τοὺς τοιούτους· εἰ δὲ οὐ δύνασαι, μηδὲ ἐπίσκοπος ἴσθι.

Οἵτινες ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσι, διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ, αἰσχροῦ κέρδους χάριν. Ὁρᾷς μετὰ τοῦ ἀνυποτάκτου τὴν φιλαργυρίαν [71] καὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν, πῶς τοὺς οἴκους ἀνατρέπουσι ; μοχλοὶ γάρ εἰσι τοῦ διαβόλου, δι' ὧν καθαιρεῖ τοὺς τοῦ Θεοῦ οἴκους.

Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης· Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Ἡ μαρτυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθής. Ζητεῖται τί δή-

Variæ lectiones.

[68] διδασκαλικόν ο. [69] διεφθαρμένοις ο. [70] σιγώῃ βλάβος ιη. [71] φιλαρχίαν ο.

Digitized by Google

ποτε ἐκ τῶν Ἑλλήνων ἤγαγε μαρτυρίαν, καὶ ἐπαινεῖ αὐτὴν, καὶ ταῦτα μὴ καλῶς ἔχουσαν; Ἔτι τε τίς ὁ ταῦτα εἰρηκώς; Ὁ μὲν οὖν εἰρηκὼς Ἐπιμενίδης ἐστὶν, ἐν τοῖς μάλιστα τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν θειασμοῖς καὶ ἀποτροπιασμοῖς προσέχων, καὶ μαντικὴν δοκῶν κατορθοῦν. Οὗτος οὖν ὁρῶν τοὺς Κρῆτας τάφον δειμαμένους τῷ Διΐ, καὶ τιμῶντας ὡς ἕνα τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερεὶ ζηλώσας ὑπὲρ τοῦ οἰκείου Θεοῦ, τοιαῦτα πρὸς τὸν] Δία ποιεῖ· Οἱ τάδε καὶ τάδε ὄντες Κρῆτες, τύμβον σοι ἐδομήσαντο· Σὺ δ' οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰρ αἰεί [72]. Ταύτῃ τῇ χρήσει νῦν ὁ Παῦλος προσμαρτυρεῖ ἀλήθειαν. Πῶς οὖν τοῦτο ποιεῖ; εἰ γὰρ ἀληθῶς εἴρηται, καὶ ὁ Ζεὺς ἄρα ἀθάνατός ἐστιν. Ἀλλ' οὐ πρὸς τοῦτο βλέπων εἶπε τὴν μαρτυρίαν ἀληθῆ, ἀλλ' ὅτι ψεύστας καὶ τἄλλα τοὺς Κρῆτας ἐκάλεσε. Καὶ τίς χρεία Ἑλληνικῆς μαρτυρίας; Μάλιστα οὕτως αὐτοὺς ἐνέτρεπεν, οἰκοθεν τὴν μαρτυρίαν τῆς ὕβρεως καὶ ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοῖς προβάλλων. Εἴωθε δὲ τοῦτο ποιεῖν ὁ Παῦλος, ὥσπερ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ἀπὸ τοῦ Ἀράτου διελέχθη· ἃ ἐκεῖνος τῷ ψευδωνύμῳ Θεῷ τῷ Διΐ ἐπιτίθησι, ταῦτα αὐτὸς τῷ ἀληθεῖ Θεῷ ἐπιμαρτυρῶν· ἐπεὶ καὶ μᾶλλον ἀπὸ τῶν οἰκείων ἐπιστομίζονται· ὥσπερ καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἀεὶ ἀπὸ τῶν προφητῶν διαλέγεται, καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν Εὐαγγελίων. Τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ποιεῖ, ἑκάστους ἀπὸ τῶν αὐτοῖς συνήθων καὶ πιστευομένων ἐφελκόμενος, οἷον τοὺς μάγους δι' ἀστέρος, τὸν Σαοὺλ διὰ τῆς ἐγγαστριμύθου, ἐπειδὴ αὐτῇ ἐπίστευσεν ἐκεῖνος· καὶ τοὺς μάντεις ἀπὸ τῶν βοῶν τῶν συρόντων τὴν κιβωτόν· οὐχ ὅτι ἀληθεύουσιν οἱ μάντεις, ἀλλ' ἀπὸ τῶν οἰκείων στομάτων αὐτοὺς ἐλέγχει. Καὶ τὸν Βαλαὰμ συγχωρεῖ εὐλογεῖν καὶ προφητεύειν. Εἴωθε γὰρ ἀεὶ συγκαταβαίνειν πρὸς τὴν ἡμῶν ὠφέλειαν. Πῶς οὖν ὁ Χριστὸς, καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Παῦλος ἐκώλυον τοὺς δαίμονας λαλεῖν καὶ μαρτυρεῖν αὐτοῖς; Ὅτι τὰ σημεῖα ἱκανὰ ἦσαν πεῖθειν, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς ἐκήρυττε καὶ ἤρκει. Καὶ οἱ δαίμονες δὲ οὐχὶ προσεκυνοῦντο [73], οὐ γὰρ εἴδωλον ἦν τὸ φθεγγόμενον. Διὰ τοῦτο κωλύονται λαλεῖν.

A hic, curnam ex Græcis testimonium protulerit, commendaveritque isthuc, præsertim cum non recte habeat? Adhæc, quis ista dixerit? Certe quidem qui ista dixit, Epimenides est, sapientissimus apud Græcos judicatus, divinationibus numinumque placationibus incumbens, vaticinandique munere clarus. Hic sane cum animadverteret, Cretenses Jovi sepulchrum exstruxisse, atque colere eum tanquam mortalium quempiam, ceu æmulatione accensus pro deo suo patrio, hæc in Jovis gratiam carmina condidit: Cretenses qui tales ac tales sunt, hi exstruxerunt tibi tumulum: atqui tu non es mortuus, tu enim semper es. Hoc oraculum Paulus nunc verum esse testatur. At vero, qui istud facit? nam si vere dictum est, tum B Jupiter immortalis est. Atqui non huc respiciens, verum esse dixit testimonium, sed quia Cretenses mendaces aliaque appellavit. Quæ vero Græci testimonii est commoditas? Maximum ita ruborem eis injecit, injuriæ eorum ex domestico vate testimonium ipsis proferens. Consuevit autem hoc agere Paulus, quemadmodum et Atheniensibus ex Arato disseruit, quæ ille Jovi deo falso dicto attribuit, hæc ipse ad verum Deum refert: quandoquidem et acrius suis ipsorum testimoniis obstruuntur: quemadmodum et cum Judæis perpetuo ex prophetis disputat, non ex Evangeliis. Idem et Deus facit, per consueta sibi et credita quosvis attrahens; ut magos per stellam [62], Saulem per feminam [62a] pythonem in se habentem, quia C huic feminæ ille fidem adhibebat: et vates a bobus quæ arcam trahebant: non quod verum loquerentur vates, sed eos ex ipsorum ore arguit. Præterea, Balaamum benedicere et prophetare permittit [63]. Consuevit enim semper ad nostram utilitatem condescendere. Qui igitur Christus, et hic ipse Paulus prohibebant dæmones loqui, ac testimonium **629** sibi dicere? Quia signa satis erant ad persuadendum, et ipse Christus seipsum prædicabat, idque satis erat. Porro dæmones non adorabantur; non enim idolum erat quod loquebatur: ideirco loqui prohibentur.

*Δι' ἣν αἰτίαν ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως.* Ἐπειδὴ, φησὶ, καὶ ψεῦσταί εἰσιν, ὅπερ ἐστὶ δολιότητος, καὶ ἀναίσχυντοι, καὶ γαστρίμαργοι, σφοδροῦ αὐτοῖς δεῖ καὶ πληκτικοῦ λόγου, ἐπεὶ ἡ πραότης τούτους οὐκ ὠφελεῖ. Ὡς γὰρ ὁ τὸν ἐπιεικῆ πλήττων, ἀναιρεῖ, οὕτως ὁ τὸν ἀναιδῆ κολακεύων, διαφθείρει, μὴ ἐῶν ἐπιγνῶναι ἑαυτόν. Ἐνταῦθα δὲ, οὐ τοὺς ἀλλοτρίους, φησὶν, ἀλλὰ οἰκείους δεῖ ἐλέγχειν.

Vers. 13. *Quam ob causam increpa eos dure.* Quia mendaces sunt, quod est fraudulentiæ, et D impudentes et gastrimargi, opus habent acri et penetrante sermone: nam mansuetudo apud eos nihil proficit. Quemadmodum enim qui mitem acrius feriat, perdit eum: sic qui impudenti adulatur eum corrumpit, seipsum agnoscere non permittens. Hic autem non alienos, sed proprios arguendos esse dicit.

*Ἵνα ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίστει, μὴ προσέχοντες Ἰουδαϊκοῖς μύθοις.* Ἆρα τοῦτο ὑγεία, τὸ μηδὲν νόθον μηδὲ ἀλλότριον ἐπεισάγειν τῇ πίστει· ὡς τόγε ἑαυτὸν ὑποβάλλειν τῷ νόμῳ, οὐ θαῤῥοῦντός

*Ut sani sint in fide, non attendentes Judaicis fabulis.* Sanitas igitur est, nihil adulterinum, neque alienum fidei superinducere: ut seipsum subjicere legi, non est ejus qui fidei confidit, ceu ad salutem

[62] Matth. II. [62a] I Reg. XVIII. [63] Num. XXIII, 24.

Variæ lectiones.

[72] ζῇς γὰρ ἀεὶ o. [73] προσκυνοῦντες o.

Digitized by Google

sufficienti : isthuc autem est malum haud exiguum. Judaica autem, duplici ratione fabulæ sunt ; cum quod intempestiva res, ac deinceps inutilis ; tum quia noxium est iis applicare animum. Quemadmodum igitur fabulis non est credendum, ita neque istis. Atqui sacri Veteris Testamenti libri recte intellecti, haudquaquam sunt fabulæ : qua enim ratione fabulæ essent, cum veritatem evangelicam inde doceamur ? Pravæ autem interpretationes, et traditiones Judæorum, istæ sunt fabulæ. Audi igitur et quæ sequuntur.

A ἐστι τῇ πίστει, ὡς ἱκανῇ σῶσαι. Τοῦτο δὲ νόσος οὐ μικρά. Διπλῆ δὲ μῦθοί εἰσι τὰ Ἰουδαϊκά, ὅτι τε παρὰ καιρόν ἐστι τὸ πρᾶγμα, καὶ λοιπὴν ἄχρηστον, καὶ ὅτι καὶ βλαβερὸν τὸ προσέχειν τούτοις. Ὥσπερ οὖν μύθοις οὐ δεῖ πείθεσθαι, οὕτως οὐδὲ τούτοις. Τὰ μὲν οὖν ἅγια τῆς Παλαιᾶς βιβλία καλῶς νοούμενα, οὐ μῦθοι. Πῶς γάρ, παρ' ὧν τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἀλήθειαν διδασκόμεθα ; Αἱ δὲ παρεξηγήσεις, καὶ αἱ δευτερώσεις, ταῦτα μῦθοι. Ἄκουε οὖν καὶ τὰ ἑξῆς.

Vers. 14. *Et mandatis hominum aversantium veritatem.* Viden' quas vocet fabulas? Mandata nimirum hominum, ut et in Isaia et Evangelio [64] scriptum est, aliaque, videlicet observationes ciborum, ut ex sequentibus planum fit.

*Καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν.* Ὁρᾷς τίνας καλεῖ μύθους ; Τὰς ἐντολὰς τῶν ἀνθρώπων, ὡς καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ, καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γέγραπται, τά τε ἄλλα, δηλαδὴ καὶ τὰς παρατηρήσεις τῶν βρωμάτων, ὡς ἐκ τῶν ἑπομένων [74] δῆλον.

B

Vers. 15. *Omnia quidem munda mundis ; coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum, sed coinquinatæ sunt illorum mens et conscientia.* Itaque non sua natura pura sunt aut impura, sed ex voluntate assumentium. Nam cum illi mente puri sint et religiosi, noverunt omnia esse munda, ut Dei creaturas, solum autem peccatum esse impurum. Nam etsi lex immunda quædam habebat, non simpliciter hoc agebat, verum ut voluptatem cohiberet, ut quæ sciret Judæos utpote gulæ deditos haud obedituros. Quod si impuri et impii fuerint qui vescuntur, his certe omnia sunt immunda. Quomodo ? Quoniam et pisces, ut qui sæpe humana carne vescantur, et aves quæ mundæ videntur, cum tamen fimum edant, sic illas expendenti immundæ videri queant. Proinde sordida mens perperam de his cogitando, sibi hæc coinquinat, quæ tamen natura haud sunt ejusmodi : perinde **630** ac qui stomacho laborat, cibos injucundos esse putat, etiamsi suaves sint : et vertigine laboranti, terra videtur circumagi, quæ tamen fixa persistit : ejus enim morbi talis est opinio. Hæc etiam adversus Manichæos conveniunt, et contra Marcionistas, et recens ab iis exortos hæreticos, qui vulgo appellantur Galatæ.

*Πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς· τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρόν, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις.* Ὥστε οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν καθαρὰ ἢ ἀκάθαρτα, ἀλλὰ κατὰ τὴν προαίρεσιν τῶν μεταλαμβανόντων. Οὗτοι γὰρ καθαροὶ μὲν καὶ εὐσεβεῖς ὄντες, πάντα καθαρὰ οἴδασιν, ὡς Θεοῦ ποιήματα, μόνην δὲ τὴν ἁμαρτίαν ἀκάθαρτον. Εἰ γὰρ καὶ ὁ νόμος εἶχέ τινα ἀκάθαρτα, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, ἵνα δὲ τὴν τρυφὴν ἐπικόψῃ [75], εἰδὼς ὅτι ἁπλῶς οὐκ ἂν ἐπείσθησαν αὐτῷ Ἑβραῖοι, ὡς γαστρίμαργοι. Εἰ μέντοι ἀκάθαρτοι καὶ ἀσεβεῖς [76] εἶεν οἱ μεταλαμβάνοντες, τούτοις πάντα ἀκάθαρτα. Πῶς ; Διότι καὶ οἱ ἰχθύες ὡς ἀνθρωποφαγοῦντες πολλάκις, καὶ οἱ δοκοῦντες καθαροὶ ὄρνιθες, ὡς κοπροφαγοῦντες, τῷ οὕτως ἐξετάζοντι ἀκάθαρτοι δόξαιεν. Ὥστε καὶ ἡ ῥυπαρὰ διάνοια κακῶς περὶ τούτων λογιζομένη, ἑαυτῇ συμμιαίνει ταῦτα, μὴ ὄντα φύσει τοιαῦτα. Ὥσπερ καὶ ὁ στομαχιῶν νομίζει τὰ βρώματα ἀηδῆ, κἂν ἡδέα ὦσι· καὶ τῷ ἰλιγγιῶντι δοκεῖ περιστρέφεσθαι ἡ γῆ πηγία ἑστῶσα· τοῦ γὰρ πάθους αὐτοῦ ἡ τοιαύτη ὑπόνοια. Ταῦτα καὶ πρὸς Μανιχαίους ἁρμόζει, καὶ πρὸς Μαρκιωνιστάς, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῶν νεοφανεῖς αἱρετικούς, τοὺς λεγομένους παρὰ πολλοῖς Γαλάτας [77].

C

Vers. 16. *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, exsecrabiles cum sint, et inobedientes, et ad omne opus bonum reprobi.* Vides quid faciat immundos et exsecrabiles? Opera prava et sordida. Revera enim fides sine operibus mortua est [65]. Mortuus autem exsecrabilis est, et ad quidvis reprobus.

*Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται, βδελυκτοὶ ὄντες καὶ ἀπειθεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι.* Ὁρᾷς τί ποιεῖ ἀκαθάρτους καὶ βδελυκτούς ; Τὸ ἔργα ἔχειν πονηρὰ καὶ ῥυπαρά. Ὄντως γὰρ πίστις χωρὶς ἔργων, νεκρά. Ὁ δὲ νεκρὸς βδελυκτὸς, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀδόκιμος.

D

## CAPUT II.

Vers. 1. *Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam.* Etiamsi inobedientes sint illi ac reprobi, tu tamen quod tui muneris est, facito : ne taceas, etiamsi illi non recipiant.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Σὺ δὲ λάλει ἃ πρέπει τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ.* Κἂν ἀπειθεῖς ὦσιν ἐκεῖνοι καὶ ἀδόκιμοι, ἀλλὰ σὺ τὰ σαυτοῦ ποίει· μὴ σιγήσῃς, κἂν ἐκεῖνοι μὴ παραδέχωνται.

Vers. 2. *Senes ut sint sobrii.* Quia senii vitium

*Πρεσβύτας νηφαλίους εἶναι.* Ἐπειδὴ ἐλάττωμα

[64] Isa. xxix ; Matth. xv. [65] Jac. ii, 17.

Variæ lectiones.

[74] ἐπαγομένων o. [75] ἐπικωλύῃ o. [76] ἀπιθεῖς o. [77] Γοβάτας m.

Digitized by Google

τοῦ γήρως ἐστὶ τὸ νωθρὸν καὶ ληθαργικὸν καὶ δυσκίνητον, διὰ τοῦτό φησι, *Νηφάλιοι ἔστωσαν*, τουτέστι διεγηγερμένοι, ὀξεῖς.

*Σεμνούς, σώφρονας.* Τοὺς φρονίμους ὀνομάζει σώφρονας, παρὰ τοῦ σώας ἔχειν τὰς φρένας. Εἰσὶ γὰρ καὶ ἐν γέρουσι μαινόμενοι καὶ λυττῶντες, καὶ παράφρονες, οἱ μὲν ὑπὸ οἴνου, οἱ δὲ ὑπὸ μικροψυχίας.

*Ὑγιαίροντας τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ.* Μάλιστα ἡ ὑπομονὴ ἁρμοδιώτατον γέρουσι παράγγελμα, διὰ τὸ ἀκρόχολον αὐτῶν καὶ μικρόλυπον.

*Πρεσβύτιδας ὡσαύτως ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς.* Τὰς γραῦδας λέγει, ἃς καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σχήματος καὶ τῆς καταστολῆς δεῖ κοσμίας φαίνεσθαι. Τινὲς δὲ τὰς ἐν Ἐκκλησίᾳ διακόνους φασὶν, ἃς καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀμφιάσεως ἀπαιτεῖ φαίνεσθαι ἱεροπρεπεῖς, τουτέστι, ταῖς ἱεραῖς ἐμπρεπούσας ὑπηρεσίαις.

*Μὴ διαβόλους, μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας.* Ἐπειδὴ γὰρ ψυχρὸν τὸ γῆρας, ποθεῖ τὸν οἶνον, εἶτα μὴ δυνάμενον ἀντέχειν ὡς ἀσθενὲς, καταπαλαίεται, οὐχ ὑπὸ τοῦ συμμέτρου, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ πολλοῦ, ἐκ τούτου δὲ καὶ τὸ πρὸς διαβολὰς ἐπιῤῥεπές.

*Καλοδιδασκάλους.* Πῶς οὖν ἀλλαχοῦ φησι, *Γυναικὶ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω*; Ἐκεῖ περὶ τῆς ἐν Ἐκκλησίᾳ κοινῆς διδασκαλίας φησὶν, ἥτις ἀπείρηται ταῖς γυναιξὶν, ἐνταῦθα δὲ περὶ τῆς ἐν οἴκῳ γινομένης, καὶ ἰδίᾳ πρὸς γυναῖκας. Ὅτι δὲ τοῦτο λέγει, ἄκουε τῶν ἑξῆς.

*Ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, φιλάνδρους εἶναι.* Οὐ τὰς οἰκείας μόνον θυγατέρας, ἀλλὰ καὶ καθόλου πάσας τὰς νέας. Ἑκάστη γὰρ πρεσβυτέρα τὴν νεωτέραν παιδευέτω· καὶ πρῶτον τὸ κεφάλαιον τῶν ἐν οἰκίᾳ ἀγαθῶν, τὴν φιλανδρίαν. Τούτου γὰρ ὄντος, καὶ τὰ λοιπὰ ἕψεται, εὐθηνία οἴκου, καὶ χρημάτων περιουσία, ὥσπερ ἀπόντος, πάντα κἂν παρῶσιν, ἐμποδίσονται.

*Φιλοτέκνους.* Ἡ γὰρ τὴν ῥίζαν ἤτοι τὸν πατέρα ἀγαπῶσα, πολλῷ μᾶλλον καὶ τοὺς καρποὺς ἤτοι τοὺς παῖδας ἀγαπήσει.

*Σώφρονας, ἁγνὰς, οἰκουροὺς, ἀγαθάς.* Ἡ γὰρ φιλοῦσα τὸν ἄνδρα, καὶ σώφρων ἔστι καὶ ἁγνὴ, τουτέστι, καὶ σώματι καὶ διανοίᾳ καθαρὰ ἀπὸ τῆς τῶν ἀλλοτρίων καὶ μίξεως καὶ ἐπιθυμίας· ἀλλὰ καὶ οἰκουρὸς ἀγαθὴ, τουτέστιν, οἰκονομική. Ἀγαπῶσα γὰρ τὸν ἄνδρα, καὶ τοῦ οἴκου ἐπιμελεῖται, οὔτε περὶ τρυφὴν, οὔτε περὶ σπατάλας [78] ἀκαίρους καὶ καλλωπισμοὺς ἀσχολουμένη. Τίνι γὰρ καὶ ἄλλῳ ἀρέσει ἅπαξ τῷ ἀγαπητῷ ἀρέσασα; Σκόπει δὲ πῶς ὁ ἀφιστῶν τῶν βιωτικῶν ὁ Παῦλος, νῦν φροντίδα ποιεῖται

A est segnities et oblivio et torpor, propterea dicit, *Sobrii sint*, hoc est excitati, prompti.

*Pudici, prudentes.* Prudentes appellavit σώφρονας, eo quod sanas mentes habeant. Sunt enim senes etiam insani, et rabiosi ac dementes: alii quidem ex vino, alii vero ex pusillanimitate.

*Sani in fide, dilectione, et patientia.* Patientia grandioribus natu est commodissimum præceptum, quod facile excandescant, et levi de causa contristentur.

B Vers. 3. *Anus similiter in habitu sancto.* Anus dicit, quas et ab ipso habitu et ornatu honestas videri oportet. Quidam autem diaconissas in Ecclesia hic intelligunt, quas et ipso etiam vestitu vult sane ornatas conspici, hoc est, sacris ministeriis insignes.

*Non calumniatrices, non multo vino servientes.* Quia enim senectus est frigida, vinum desiderat: deinde cum non possit sustinere, utpote imbecilla vincitur, non a moderato vino, sed a multo: ex hoc autem ad calumnias fiunt propensiores.

*Bene docentes.* Quomodo igitur alio in loco dicit: *Docere mulieri non permitto* [66]? Illic de communi in Ecclesia doctrina loquitur, quæ mulieribus est prohibita: hic autem de domestica, quæ privatim fit ad mulieres. Quod autem hoc dicat, audi ex
C sequentibus.

*Ut instituant adolescentulas, ut sint amantes maritorum.* Non tantum filias **631** suas, verum in universum omnes adolescentulas. Quælibet enim natu grandior juniorem puellam erudiat, ac primum caput domesticorum bonorum eas doceat, nempe ut sint amantes maritorum. Nam si hoc affuerit, sequentur etiam reliqua, nempe prosperitas domus, facultatumque copia: quemadmodum e diverso si absit amor maritalis, etiamsi omnia affuerint, diffluent ac pessum ibunt.

*Filios suos diligant.* Quæ enim radicem seu patrem diligit, multo magis etiam fructus sive filios diliget.

D Vers. 5. *Ut sint sobriæ, castæ, domus curam habentes, bonæ.* Quæ enim maritum suum diligit, et sobria erit et casta, hoc est, et corpore et mente pura ab omni aliena tam mixtione, quam concupiscentia. Quinetiam bonam domus curam habebit, id est, materfamilias erit. Nam quæ maritum diligit, domus etiam curam gerit, neque circa intempestivas delicias et ornatus occupatur. Cui enim alii placebit quæ semel dilecto placuit? Considera autem quomodo Paulus ille qui a rebus hujus

[66] I Tim. II, 12.

Variæ lectiones.

[78] ἀπάνας o.

Digitized by Google

sæculi abducere solet, nunc tantam sollicitudinem habeat rerum domesticarum: nam his bene habentibus, spiritualia etiam bene habebunt.

*Ut non blasphemetur verbum Dei.* Vides quod præcipue verbi, non mundanarum rerum curam gerat? Si enim fidelis mulier cum infideli marito cohabitans, non sit virtute conspicua, vituperatio ad fidem transit.

6. *Juvenes similiter hortare ut sint sobrii.* Puellis junioribus matronas seniores institutrices præfecit, nimirum feminas feminis; junioribus autem viris ipsum Titum, virum viris: decorum enim ubique servat. Quid vero est, quod hortari vel commonefacere istos debet? Ut sint sobrii. Nam juvenilem ætatem ignis absurdarum voluptatum maxime interturbat, quem oportet exstinguere et ad sobrietatem festinare.

7. *In omnibus teipsum præbens exemplum bonorum operum.* Doceant sane grandiores natu feminæ adolescentulas, tu vero ipse minores natu viros. Cæterum publica institutio exemplarque virtutis tuæ vitæ splendor sit, ceu imago quædam et velati archetypus, omnibus præpositus qui aliquid imitari volunt eorum quæ in ipso bona conspexerint.

*In doctrina incorruptibilitatem.* Repete, *præbens.* Ne sint, inquit, corrupta et vana quæ doces, sed sana, et rectæ rationis.

*Gravitatem.* Ut nihil juvenile et quod insipientes præ levitate diffundat, contineat doctrina, sed omnia sint veneranda dignaque Deo.

**632** Vers. 8. *Verbum sanum, irreprehensibile.* Hoc est, rectæ fidei, quod nihil reprehensibile habeat.

*Ut is qui ex adverso est, vereatur, nihil habens de nobis dicere mali.* Eum qui ex adverso est, vel diabolum dicit, vel quemvis ei ministrantem.

Vers. 9. *Servos dominis suis subditos esse, in omnibus beneplacentes.* Itaque is qui uxores a maritis continentiæ prætextu disjungit, servosque ab heris deficere facit prætextu pietatis, non est irreprehensibilis: multas enim occasiones dat omnibus, omniumque ora adversus fidem aperit.

Vers. 10. *Non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes.* Animadverte quod illa a servis exigit, quæ omnium maxime heros placant, nempe, non contradicere, non furari, sed fideles eos esse. Iis enim qui mundi negotiis sunt addicti hæc maxime sunt curæ.

*Ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus.* Nam si tales se servi gesserint, ad gloriam hoc Christianismi cedit. Cum enim Græcus viderit servum suum sic a Christianismo institutum, quomodo non mirabitur dogma, cui tantæ

A τοσαύτην τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ὅτι περ τούτων καλῶς ἐχόντων, καὶ τὰ πνευματικὰ εὖ ἕξει.

*Ἵνα μὴ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ βλασφημῆται.* Ὁρᾷς, ὅτι προηγουμένως τοῦ κηρύγματος φροντίζει, οὐχὶ τῶν κοσμικῶν πραγμάτων; Ἂν γὰρ πιστὴ γυνὴ ἀπίστῳ συνοικοῦσα, μὴ εἴη ἐνάρετος, ἡ βλασφημία ἐπὶ τὴν πίστιν διαβαίνει.

*Νεωτέρους ὡσαύτως παρακάλει σωφρονεῖν.* Ταῖς μὲν νεωτέραις τὰς πρεσβυτέρας διδασκάλους ἐπέστησε, γυναῖκας γυναιξί· τοῖς δὲ νεωτέροις αὐτὸν τὸν Τίτον, ἄνδρα ἀνδράσι· τὸ εὐπρεπὲς γὰρ πανταχοῦ φυλάττει. Τί δὲ δεῖ παρακαλεῖν τούτους ἢ νουθετεῖν; Σωφρονεῖν· μάλιστα γὰρ τῇ νέᾳ ἡλικίᾳ τὸ πῦρ τῶν ἀτόπων ἡδονῶν ἐνοχλεῖ, ὃ δεῖ σβεννύειν, καὶ σπεύδειν σωφρονεῖν.

B

*Περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν ἔργων.* Διδασκέτωσαν μὲν καὶ αἱ πρεσβύτεραι τὰς νεωτέρας, καὶ σὺ δὲ αὐτὸς τοὺς νεωτέρους. Πλὴν κοινὸν διδασκαλεῖον καὶ ὑπόδειγμα ἀρετῆς ἡ τοῦ σοῦ βίου λαμπρότης ἔστω, οἷόν τις εἰκὼν ἀρχέτυπος πᾶσι προκειμένη τοῖς βουλομένοις ἐναπομάξασθαί τι τῶν ἐν αὐτῇ καλῶν.

*Ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀδιαφθορίαν.* Ἀπὸ κοινοῦ τὸ, *παρεχόμενος*, ἵνα μὴ ὦσι, φησὶ, διεφθαρμένα καὶ ψευδῆ ἃ διδάσκεις, ἀλλ' ὑγιῆ, καὶ τοῦ ὀρθοῦ λόγου.

C *Σεμνότητα.* Ἵνα μηδὲν νεώτερον καὶ διαχέον τοὺς ἄφρονας ἔχῃ ἡ διδασκαλία, ἀλλὰ πάντα σεβάσμια καὶ ἄξια Θεοῦ.

*Λόγον ὑγιῆ, ἀκατάγνωστον.* Τουτέστιν, ὀρθόδοξον, μηδὲν ἐπιλήψιμον ἔχοντα.

*Ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, μηδὲν ἔχων περὶ ἡμῶν φαῦλον λέγειν.* Ἐξ ἐναντίας, ἢ τὸν διάβολόν φησιν, ἢ πάντα τὸν αὐτῷ ὑπηρετούμενον.

*Δούλους ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι, ἐν πᾶσιν εὐαρέστους εἶναι.* Ὥστε ὁ τῶν ἀνδρῶν τὰς γυναῖκας διαζευγνὺς προφάσει τῆς ἐγκρατείας, καὶ δούλους δεσποτῶν ἀφιστῶν προσχήματι εὐσεβείας, οὐκ ἔστιν ἀκατάγνωστος. Πολλὰς γὰρ λαβὰς πᾶσι δίδωσι, καὶ τὰ πάντων στόματα κατὰ τῆς πίστεως

D ἀνοίγει.

*Μὴ ἀντιλέγοντας, μὴ νοσφιζομένους, ἀλλὰ πίστιν πᾶσιν* [79] *ἐνδεικνυμένους ἀγαθήν.* Ὅρα ὅτι ἐκεῖνα ἀπαιτεῖ τοὺς δούλους, ἃ μάλιστα πάντων ἀναπαύει τοὺς δεσπότας, τὸ μὴ ἀντιλέγειν, τὸ μὴ κλέπτειν, ἀλλὰ πιστοὺς εἶναι. Τοῖς γὰρ βιωτικοῖς μάλιστα ταῦτα περισπούδαστα.

*Ἵνα τὴν διδασκαλίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ κοσμῶσιν ἐν πᾶσι.* Καὶ γὰρ ἐὰν ὦσιν οἱ δοῦλοι τοιοῦτοι, εἰς δόξαν εἰσὶ τοῦ Χριστιανισμοῦ. Ὅταν γὰρ ἴδῃ ὁ Ἕλλην τὸν δοῦλον αὐτοῦ οὕτως ὑπὸ τοῦ Χριστιανισμοῦ παιδευθέντα, πῶς οὐ θαυμάσεται τὸ

Variæ lectiones.

[79] πᾶσαν C

Digitized by Google

δόγμα, ὡς τοσαύτην ἰσχὺν ἔχον, ὥστε τοιαύτην ψυχὴν βελτιῶσαι; Ἀεὶ γὰρ τὸ δουλικὸν γένος ἰταμόν πώς ἐστι καὶ δυστράπελον, διὰ τὸ μὴ καλῶς ἀνάγεσθαι, ἀμελούμενον ὑπὸ τῶν δεσποτῶν, μηδὲ ὑπὸ λόγων ἢ συνδιαγωγῆς ἀνδρῶν σπουδαίων ῥυθμίζεσθαι. Οὐκ ἄρα μάτην ἀλλαχοῦ ἔλεγεν ὁ Παῦλος, *Ὡς τῷ Θεῷ δουλεύοντες, καὶ οὐκ ἀνθρώποις.* Κἂν γὰρ τῷ δεσπότῃ διακονῇς, ἀλλ' ἡ τιμὴ εἰς Θεὸν ἀνατρέχει, ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου ἐκείνου ἡ πρὸς τὸν δεσπότην εὔνοια τὴν ἀρχὴν ἔχει.

*Ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις.* Ἐπειδὴ πολὺ καὶ μέγα ἀπῄτησε παρὰ τῶν οἰκετῶν, φησὶ δὴ τὸ κοσμεῖν τὴν τοῦ Κυρίου διδασκαλίαν διὰ τῆς αὐτῶν ἐναρέτου πολιτείας, δείκνυσι νῦν ὅτι εἰκότως τούτους τὰ τηλικαῦτα ἀπαιτεῖ. Καὶ γὰρ καὶ αὐτοῖς ἡ χάρις ἐπέφανεν, εἰ καὶ δοῦλοί εἰσι. *Πᾶσι* γάρ, φησὶν, *ἀνθρώποις.* Καὶ ἐχαρίσατο καὶ αὐτοῖς ἄφεσιν πολλῶν ἁμαρτημάτων, καὶ ὀφείλουσι λοιπὸν καὶ αὐτοὶ πρὸς δόξαν τοῦ εὐεργέτου πολιτεύεσθαι.

*Παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας.* Καὶ ἐντεῦθεν ἐντρέπει αὐτούς. Παιδευτοῦ γὰρ, φησὶ, τυχόντες Θεοῦ, πῶς οὐκ ὀφείλετε ἀξίως αὐτοῦ βιοῦν; Ἡ χάρις δὲ, φησὶν, αὕτη οὐκ ἔστιν ἄχρι τῆς ἀφέσεως τῶν προγεγονότων κακῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἡμᾶς ἀσφαλίζεσθαι. Παιδεύει γὰρ ἡμᾶς, ἵνα τοῦ λοιποῦ σωφρόνως ζήσωμεν, οἱ πρότερον πάντως ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας. Διὰ μὲν οὖν τοῦ ἀρνήσασθαι τὴν ἐκ διαθέσεως ὁλοψύχου ἀποστροφὴν σημαίνει· ἀσέβειαν δὲ τὴν εἰδωλολατρίαν ὀνομάζει [80], καὶ τὰ πονηρὰ δόγματα. Κοσμικὰς δὲ ἐπιθυμίας, πλεονεξίαν, τρυφὴν καὶ τὰς ἄλλας, ὅσαι μὴ διαβαίνουσιν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀλλ' ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ χρησιμεύουσι, καὶ αὐτῷ συγκαταλύονται. Διὰ τοῦτο οὖν ἦλθεν ὁ Χριστὸς, ἵνα ἀρνησώμεθα καὶ τὰ ἀσεβῆ δόγματα, καὶ τὸν ἐναγῆ βίον, μετὰ τῆς αὐτῆς διαθέσεως ἀμφότερα μισήσαντες.

*Σωφρόνως καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν.* Τὸ, σωφρόνως, οὐ τὴν ἀποχὴν μόνον τῆς πορνείας σημαίνει, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν λοιπῶν παθῶν. Καὶ χρημάτων γὰρ ἐρῶν, οὐ σωφρονεῖς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀκολαστότερος εἶ, ὅσῳ οὐδὲ φυσικὸν τὸ πάθος [81]. Καὶ ἁπλῶς, πάντων τῶν ἄλλων παθῶν ἡττώμενός τις, οὐ σώφρων.

*Ἐν τῷ νῦν αἰῶνι.* Οὗτος γὰρ ἔχει τὸν ἀγῶνα· ὁ δὲ μέλλων τὰς ἀντιδόσεις.

*Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ἰδοὺ καὶ τὸ ἔπαθλον, ἡ δευτέρα ἐπιφάνεια, ἡ ὄντως μακαρία. Καλῶς δὲ εἶπε, *τῆς δόξης.* Δύο γὰρ ἐπιφανείας λέγει. Καὶ ἡ μὲν πρώτη, καθὼς καὶ ἀνωτέρω

A vires insint, ut hujusmodi animam in melius revocet? Semper enim servorum genus est improbum et morosum, eo quod non liberaliter instituantur, utpote a dominis neglecti, neque verbis, neque conversatione bonorum virorum recte formentur. Non igitur frustra alio in loco dixit Paulus: *Tanquam Deo servientes, et non hominibus* [67]. Etsi enim hero tuo inservias, honos tamen ad Deum recurrit, quoniam a timore illius, quæ erga herum est benevolentia, principium ducit.

Vers. 11. *Apparuit enim gratia Dei salutaris omnibus hominibus.* Cum multum et magnum a servis postulasset, nimirum ut ornent doctrinam Domini per honestam suam conversationem, commonstrat nunc quod non immerito ab illis tanta

B postulet: nam et illis gratia apparuit, etiamsi servi sint. *Omnibus* enim *hominibus*, inquit. Atque ipsis etiam multorum peccatorum remissionem donavit; quare par est ut et ipsi in posterum ad gloriam benefactoris sui vitam suam instituant.

Vers. 12. *Erudiens nos, ut abnegantes impietatem et sæcularia desideria.* Atque hinc eos pudefacit. Institutorem enim Deum nacti, quomodo non debetis digne eo vivere? Gratia autem ista, inquit, non extenditur ad condonationem tantummodo præteritorum delictorum, verum de futuro etiam nos securos reddit. Erudit enim nos, ut deinceps sobrie vivamus, qui omnino prius abnegavimus

**633** impietatem atque mundanas cupiditates. Per abnegationem itaque aversionem significat;

C quæ ex animo fiat totoque mentis affectu. Impietatem autem idololatriam pravaque dogmata appellat. Sæcularia autem desideria, avaritiam, delicias, et alia quæcunque in cœlum haud transeunt, sed in mundo hoc suam habent utilitatem, atque cum ipso dissolvuntur. Eam igitur ob rem venit Christus, ut abnegemus et impia dogmata, et vitam sceleratam, cum eodem affectu utraque odio prosequentes.

*Sobrie et juste et pie vivamus.* Sobrie, non tantum abstinentiam a fornicatione significat, sed a reliquis etiam affectibus. Nam si pecunias amas, non es sobrius, imo vero ideo intemperantior es, quandoquidem a natura non sit hic affectus. Ac

D simpliciter, quisquis ab aliis quibusvis motibus vincitur, non est sobrius.

*In præsenti sæculo.* Præsens enim certamen habet: futurum autem, præmium et retributiones.

Vers. 13. *Exspectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei, et Servatoris nostri Jesu Christi.* En præmium, secundus ille adventus, qui revera est beatus. Pulchre autem dixit, *gloriæ*. Duorum enim adventuum mentionem facit. S quidem primus, quemadmodum supra dictum est,

[67] Ephes. VI, 7.

Variæ lectiones.

[80] σημαίνει o. [81] οὐδὲ φυσικὴν τὸ πάθος ἀρχὴν ἔχει m.

Digitized by Google

gratiam habebat et remissionem, qui cum mansuetudine et humilitate contigit : secundus autem retributionem, cum gloria exhibitus ; perinde ac in Evangelio dicitur : *Quando venerit Filius hominis in gloria sua* [68]. Ubi autem sunt qui Filium imminuunt, et ne Deum quidem ipsum dicere sustinent ? Audiant hic quod et Deus sit, et magnus. Magnus autem de Deo dicitur, non per comparationem ad alium quemdam parvum, sed absolute, ut qui natura ipse per sese magnus sit. Si autem nos, cum hostes eramus, servavit, quid non tum daturus est, si probatos nos inveniat ?

A εἴρηται, χάριν εἶχε καὶ ἄφεσιν, μετὰ ἐπιεικείας καὶ εὐτελείας γενομένη· ἡ δὲ δευτέρα, ἀνταπόδοσιν, μετὰ δόξης δεικνυμένη [69]· ὡς καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Ὅταν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ*. Ποῦ δέ εἰσιν οἱ τὸν Υἱὸν ἐλαττοῦντες, καὶ οὐδὲ Θεὸν αὐτὸν ἀνεχόμενοι λέγειν ; Ἀκουέτωσαν ὅτι καὶ Θεός ἐστι, καὶ μέγας. Τὸ δὲ, μέγας, ἐπὶ Θεοῦ λέγεται, οὐ κατὰ σύγκρισιν τὴν πρὸς ἄλλον μικρὸν, ἀλλ' ἀπολελυμένως, ὡς φύσει αὐτομεγάλου ὄντος. Εἰ δὲ ἐχθροὺς ὄντας ἔσωσε, τί οὐ δώσει τότε, εὐδοκιμοῦντας ; ἡμᾶς εὑρών ;

VERS. 14. *Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate.* Hoc etiam potentiæ ejus signum est, quod dederit semetipsum : non quidem ut ab hoc aliquo liberaret, ab alio vero B non item ; cæterum, *ab omni iniquitate*. Hanc itaque revereamur redemptionem.

*Ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας*. Καὶ τοῦτο τῆς αὐτοῦ ἐξουσίας δεῖγμα, τὸ δοῦναι ἑαυτόν· καὶ οὐχ ἵνα τοῦδε μὲν λυτρώσηται, τοῦδε δὲ οὔ· ἀλλ' *ἀπὸ πάσης ἀνομίας*. Ὥστε δυσωπηθῶμεν τὴν λύτρωσιν.

*Et mundaret sibi populum acceptabilem.* Per lavacrum divini baptismi, operationemque suorum mandatorum divinorum purgandique vim habentium. Περιούσιος autem significat, pecularis, sive domesticus, per metaphoram sumptam a famulis, qui circa substantiam et facultates domini sui versantur, quasi dicat, electum, excellentem, nihil habentem commune cum reliquis.

*Καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον*. Διὰ τοῦ λουτροῦ τοῦ θείου βαπτίσματος, καὶ τῆς ἐργασίας τῶν θείων καὶ καθαρτικῶν ἐντολῶν αὐτοῦ. Περιούσιος δὲ, ὁ οἰκεῖος, ἐκ μεταφορᾶς τῶν περὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὸν πλοῦτον τοῦ δεσπότου στρεφομένων οἰκετῶν, οἷον, ἐξειλεγμένον, ἐξαίρετον, οὐδὲν ἔχοντα κοινὸν πρὸς τοὺς λοιπούς.

**634** *Sectatorem bonorum operum.* Hoc est, cum fervore quodam ad virtutem euntem, zelumque ostendentem in omnibus bonis operibus, ignitamque imitationem. Redemptio itaque ipsius solius est, opera vero æmulari, nostrum etiam C est.

*Ζηλωτὴν καλῶν ἔργων*. Τουτέστι, μετὰ θερμότητος ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἰόντα, καὶ ζῆλον ἐνδεικνύμενον ἐν πᾶσι τοῖς καλοῖς, καὶ μίμησιν διάπυρον. Ἡ μὲν οὖν λύτρωσις αὐτοῦ μόνου, τὸ δὲ ζηλοῦν τὰ ἔργα, καὶ ἡμῶν.

VERS. 15. *Hæc loquere, et exhortare, et argue cum omni imperio.* Loquere primum et exhortare, hoc est, cum mansuetudine doce : deinde argue : neque id simpliciter, sed, *cum omni imperio*, hoc est, cum severitate, cum auctoritate. Quoniam enim asperis moribus præditi erant, severitatem adversus eos utendam suadet. Sunt sane nonnulla quæ non opus habent severitate, verum adhortatione et persuasione, ut omnino pecunias contemnere. Sunt autem alia quæ severitate opus habent, ut adulteria, furta, circumventiones, veneficia.

*Ταῦτα λάλει, καὶ παρακάλει, καὶ ἔλεγχε μετὰ πάσης ἐπιταγῆς*. Λάλει πρῶτον καὶ παρακάλει, τουτέστιν ἡμερώτερον δίδασκε· εἶτα ἔλεγχε· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ, *μετὰ πάσης ἐπιταγῆς*, τουτέστι μετὰ ἀποτομίας, μετὰ αὐθεντίας. Ἐπειδὴ γὰρ σκληροὶ ἦσαν, τὴν ἀποτομίαν ἐπ' αὐτοὺς εἰσηγεῖται. Εἰσὶ μὲν οὖν ἃ οὐ δέονται ἀποτομίας, ἀλλὰ παραινέσεως καὶ πειθοῦς, ὡς τὸ πάντη καταφρονεῖν χρημάτων. Εἰσὶ δὲ ἃ δέονται, ὡς μοιχεῖαι, κλοπαὶ, πλεονεξίαι, γοητεῖαι.

*Nemo te contemnat.* Πρό, καταφρονείτω, nempe omnino opportune perstringentem : nam qui importune objurgat, magis contemnitur. D

*Μηδείς σου περιφρονείτω*. Ἀντὶ τοῦ, καταφρονείτω, εὐκαίρως πάντως στύφοντος, ὡς ὄντος ἀκαίρως ἐπιπλήσσοντος [63], μᾶλλον καταφρονεῖται.

## CAPUT III.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

VERS. 1. *Admone illos principibus et potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.* Ubique fideles vult obtemperare magistratibus. Ostendit autem quomodo subjiciantur, nempe, si ad omne opus bonum præparati fuerint : unde manifestum est, quod qui ad mala instructi

*Ὑπομίμνησκε αὐτοὺς ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, πειθαρχεῖν, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἑτοίμους εἶναι*. Πανταχοῦ τοὺς πιστοὺς ταῖς ἀρχαῖς ὑποτάσσεσθαι βούλεται. Δείκνυσι δὲ καὶ πῶς ἂν ὑποταγείεν, εἰ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν παρεσκευασμένοι ὦσιν. Ὅθεν δῆλον, ὅτι οἱ πρὸς τὸ

[68] Matth. XXV, 31.

Variæ lectiones.

[69] δεικνυμένην o. [63] ἐπιστύφων m.

Digitized by Google

κακὰ παρεσκευασμένοι, οὗτοι ἀπειθοῦσι ταῖς ἀρ- A sunt, illi magistratibus minime parent. Vel parati
χαῖς. Ἢ καὶ ὅτι ἕτοιμοι ἔστωσαν, ἵνα πρὸς τὰ sint ut ad bona flectantur, non ad impietatem, aut
καλὰ πείθωνται, μὴ πρὸς ἀσέβειαν, ἢ ἄλλο τι ψυχο- aliquod aliud quod animæ noceat.
βλαβές.

*Μηδένα βλασφημεῖν, ἀμάχους εἶναι, ἐπιεικεῖς.* Κἂν κακῶς πράττῃ τις, μηδὲ τοῦτον βλασφήμει, τουτέστι, μὴ λοιδόρει. Καθαρὸν γὰρ εἶναι δεῖ ἡμῶν τὸ στόμα ἀπὸ λοιδορίας. Εἴτε γὰρ ἀληθής ἐστιν αὕτη, οὐχ ἡμῶν τὸ κρίνειν, εἴτε ψευδής. Ὅρα πόσος ὁ κίνδυνος.

VERS. 2. *Neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos.* Etiamsi quis male faciat, ne cum blasphema, id est, non conviciare. Oportet enim os nostrum esse purum a convicio. Nam sive hoc verum sit, sive falsum, non est nostrum judicare. Vide quantum subsit periculi.

*Πᾶσαν ἐνδεικνυμένους πραότητα πρὸς πάντας ἀνθρώπους.* Καὶ Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας, καὶ μοχθηροὺς καὶ ἀδικοῦντας.

*Omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.* Judæos et Græcos, scelerates et injurios.

*Ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις.* Ἐν μὲν τῇ πρὸς Κορινθίους [84] ἀπὸ τῶν B μελλόντων φοβεῖ, ὥστε μὴ κρίνειν, λέγων· *Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ·* ἐνταῦθα δὲ ἀπὸ τῶν παρελθόντων σωφρονεστέρους ποιεῖ, λέγων· Μὴ λοιδορῶμεν ἄλλους, ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ χείρω ἡμάρτομεν πάλαι. Ὃ καὶ ὁ λῃστὴς πρὸς τὸν ἕτερον λῃστὴν ἔλεγεν· *Ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι ἐσμεν.* Πότε δὲ ἀνόητοι ἦμεν; Πρὸ Χριστοῦ. Πῶς γὰρ οὐκ ἄνοησις, τὸ τοῖς τοιούτοις θεοῖς λατρεύειν; Ἀνθρωποθυτεῖν, πῶς οὐ πλάνη μεγίστη; ἀλλὰ καὶ ἐπιθυμίαις ποικίλαις [85] καὶ ἡδοναῖς ἐδουλεύομεν. Ἐνταῦθα ἀῤῥενογαμίας, καὶ μητρογαμίας, καὶ ἀδελφογαμίας νόει, καὶ τὰς ἄλλας ἀκαθαρσίας· ποικίλως γὰρ ἐνέπαιξεν ὁ διάβολος ἡμῖν.

VERS. 3. *Eramus enim aliquando et nos insipientes, inobedientes, errantes, servientes desideriis et voluptatibus variis.* In Epistola quidem ad Corinthios a futuris terret, ut non judicent, inquiens : *Qui se existimat stare, videat ne cadat* [69] : hic vero a præteritis temperantiores reddit, dicens : Ne conviciemur aliis, quandoquidem et ipsi nos olim pejus peccaverimus ; quod et latro ad alterum latronem dicebat : *Quoniam in eadem condemnatione sumus* [70]. Quando autem insipientes eramus ? Ante Christum natum. Quomodo enim non stultitia erat hujusmodi **635** diis servire ? Nonne maximus erat error homines sacrificare ? Quinetiam cupiditatibus et variis voluptatibus serviebamus. Hic masculas nuptias, et cum matre et cum sorore connubia perpetrata intellige, aliasque impuritates : varie namque nobis illusit diabolus.

*Ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες στυγητοί, μισοῦντες [86] ἀλλήλους.* *Ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες*, τουτέστι, μνησικακίᾳ καὶ φθόνῳ διατρίβοντες ἀεί, καὶ οἷον βίον ταῦτα ἔχοντες· ὅθεν καὶ ἄξιοι μίσους ἦμεν, ὡς ἀλλήλους μισοῦντες. Εἰκότως· ἀπὸ τοῦ φθόνου γὰρ καὶ τὸ μῖσος.

*In malitia et invidia agentes, odibiles, odientes invicem. In malitia et invidia agentes*, hoc est, in vindictæ cupiditate et invidia commorantes semper, ac veluti vitam in iis habentes, unde et odio digni eramus, quoniam nos invicem odio prosequebamur. Idque non immerito : nam ex invidia odium nascitur.

*Ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπέφανε τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ.* Ὅτε ἐσαρκώθη δηλαδὴ ὁ Μονογενὴς, καὶ ἡμῖν ὡμοιώθη.

VERS. 4. *Cum autem benignitas et humanitas apparuit Servatoris nostri Dei.* Quando incarnatus est videlicet Unigenitus, nobisque assimilatus.

*Οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον ἔσωσεν ἡμᾶς.* Ἔσωσεν ἡμᾶς, οὐκ ἐξ ἔργων ὧν ἐποιήσαμεν· ἀντὶ τοῦ, οὔτε ἐποιήσαμεν ἔργα δικαιοσύνης [87], οὔτε ἐσώθημεν ἐκ τούτων, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ ἐποίησε.

VERS. 5. *Non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit.* Salvos nos fecit, non ex operibus quæ fecimus : hoc est, neque fecimus opera justitiæ, neque per hæc conservati sumus, sed bonitas ipsius totum operata est.

*Διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.* Βλέπε, ὅτι οὕτως ἦμεν ἐν τῇ κακίᾳ βεβαπτισμένοι, ὡς μηδὲ δύνασθαι καθαρθῆναι, ἀλλ' ἀναγεννήσεως δεηθῆναι. Τοῦτο γὰρ ἡ παλιγγενεσία καὶ ἀνακαίνισις, ἡ δευτέρα γέννησις, καὶ νέα πλάσις. Ὥσπερ γὰρ οἰκίαν *Per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, G. Quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Servatorem nostrum.* O rem mirabilem ! Adeo vitiis eramus immersi, ut ne purgari quidem possemus, sed opus fuit regeneratione. Nam regeneratio et renovatio secundam nativitatem novamque formationem significant. Ut enim

[84] I Cor. x, 12. [70] Luc. XXIII, 40.

## Variæ lectiones.

[84] Γαλάτας o. [85] μεγάλαις o. [86] μισητοὶ στυγοῦντες o. [87] ἔργα ἄξια δικαιώσεως m.

Digitized by Google

domum plane veterem non suffulcimus, verum ad fundamenta usque diruimus, novamque ædificamus : consimilem ad rationem Deus non reconcinnavit nos, sed denuo condidit. Quomodo ? Per Spiritum sanctum. Ne enim quæras modum : Spiritus, inquit, totum transegit. Unde hoc perspicuum ? *Quem effudit*, inquit, *abunde in nos*. Non enim tantummodo per illum refinxit nos, sed large ipsum etiam nobis impertiit, ut et illud per hoc monstretur. Ac merito. Postquam enim mundavit nos, tum et Spiritu suo abunde nos implevit, hoc enim est, quod ait : *Effudit*. Quod enim impurum non ingreditur. Hæc autem *per Jesum* contigerunt, siquidem ipse omnium bonorum et mediator et largitor est.

A παμπάλαιον οὐχ ὑποστηρίζομεν, ἀλλὰ μέχρι τῶν θεμελίων καθαιροῦντες, ἐκ καινῆς κτίζομεν· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς οὐκ ἐπεσκεύασεν ἡμᾶς, ἀλλ' ἄνωθεν κατεσκεύασε. Πῶς ; Διὰ Πνεύματος ἁγίου. Ἵνα γὰρ μὴ ζητῇς τὸν τρόπον, τὸ Πνεῦμα, φησὶ, κατώρθωσε τὸ πᾶν. Πόθεν τοῦτο δῆλον ; Ὁ ἐξέχεε, φησὶ, *πλουσίως ἐφ' ἡμᾶς*. Οὐ μόνον γὰρ δι' αὐτοῦ ἀνέπλασεν, ἀλλὰ καὶ δαψιλῶς τούτου μετέδωκεν, ἵνα κἀκεῖνο διὰ τούτου δειχθῇ. Καὶ εἰκότως. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκαθάρισε, τότε καὶ τοῦ Πνεύματος ἐπλήρωσεν ἡμᾶς ἀφθόνως. Τοῦτο γὰρ τὸ, *ἐξέχεεν*. Εἰς γὰρ ἀκαθάρτους οὐκ εἰσέρχεται τὸ καθαρόν. Ταῦτα δὲ *διὰ Ἰησοῦ* · αὐτὸς γὰρ ἡμῖν μεσίτης καὶ πρόξενος πάντων τῶν ἀγαθῶν.

Vers. 7. *Ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.* Rursus *gratia*, non debito dicit. Hoc autem nos humilitatem docet. Non enim ipsi aliquid transegimus. Insuper nos bene sperare facit de futuris bonis. Si enim nos adeo desperatos et perditos per gratiam servavit, multo magis justificatis ventura bona largietur. Ut efficiamur, **636** inquit, hæredes æternæ vitæ, perinde ac speramus. Vel quia jam hæredes simus, quatenus ad spem.

B *Ἵνα δικαιωθέντες τῇ ἐκείνου χάριτι, κληρονόμοι γενώμεθα κατ' ἐλπίδα ζωῆς αἰωνίου.* Πάλιν τὸ, *χάριτι*, οὐκ ὀφειλῇ. Τοῦτο δὲ καὶ ταπεινοφροσύνην διδάσκει. Οὐ γὰρ αὐτοί τι κατωρθώσαμεν. Καὶ εὐέλπιδας ποιεῖ περὶ τῶν μελλόντων. Εἰ γὰρ οὕτως ἀπεγνωσμένους χάριτι ἔσωσε, πολλῷ μᾶλλον δικαιωθεῖσι τὰ μέλλοντα δώσει. Ἵνα, φησὶ, κληρονόμοι γενώμεθα ζωῆς αἰωνίου, καθὰ καὶ ἐλπίζομεν. Ἢ ὅτι ἤδη κληρονόμοι ἐσμὲν, ὅσον γε τῇ ἐλπίδι.

Vers. 8. *Fidelis sermo.* Quia de futuris locutus erat, autoritatem verbo suo addit. Planum enim est a præcedentibus. Nam qui talia dedit, futura etiam daturus est.

*Πιστὸς ὁ λόγος.* Ἐπειδὴ περὶ μελλόντων εἶπε, τὸ ἀξιόπιστον τῷ λόγῳ προστίθησι. Δῆλον γὰρ ἀπὸ τῶν προλαβόντων · ὁ γὰρ τοσαῦτα δούς, καὶ ταῦτα δώσει.

*Et de his volo te confirmare, ut curent bonis operibus præesse qui credunt Deo.* Quia Dei bonitatis ineffabilis mentionem fecit, Volo te, inquit, ita de istis docere, ut discant fideles non solummodo humiliter sapere, et non conviciari aliis, verum etiam misereri. Qui enim secum reputaverit misericordiam quam ipse a Deo sit assecutus, ipse etiam miserebitur. *Ut curent*, inquit, hoc est, ut assiduam dent operam, sedulo que adnitantur injuste oppressis succurrere : viduis, orphanis, et, ut uno verbo dicam, quibusvis indigentibus prospicere : hoc enim indicat, *bonis operibus præesse :* nec exspectent tantisper dum egentes ad eos pervenerint, sed ipsi eorum curam gerant.

C *Καὶ περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι, ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι οἱ πεπιστευκότες Θεῷ.* Ἐπειδὴ ὑπέμνησε τῆς τοῦ Θεοῦ ἀφάτου ἀγαθότητος, φησὶν, Οὕτω βούλομαί σε διδάσκειν περὶ τούτων, ἵνα μάθωσιν οἱ πιστοὶ μὴ μόνον ταπεινοφρονεῖν, καὶ μὴ ὀνειδίζειν ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ ἐλεεῖν. Ὁ γὰρ ἐννοῶν τὸν ἔλεον τοῦ Θεοῦ οὗ αὐτὸς ἔτυχεν, ἐλεήσει καὶ αὐτός. *Ἵνα φροντίζωσι*, φησὶ, τουτέστιν, ἔργον καὶ σπούδασμα διηνεκὲς ἔχωσι βοηθεῖν ἀδικουμένοις· χηρῶν, ὀρφανῶν, καὶ ἁπλῶς, τῶν δεομένων προνοεῖσθαι · τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *καλῶν ἔργων προΐστασθαι*, καὶ μὴ ἀναμένωσι τοὺς δεομένους πρὸς αὐτοὺς ἐλθεῖν, ἀλλ' αὐτοὶ περὶ αὐτῶν μεριμνῶσι.

*Hæc sunt bona et utilia hominibus.* Cura et præfectura bonorum operum, vel ipsa etiam bona opera.

*Ταῦτά ἐστι τὰ καλὰ καὶ ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις.* Ἡ φροντὶς καὶ ἡ προστασία τῶν καλῶν ἔργων, ἢ αὐτὰ τὰ καλὰ ἔργα.

Vers. 9. *Stultas autem quæstiones, et genealogias, et contentiones, et pugnas legis devita. Sunt enim inutiles et vanæ.* Stultas inutiles vocat, quales Judæi fidelibus inferunt. Genealogias autem, quas iidem conficiunt, suam ad patriarchas genealogiam referentes, et majoribus illis gloriantes. *Devita* igitur, hoc est, rejice. Neque enim prætermittenda sunt necessaria opera, tempusque in vaniloquentia inutilibusque pugnis consumendum. Quæ enim conflictus istiusmodi utilitas, ubi nemo ad Christum captivus ducitur ? Quomodo igitur supra dedit in mandatis, ut obstrueret ora contradicentium ? Si aliis officiant, tum sunt compescendi. Ipsorum

*Μωρὰς δὲ ζητήσεις, καὶ γενεαλογίας, καὶ ἔριδας, καὶ μάχας νομικὰς περίϊστασο · εἰσὶ γὰρ ἀνωφελεῖς καὶ μάταιοι.* Μωρὰς τὰς ἀνωφελεῖς φησιν, οἷας οἱ Ἰουδαῖοι ἐπάγουσι τοῖς πιστοῖς. Γενεαλογίας δὲ, ἃς οἱ αὐτοὶ ποιοῦνται, τοὺς πατριάρχας γενεαλογοῦντες προγόνους αὐτῶν, καὶ τούτοις ἐγκαυχώμενοι. *Περίϊστασο* οὖν, ἀντὶ τοῦ, παραιτοῦ. Οὐδὲ γὰρ δεῖ ἀφιέναι τὰ ἀναγκαῖα ἔργα, καὶ δαπανᾷν τὸν καιρὸν εἰς ματαιολογίας καὶ μάχας ἀκερδεῖς. Τί γὰρ κέρδος μάχεσθαι, ἔνθα οὐ μέλλει τις αἰχμαλωτισθῆναι εἰς Χριστόν ; Πῶς οὖν ἀνωτέρω παρεκελεύσατο ἐπιστομίζειν τοὺς ἀντιλέγοντας ; Ὅταν ἐπὶ βλάβῃ ἄλλων ὦσι, τότε δεῖ ἐπιστομίζειν · γάϊον δὲ

Digitized by Google

τῆς αὐτῶν ὠφελείας, μηδὲ ἐπιχειρῆσαι ὅλως αὐτοῖς ὁμιλεῖν, οὐδὲ γὰρ ὠφεληθήσονται, ὡς ἀδιόρθωτοι.

A autem utilitatis gratia, ne omnino coneris cum illis colloqui : nihil enim proficient, ut qui incorrigibiles sint.

*Αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει, ὢν αὐτοκατάκριτος.* Πῶς οὖν ἑτέρωθί φησι· *Μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν;* Ἐκεῖ μὲν περὶ τῶν ἐλπίδα διορθώσεως ὑποφαινόντων· ἐνταῦθα δὲ τὸν ἀδιόρθωτον λέγει αἱρετικὸν, ἐὰν πάντα διεστραμμένον, ὃς καὶ αὐτοκατάκριτός ἐστιν, τουτέστιν ἀναπολόγητος. Οὐ γὰρ ἔχει εἰπεῖν ὅτι Οὐδεὶς ἐνουθέτησέ με, οὐδεὶς ἐδίδαξεν. Ὅταν οὖν μετὰ τὴν παραίνεσιν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένῃ, αὐτοκατάκριτός ἐστιν.

Verse 10, 11. *Hæreticum hominem post unam et alteram correptionem devita, sciens quod subversus est qui ejusmodi est, et delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus.* Quomodo igitur alio in loco ait : *Forsan dederit eis Deus pœnitentiam* [71] ? Illic loquitur de iis qui spem emendationis suæ ostendunt : hic vero incorrigibilem hæreticum dicit, qui omnino perversus est, quique a se condemnatus est, hoc est, qui defendere sese non valet. Non enim dicere potest : Nemo me corripuit, nemo docuit. Quando igitur post admonitionem in iisdem permanserit, suo ipse judicio se condemnavit.

*Ὅταν πέμψω Ἀρτεμᾶν πρός σε, ἢ Τυχικὸν, σπούδασον ἐλθεῖν πρός με εἰς Νικόπολιν· ἐκεῖ γὰρ κέκρικα παραχειμάσαι.* Τίνος ἕνεκεν Ἐκκλησίαν τοσαύτην [88] καὶ τηλικαύτην νῆσον πιστεύσας Τίτῳ, πάλιν πρὸς ἑαυτὸν περιέλκει ἀπὸ τῶν τοῦ ἔργου; Ἵνα πλείω ὠφελήσῃ αὐτὸν, καὶ καταρτίσῃ ἔτι μᾶλλον πρὸς τὸ ἔργον, ἀνακρίνας αὐτὸν ἐφ' οἷς ἐπιστεύθη. Ἡ δὲ Νικόπολις τῆς Θρᾴκης ἐστὶ, τῷ Ἴστρῳ ἐπικειμένη.

Verse 12. *Cum misero ad te Arteman aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolin : ibi enim statui hyemare.* Cujus rei gratia, cum tot Ecclesias et tantam insulam Tito credidisset, eum rursus ad seipsum ab operis instituto retrahit ? Ut plus ei prosit, eumque adhuc magis ad officium suum perficiat, ipso exanimato in iis quæ ei credita erant. Nicopolis autem Thraciæ urbs est, Istro adjacens. B 637

*Ζηνᾶν* [89] *τὸν νομικὸν, καὶ Ἀπολλὼ σπουδαίως πρόπεμψον, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ.* Τὸν τῶν Ἰουδαϊκῶν νόμων ἔμπειρον οὕτω φησί· τοιοῦτος γὰρ ἦν ὁ Ζηνᾶς· ὁ δὲ Ἀπολλὼς λογιώτερος καὶ δυνατὸς [90] ἐν ταῖς Γραφαῖς. Οὔπω δὲ ἦσαν οὗτοι Ἐκκλησίας πιστευθέντες. Τὸ δὲ, *Ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ*, ἀντὶ τοῦ [91], Ἐν ἀφθονίᾳ πάσῃ αὐτοὺς ποίει τῶν ἀναγκαίων, τροφῆς δηλαδὴ, καὶ ἐνδυμάτων.

Verse 13. *Zenam legisperitum, et Apollo sollicite præmitte, ut nihil eis desit.* Judaicarum legum peritum sic dicit : talis enim erat Zenas. Apollo autem eloquentior, et potens erat in Scripturis. Nondum autem erant illis Ecclesiæ commissæ. Quod autem ait, *ut nihil eis desit*, intelligendum est ita : Cura ut quibus opus habent, abunde ea subministrentur ipsis, ne quapiam re destituantur, alimento nimirum, et vestitu. C

*Μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι καλῶν ἔργων προΐστασθαι εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας, ἵνα μὴ ὦσιν ἄκαρποι.* Ὡσανεὶ τοῦτό φησιν· Ἐνῆν μοι καὶ ἑτέρως ἀνενδεεῖς ποιῆσαι τοὺς ῥηθέντας, ἀλλ' οὐ βούλομαι, ὡς ἂν *οἱ ἡμέτεροι*, τουτέστιν, οἱ περὶ σὲ, μάθωσιν ἐκ τοῦ τούτους ἐφοδιάσαι, *καλῶν ἔργων προΐστασθαι*, τουτέστι, κήδεσθαι τῶν δεομένων, καὶ ἐν χρήμασι, καὶ ἐν ῥήμασι, καὶ πᾶσι τρόποις· οὐχ ἵνα οἱ δεόμενοι κερδάνωσι τοσοῦτον, ἀλλ' ἵνα αὐτοὶ καρποὺς ἔχωσιν ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ὁμογενεῖς φιλανθρωπίας. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Κύριος ὁ πεντακισχιλίους θρέψας, ἠδύνατο πάντως καὶ ἑαυτὸν τρέφειν ἀεὶ, καὶ τοὺς μαθητὰς, ἀλλ' ὅμως ὑπὸ γυναικῶν ἠθέλησε τρέφεσθαι, ὡς ἂν ἐκεῖναι κερδάνωσιν. Οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῖν, οὐ τοσοῦτον τοὺς πένητας ὠφελεῖ διὰ τῆς ἡμετέρας μεταδόσεως, ὅσον ἡμᾶς δι' ἐκείνων. Ἀφέσεως γὰρ ἁμαρτιῶν, καὶ παῤῥησίας τῆς πρὸς Θεὸν αἴτιοι ἡμῖν οἱ πένητες.

Verse 14. *Discant autem et nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios, ut non sint infructuosi.* Perinde quasi diceret : Potuissem et aliter jam commemoratis, ne ulla re indigerent, prospicere, sed nolo ; ut *nostri*, hoc est, qui sunt apud te, discant ex hoc quod viatico et necessariis ad iter rebus hos instruxeris, *bonis operibus præesse*, hoc est, rationem habere indigentium, pecuniis, verbis, omnibusque modis : non tam ut indigentes inde commodum accipiant, sed potius ut ipsi humanitatis suæ, qua erga congeneres suos usi sunt, fructum percipiant. Nam et Dominus qui quinquies mille aluit, potuisset omnino et seipsum alere semper ac discipulos, attamen a mulierculis ali maluit, ut illæ lucrum inde consequerentur. Sic et de nobis, non tantam affert pauperibus utilitatem per nostram eleemosynam, quantam nobis per illos. Dimissionis enim peccatorum et fiduciæ erga Deum pauperes nobis sunt auctores. D

*Ἀσπάζονταί σε οἱ μετ' ἐμοῦ πάντες. Ἄσπασαι τοὺς φιλοῦντας ἡμᾶς ἐν πίστει.* Ἢ τοὺς φιλοῦντας αὐτὸν πιστῶς καὶ ἀδόλως, ἢ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν πιστοὺς, ἤτοι Χριστιανούς.

Verse 15. *Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide.* Vel amantes ipsum fideliter citraque dolum, vel diligentes ipsum fideles, aut Christianos.

[71] II Tim. II. 25.

Variæ lectiones.

[88] ἐκκλησίας τοσαύτας, καὶ τηλικαύτας m. [89] μηνᾶν m. [90] δυνάμενος o. [91] τουτέστι o.



Digitized by Google

**638** *Gratia cum omnibus vobis. Amen.* Exoptat ut eis conservetur donum Dei, vel ut benevolentia Dei cum ipsis sit semper, per gratiam eos conservans. Quæ et nobiscum sit qui maxime ea indigemus, et custodiat animas nostras et corpora in Spiritu sancto. Cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. A *Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.* Ἐπεύχεται φυλάττεσθαι αὐτοῖς τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, ἢ ἵνα ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ μετ' αὐτῶν ἀεὶ ᾖ, χάριτι αὐτοὺς τηροῦσα. Ἢ καὶ μεθ' ἡμῶν εἴη τῶν μάλιστα δεομένων αὐτῆς, καὶ φρουροίη καὶ ψυχὰς ἡμῶν καὶ σώματα ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Ὧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

# ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
## ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ
ΤΗΣ
## ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΑ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ
ΕΞΗΓΗΣΙΣ

—

# THEOPHYLACTI
BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI
## EPISTOLÆ DIVI PAULI AD PHILEMONEM
EXPOSITIO.

—

**639** *Argumentum Epistolæ ad Philemonem.* B *Ὑπόθεσις τῆς πρὸς Φιλήμονα Ἐπιστολῆς.*

*Neque servos neque heros ad se accedentes Christus rejicit : unus est enim Dominus omnium ipse, imo potius Pater : atque id cum ex multis aliis, tum vero præcipue ex hac Epistola liquet, in qua Philemon quidem dominus, Onesimus autem servus ; uterque, ut nihil dicam amplius, Paulo dilectus. Philemon itaque vir ab ipso principio admirandus erat, genere sane Phryx, fidelis autem vita et moribus, et necessitatibus sanctorum succurrens, et eleemosynas faciens. Onesimus autem primum transfuga erat : nam sublatis ex domo Philemonis pecuniis aufugerat. Hic cum Romam venisset, Pauli doctrinam audivit, et ab eo dum in vinculis erat, institutus et baptizatus,* **640** *clarus et admirandus ipse etiam factus est. Non pium itaque ratus Apostolus perturbari* C *Philemonem propter Onesimi fraudulentiam et fugam, volensque mundare vulnus cordis ipsius, quod a servo acceperat, remittit illum ad ipsum cum Epistola hac commendatitia. Asseverant autem nonnulli, non oportere hanc connumerari reliquis, quippe quæ sit de re vili : verum expende quanta sint ex hac commoda. Primum quidem instituit nos, ut etiam pro iis qui*

*Οὔτε δοῦλον οὔτε δεσπότην ὁ Χριστὸς προσιόντας αὐτῷ ἀποβάλλεται. Εἷς γάρ ἐστι Δεσπότης πάντων αὐτὸς, μᾶλλον δὲ πατήρ. Καὶ τοῦτο δῆλον μὲν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν, καὶ ἐκ ταύτης δὲ τῆς Ἐπιστολῆς, ἐν ᾗ Φιλήμων μὲν ὁ δεσπότης, Ὀνήσιμος δὲ ὁ οἰκέτης· ἀμφότεροι, ἵνα μηδὲν εἴπω πλέον, ἀγαπητοὶ Παύλου. Ὁ μὲν οὖν Φιλήμων καὶ ἐξ ἀρχῆς θαυμαστός τις ἦν ἀνὴρ, Φρὺξ μὲν τὸ γένος, πιστὸς δὲ τὸν τρόπον, καὶ ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνῶν, καὶ ἐλεημοσύνας ποιῶν. Ὀνήσιμος δὲ δραπέτης μὲν τὰ πρῶτα· καὶ γὰρ κλέψας χρήματα ἐκ τῆς οἰκίας[91] τοῦ Φιλήμονος, ἀπέδρα. Γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ, διήκουσε Παύλου, καὶ κατηχηθεὶς παρ' αὐτοῦ καὶ βαπτισθεὶς ἐν δεσμοῖς ὄντος, θαυμάσιός τις καὶ αὐτὸς γέγονεν. Οὐχ ὅσιον οὖν κρίνας ὁ Ἀπόστολος λυπεῖσθαι τὸν Φιλήμονα ἐπὶ τῇ τοῦ Ὀνησίμου κακουργίᾳ τε καὶ φυγῇ, καὶ θέλων καθαρίσαι τὴν πληγὴν τῆς καρδίας αὐτοῦ, ἣν ἐπὶ τῷ δούλῳ ἐδέξατο, ἀποπέμπει τοῦτον πρὸς αὐτὸν μετὰ καὶ τῆς Ἐπιστολῆς ταύτης, παραθετικὴν αὐτὴν ποιήσας. Φασὶ δέ τινες, μὴ*

Variæ lectiones.

[91] πρόβατα ἐκ τοῦ οἴκου ὁ.

Digitized by Google

*χρῆναι ταύτην συναριθμεῖσθαι ταῖς λοιπαῖς, ἅτε ὑπὲρ εὐτελοῦς οὖσαν πράγματος· ἀλλ' ὅρα πόσα ἐκ ταύτης τὰ χρήσιμα. Πρῶτον μὲν παιδεύει ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ τῶν δοκούντων εὐτελῶν σπουδάζειν.* « Μὴ καταφρονήσατε γὰρ, φησὶν ὁ Κύριος, ἑνὸς τῶν μικρῶν. » *Δεύτερον δὲ, ὅτι εἰ δοῦλος οὕτως ἰταμὸς καὶ κακοῦργος ὑπέστρεψεν, οὐ χρὴ ἀπογινώσκειν ἑαυτῶν, καὶ μάλιστα ἐν ἐλευθερίᾳ ἀνατραφέντων*[93]. *Τρίτον, ὅτι οὐ χρὴ προφάσει εὐλαβείας δούλους ἀποσπᾶν τῶν δεσποτῶν μὴ βουλομένων. Τέταρτον, ὅτι οὐ χρὴ ἡμᾶς ὑπερφρονεῖν τῶν δούλων ἐναρέτων ὄντων, οὐδὲ ἐπαισχύνεσθαι αὐτούς, ὁπότε Παῦλος καλεῖ τέκνον τὸν Ὀνήσιμον. Τίς γοῦν ἐστιν ὁ ἀπαξιῶν ταύτην ταῖς λοιπαῖς συναριθμεῖν*[94]*, τοσαύτης ὠφελείας γέμουσαν;*

A *nobis videntur esse viles, solliciti simus.* « Ne contemnatis *enim, inquit Dominus,* unum ex pusillis hisce [73]. » *Alterum, si servus tam audax et fraudulentus conversus est, non oportet nos desperare de nobisipsis, maxime qui in libertate educati sumus. Tertium, non oportere nos pietatis prætextu servos a dominis, ipsis invitis, avellere. Quartum, non esse nobis despicatui habendos servos virtute insignes, neque eorum nos pudere oportet, quandoquidem Paulus filium vocet Onesimum. Quis igitur est qui hanc tanta commoditate refertam cæteris annumerare dignetur?*

[73] Matth. XVIII, 10.

Variæ lectiones.

[93] ἀναστραφέντων o. [94] συναριθμεῖσθαι m.

---

# THEOPHYLACTI COMMENTARIUS

## IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM.

*Παῦλος δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Εὐθέως ἐκ προοιμίων παιδεύει τὸν δεσπότην μὴ ἐπαισχύνεσθαι τὸν δοῦλον, σύνδουλον νῦν γεγονότα. Πάντα γὰρ διὰ τὸν Χριστὸν καλὰ, καὶ τὰ δεσμὰ, οἷς καὶ αὐτὸς χαίρει, ὥστε καὶ ὀνομάζεσθαι ἀπ' αὐτῶν. Ἅμα δὲ καὶ δυσωπεῖ, δεικνὺς ὅτι δίκαιον τῷ διὰ τὸν Χριστὸν δεσμουμένῳ[95] δοθῆναι τὴν χάριν.

*Καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός.* Ὥσπερ οὐκ ἀρκῶν αὐτὸς εἰς ἱκεσίαν, συμπαραλαμβάνει καὶ τὸν Τιμόθεον συνικέτην, ἵνα τὴν τῶν πλειόνων ἱκεσίαν δυσωπηθῇ.

*Φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ καὶ συνεργῷ ἡμῶν.* Εἰ ἀγαπητὸς, δώσει τὴν χάριν· εἰ συνεργὸς, οὐ καθέξει τὸν δοῦλον, ἀλλὰ πάλιν ἀποστελεῖ πρὸς ὑπηρεσίαν τοῦ κηρύγματος, οὗ καὶ αὐτὸς ἐργάτης ἐστί. Καὶ γὰρ καὶ τὸ ἔργον τοῦ δεσπότου ἀνακληρώσει, ἐὰν αὖθις ἀποδοθῇ.

*Καὶ Ἀπφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ, καὶ Ἀρχίππῳ τῷ συστρατιώτῃ ἡμῶν.* Ἴσως ἡ Ἀπφία γαμετὴ ἦν, καὶ ὁ Ἄρχιππος φίλος. Εἰ συστρατιώτης δὲ, καὶ ἐν τούτῳ ἀγωνιεῖται. Οὗτος δὲ ἦν περὶ οὗ γράφει Κολασσαεῦσιν· *Εἴπατε τῷ Ἀρχίππῳ, Βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες.*

*Καὶ τῇ κατ' οἶκόν σου Ἐκκλησίᾳ.* Ἐκκλησίαν, πάντας τοὺς ἐν τῇ οἰκίᾳ πιστοὺς λέγει, συμπαραλαβὼν[96] καὶ δούλους. Ὅρα δὲ ταπεινοφροσύνην, ὅπως καὶ τούτους παρακαλεῖ συλλαβέσθαι αὐτῷ τῆς πρεσβείας.

**641** VERS. 1. *Paulus vinctus Jesu Christi.* Statim ab exordio instituit dominum, ne servi eum pudeat, qui jam conservus ipsius factus sit. Nam propter Christum omnia sunt pulchra, ipsa etiam vincula, quibus et ipse gaudet, ita ut ab eis nominetur. Simul etiam exorat, ostendens par esse, ut sibi propter Christum vincto detur hæc gratia.

*Ac Timotheus frater.* Tanquam ipse non sufficiat ad supplicationem, assumit etiam Timotheum una supplicantem, ut plurium intercessionem veneretur.

*Philemoni dilecto et adjutori nostro.* Si dilectus, dabit veniam : si cooperator, non retinebit servum, sed remittet eum ad ministerium verbi, cujus et ipse minister est. Nam opus Domini replebit, si denuo reddatur.

VERS. 2. *Et Apphiæ dilectæ, et Archippo commilitoni nostro.* Forsan Apphia uxor erat Philemonis, Archippus autem amicus. Quod si commilito est, in hoc etiam certabit. Iste autem erat de quo scribit Colossensibus : *Dicite Archippo, Vide ministerium quod accepisti* [73].

*Et Ecclesiæ quæ in domo tua est.* Ecclesiam, omnes qui in ædibus ejus erant, fideles appellat, complectens etiam servos. Animadverte autem humilitatem ejus, quemadmodum hos etiam obsecret, ut sibi in intercessionibus opitulentur.

[73] Coloss. IV, 17.

Variæ lectiones.

[95] δεσμίῳ o. [96] συμπαρακαλῶν καὶ τούτους o.

Digitized by Google

VERS. 5. *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.* Quomodo autem erit gratia Dei in nobis? Si et nos debitoribus nostris remittamus. Qui vero pax? Si et tu reconcilieris servo.

VERS. 4. *Gratias ago Deo meo semper, memoriam tui faciens in orationibus meis.* Quoties, inquit, tui recordatus fuero, recordor autem semper cum oro, toties gratias ago Deo pro tua virtute. Quæ autem sit illa, infert.

VERS. 5. *Audiens charitatem tuam et fidem quam habes erga Dominum et erga omnes sanctos.* Hic veluti misericordem ipsum prædicat. Porro haud e Phrygia Romam usque pervenisset fama de charitate et fide ejus, nisi maxima fuisset. Quoniam igitur omnes sanctos, sive fideles dilectione complecteris, debes etiam Onesimum pari charitate complecti, **642** fidelis enim est, ut et Dominum diligere videaris. Vides quantam habeant vim hæc deprecandi verba?

VERS. 6. *Ut communicatio fidei tuæ efficax sit in agnitione omnis boni quod in vobis est.* Gratias, inquit, ago Deo pro charitate tua, hoc etiam obsecrans, Ut fides tua, quam communem habes nobiscum, efficax sit et operativa, ac veluti vivens, te omne bonum opus agnoscente, hoc est, amante et peragente. Tum enim fides nostra vivit, cum omne opus bonum aggredimur ac peragimus: sicut mortua est, operibus destituta. Adjecit autem: *Quod est in vobis*, ut ostendat Philemonem ipsum etiamnum omne opus bonum in se habere, perinde quasi dicat: Omnis operis boni, quod etiamnum in vobis, hoc est, in te est. Porro cum dicit, *Communicatio fidei*, connectit sibi Philemonem ipse Paulus, unumque facit. Communis enim fides unit: Quocirca oportet te idem sapere mecum. Vel fidei communicationem eleemosynam vocat, ut quæ a multa fide fiat. Ait ergo: Mentionem tui facio in precibus meis, orans ut communicativa liberalisque tua mens numquam cesset, sed omne potius bonum, *quod in vobis est*, hoc est, quod tibi adest, effundas in egentes.

*In Christum Jesum.* Ad Christum Jesum, inquit, refertur quidquid boni egentibus impertieris, maximeque sanctis. Proinde si etiamnum Onesimum receperis, mihique hanc gratiam et beneficium impenderis, Christo impendis.

VERS. 7. *Gratiam habemus multam, et consolationem in charitate tua.* Hoc est, gaudium habemus, et non solum gaudium, sed etiam maximam consolationem in vinculis ob tuam charitatem, id est, ob benignam et liberalem animi tui sententiam.

*Quod viscera sanctorum refocillata sunt per te, frater.* Sapientissime rem ipsam aggreditur, ad memoriam ei revocans beneficia quæ in alios contulit, ut eo magis leniat eum, dum reputaverit quod si aliis vel ignotis det, multo magis præceptori suo Paulo. Nec simpliciter dixit, Das sanctis: sed, *Re-*

A *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Πῶς δὲ ἔσται ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐν ἡμῖν; Ἐὰν καὶ ἡμεῖς τοῖς ὀφειλέταις χαρισώμεθα. Πῶς δὲ εἰρήνη; Ἂν καὶ σὺ καταλλαγῇς τῷ δούλῳ.

*Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε, μνείαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου.* Ὁσάκις, φησὶ, μνησθῶ σου, μιμνήσκομαι δὲ πάντοτε ὅταν προσεύχωμαι, τοσαυτάκις εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ ὑπὲρ τῆς σῆς ἀρετῆς. Τίς δὲ αὕτη, ἐπιφέρει.

*Ἀκούων σου τὴν ἀγάπην καὶ τὴν πίστιν ἣν ἔχεις πρὸς τὸν Κύριον καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἁγίους.* Ἐνταῦθα ὡς ἐλέημονα αὐτὸν ἐπαινεῖ. Οὐκ ἂν δὲ ἀπὸ Φρυγίας εἰς Ῥώμην ἠκούσθη ἡ ἀγάπη καὶ ἡ πίστις αὐτοῦ, εἰ μὴ μεγίστη ἦν. Ἐπεὶ οὖν πάν- B τας τοὺς ἁγίους, ἤτοι πιστοὺς ἀγαπᾷς, ὀφείλεις καὶ τὸν Ὀνήσιμον ἀγαπῆσαι, πιστὸς γὰρ, ἵνα καὶ τὸν Κύριον φανῇς ἀγαπῶν. Ὁρᾷς βίαν νοημάτων δυσωπητικῶν;

*Ὅπως ἡ κοινωνία τῆς πίστεώς σου ἐνεργὴς γένηται ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἀγαθοῦ τοῦ ἐν ὑμῖν.* Εὐχαριστῶ, φησὶ, τῷ Θεῷ ὑπὲρ τῆς ἀγάπης σου, προσευχόμενος καὶ ὑπὲρ τούτου, ἵνα ἡ πίστις σου, ἣν κοινὴν ἔχεις ἡμῖν, ἐνεργὴς γένηται καὶ ἐμπρακτος, καὶ οἷον ζῶσα, ἐν τῷ ἐπιγινώσκειν σε πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, τουτέστιν, ἀγαπᾷν καὶ μεταχειρίζεσθαι. Τότε γὰρ ἡ πίστις ζῇ, ὅταν πᾶν ἀγαθὸν ἔργον μετερχώμεθα, ὥσπερ καὶ νεκρά ἐστι χωρὶς ἔργων οὖσα. Προσέθηκε δὲ, *τοῦ ἐν ὑμῖν*, ἵνα δείξῃ C ὅτι καὶ νῦν ὁ Φιλήμων πᾶν ἀγαθὸν ἔργον ἐν ἑαυτῷ ἔχει, ὡσανεὶ τοῦτο λέγων· Παντὸς ἀγαθοῦ ἔργου τοῦ καὶ νῦν ἐν ὑμῖν, τουτέστιν ἐν σοὶ ὄντος. Ἐν τῷ εἰπεῖν δὲ, *κοινωνία τῆς πίστεως*, συνάπτει τὸν Φιλήμονα πρὸς ἑαυτὸν ὁ Παῦλος, καὶ ἑνοποιεῖ. Ἡ γὰρ κοινὴ πίστις, καὶ ἑνοποιός ἐστιν· ὥστε δεῖ σε καὶ τὸ ἓν φρονεῖν ἐμοί. Ἡ κοινωνία πίστεως τὴν ἐλεημοσύνην καλεῖ, ὡς ἀπὸ πίστεως πολλῆς γενομένην. Φησὶν οὖν ὅτι Μνείαν σου ποιοῦμαι, εὐχόμενος ἵνα ἡ κοινωνικὴ καὶ εὐμετάδοτός σου γνώμη μηδέποτε παύσηται, ἀλλὰ μᾶλλον πᾶν ἀγαθὸν, *ὃ ἐστιν ἐν ὑμῖν*, τουτέστιν ὅπερ σοὶ πρόσεστιν, ἐκχέῃς πρὸς τοὺς δεομένους.

*Εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν.* Εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, φη- D σὶν, ἀναφέρεται ὅ τι ἂν ἀγαθὸν ποιῇς τοῖς δεομένοις, καὶ μάλιστα ἁγίοις· ὥστε καὶ νῦν εἰ τὸν Ὀνήσιμον δέξῃ, καὶ χάριν ἐμοὶ ταύτην καταθήσεις, Χριστῷ δίδως αὐτήν.

*Χάριν ἔχομεν πολλὴν καὶ παράκλησιν ἐπὶ τῇ ἀγάπῃ σου.* Τουτέστι χαρὰν ἔχομεν, καὶ οὐ μόνον χαρὰν, ἀλλὰ καὶ παρηγορίαν μεγίστην ἐν τοῖς δεσμοῖς ἐπὶ τῇ ἀγάπῃ σου, ὅπερ ἐστὶ τῇ φιλανθρώπῳ καὶ μεταδοτικῇ σου προαιρέσει.

*Ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων ἀναπέπαυται διὰ σοῦ, ἀδελφέ.* Σοφώτατα τὸ πρᾶγμα μεταχειρίζεται, ἀναμιμνήσκων αὐτὸν τῶν πρὸς ἄλλους εὐεργεσιῶν, ἵνα μᾶλλον μαλάξῃ, ἐννοήσαντα ὅτι Εἰ ἄλλοις ἀγνοουμένοις δίδωμι, πολλῷ μᾶλλον τῷ διδασκάλῳ Παύλῳ. Καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν ὅτι Δίδως τοῖς ἁγίοις,

Digitized by Google

ἀλλ' ὅτι Ἀναπαύεις τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων, τουτ- A *focillas viscera sanctorum*, hoc est, tota anima re-
ἔστιν ὁλοψύχως· ἀποδέχονται τὴν φιλανθρωπίαν cipiunt humanitatem tuam, ceu abunde et officiose
σου, ὡς ἀφθόνως καὶ θεραπευτικῶς[97] εἰς αὐτοὺς ipsis communicatam.
γινομένην.

Διὸ καὶ πολλὴν ἐν Χριστῷ παῤῥησίαν ἔχων Vers. 8, 9. *Propter quod multam fiduciam habens in Christo imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro.* Quia erga omnes, inquit, sanctos talis es, ut corda illorum per te refocillentur, multo magis ego in Christo, hoc est, tanquam qui secundum **643** Christum te genuerim, libertatem habebam imperandi tibi, non tanquam dominarer in te, sed propter charitatem, quam ego erga te habeo, tuque erga me. Quod vero ait, *Quod ad rem pertinet*, hoc est, vel injungere tibi quod conveniat, id est, ad usum meum veniat, B ut ipsum repleas; vel : Omnium sanctorum curam geris, et ego igitur secundum id quod conveniat, hoc est, quantum ad me pertinet, libertatem habebam injungendi tibi; sed tamen obsecro. Adeo enim necessaria mihi res est, ut etiam obsecrem.

ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον, διὰ[98] τὴν ἀγάπην μᾶλλον παρακαλῶ. Ἐπειδὴ, φησὶ, πρὸς πάντας ἁγίους τοιοῦτος εἶ, ὥστε τὰς καρδίας αὐτῶν ἐπαναπαύεσθαί σοι, πολλῷ μᾶλλον ἐγὼ ἐν Χριστῷ, τουτέστιν ὡς κατὰ Χριστὸν γεννήσας σε, παῤῥησίαν εἶχον ἐπιτάσσειν σοι, οὐχ ὡς δεσπόζων σου, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀγάπην, ἣν κἀγὼ ἔχω πρὸς σὲ, καὶ σὺ πρὸς ἐμέ. Τὸ ἀνῆκον δὲ, ἢ ὅτι ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον, τουτέστι τὸ εἰς χρείαν μου ἐλθὸν, ὡς ἂν αὐτὸ ἀποπληροῖς· ἢ ὅτι Πάντας θεραπεύεις τοὺς ἁγίους· κἀγὼ οὖν κατὰ τὸ ἀνῆκον, τουτέστι τὸ ἐπιβάλλον B μοι μέρος, παῤῥησίαν εἶχον ἐπιτάσσειν σοι, ἀλλ' ὅμως παρακαλῶ. Οὕτω γὰρ ἔχω ἀναγκαῖον τὸ πρᾶγμα, ὥστε δεῖσθαι.

*Cum talis sim, ut Paulus senex, nunc autem et vinctus Jesu Christi.* Talis cum sim, inquit, legatus, atque ita audiri dignus, ut par est Paulum senem, hoc est, et a docendi dignitate, et a tempore auctoritatem habentem, nunc autem et aliud majus adeptum, nimirum, propter Christum ligatum esse. Viden' quotas ad persuadendum occasiones sumat?

Τοιοῦτος ὢν ὡς ὁ Παῦλος πρεσβύτης, νῦν δὲ καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τοιοῦτος ὢν, φησὶ, πρεσβευτὴς, καὶ οὕτως ἄξιος ἀκούεσθαι, ὡς εἰκὸς Παῦλον πρεσβύτην, τουτέστι, καὶ ἀπὸ τοῦ διδασκαλικοῦ ἀξιώματος, καὶ τοῦ χρόνου τὸ αἰδέσιμον ἔχοντα, νῦν δὲ καὶ μεῖζον ἄλλο προσλαβόντα, τὸ διὰ Χριστὸν δεδέσθαι. Ὁρᾷς; ὅσαι ἀφορμαὶ πρὸς τὸ πεῖσαι.

Vers. 10. *Obsecro igitur te pro filio meo quem genui in vinculis meis.* Nondum nominis meminit ejus pro quo intercedit. Primum enim mitigat Philemonem, servum ejus laudando per hoc quod filium vocat. Quam ob causam autem ipsum sic appellas? Quia genui ipsum, hoc est, in fide Christi institui, effecique ut baptismate mergeretur, idque cum in summa necessitate essem, nempe in vinculis. Per hæc igitur consopita indignatione ejus, sic tandem nominis meminit.

Παρακαλῶ οὖν σε περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν C ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου. Οὔπω τοῦ ὀνόματος ἐπεμνήσθη τοῦ μεσιτευομένου. Προκαταλεαίνει γὰρ τὸν Φιλήμονα, ἐγκωμιάζων τὸν οἰκέτην ἐν τῷ καλεῖν αὐτὸν τέκνον. Διὰ τί δὲ αὐτὸν οὕτω καλεῖς; Ὅτι ἐγέννησα αὐτὸν, τουτέστι, κατήχησα, καὶ βαπτισθῆναι ἐποίησα, καὶ ταῦτα ἐν ἀναγκαίαις· ἐν δεσμοῖς γάρ. Διὰ τούτων οὖν κατακοιμήσας τὸν θυμὸν αὐτοῦ, οὕτω μέμνηται τοῦ ὀνόματος.

Vers. 11. *Onesimo qui tibi aliquando inutilis fuit.* Novit quod peccati confessio iram exstinguit : propterea sic dicit.

Ὀνήσιμον τὸν ποτέ σοι ἄχρηστον. Οἶδεν ὅτι ἡ τοῦ ἁμαρτήματος ὁμολογία σβεννύει τὸν θυμόν· διὸ καὶ οὕτω φησί.

bus electus in Pontificem, neque, ut semel dicam, aliquam corporalem speciem habebat forma sacerdotii ejus, veluti tintinnabula et laminas, sed omnia spiritualia erant), primum recenset quæ sint communia Christo cum reliquis pontificibus, deinde ponit ea in quibus excellit. Tum enim revera excellens per comparationem quispiam ostenditur, quando in aliis quidem communicaverit, in aliis vero excellentior fuerit. Ex hominibus itaque assumi, commune est Christo cum reliquis : nam et ipse homo cum esset, factus est Pontifex. Tum quod pro hominibus constituitur in iis quæ ad Deum pertinent, hoc est, ut **676** pro nobis interpellet, et isthuc est commune ipsi cum reliquis.

A των προκεχειρισμένος, οὔτε, ἁπλῶς εἰπεῖν, σωματικήν τινα φαντασίαν εἶχε τὸ σχῆμα τῆς αὐτοῦ ἱερωσύνης, οἷον κώδωνας, καὶ πέταλα, ἀλλὰ πάντα πνευματικά), καταλέγει πρῶτον ἃ κοινά ἐστι τῷ Χριστῷ πρὸς τοὺς λοιποὺς ἀρχιερεῖς, εἶτα τίθησι καὶ τὰ ἐξαίρετα. Τότε γὰρ ὄντως ἡ κατὰ σύγκρισιν ὑπεροχή τινος γίνεται, ὅταν ἐν μὲν τοῖς κοινωνῇ, ἐν δὲ τοῖς ὑπερέχῃ. Τὸ τοίνυν ἐξ ἀνθρώπων λαμβάνεσθαι, κοινὸν τῷ Χριστῷ πρὸς τοὺς λοιπούς. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος ὤν, γέγονεν Ἀρχιερεύς. Καὶ τὸ ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίστασθαι τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, τουτέστι, λειτουργεῖν, καὶ τοῦτο κοινόν.

*Ut offerat munera et sacrificia pro peccatis.* Interpretatus est quid sit, *ab hominibus constitui in iis quæ sunt ad Deum*, nempe pro peccatis nostris placare Deum. Et hoc igitur commune est Christo cum aliis, sed non totum : nam ipse seipsum obtulit, illi vero alia quædam. Munus autem et sacrificium quomodo quidem, si exactam speetes rationem, discrepant, in Scripturis autem sine discrimine ponuntur, infra disces.

B *Ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν.* Ἡρμήνευτε τί ἐστι τὸ, *καθίστασθαι ὑπὲρ ἀνθρώπων πρὸς Θεὸν*, τὸ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν, φησὶν, ἱλάσκεσθαι τὸν Θεόν. Καὶ τοῦτο δὲ κοινὸν τῷ Χριστῷ πρὸς τοὺς ἄλλους· πλὴν οὐχ ὅλον· αὐτὸς μὲν γὰρ ἑαυτὸν προσήνεγκεν· ἐκεῖνοι δὲ ἄλλα τινά. Δῶρον δὲ καὶ θυσία πῶς κατὰ μὲν τὸν ἀκριβῆ λόγον διαφέρουσι, παρὰ δὲ τῇ Γραφῇ ἀδιαφόρως κεῖνται, μαθήσῃ κατωτέρω.

Vers. 2. *Qui condolere possit iis qui ignorant et errant.* Hoc est, qui possit moderate affici, compati, condescendere, ac condonare iis qui ex ignorantia peccant. Animadverte autem omne peccatum ex ignorantia et errore nasci : nam etiamsi videatur quis novisse quid malum sit, tempore tamen transactionis peccati tenebris circumfusus, ignorantia et errore languet, voluptatis illecebris C præcipitatus.

*Μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις.* Τουτέστι συμμετρεῖν, συμπαθεῖν, συγκαταβαίνειν, καὶ συγγινώσκειν τοῖς ἐξ ἀγνοίας ἁμαρτάνουσιν. Ὅρα δὲ ὅτι πᾶν ἁμάρτημα ἄγνοια καὶ πλάνη γεννᾷ. Κἂν γὰρ δοκῇ τις εἰδέναι τὸ κακὸν, ἀλλ' οὖν ἐν τῷ τῆς πράξεως καιρῷ σκοτιζόμενος, ἄγνοιαν καὶ πλάνην νοσεῖ, τῷ λείῳ τῆς ἡδονῆς κατακρημνιζόμενος.

*Quoniam et ipse circumdatus est infirmitate.* Simpliciorem ac veriorem sententiam esse hanc opinor, propterea videlicet ignorantibus condolere Pontificem, quod et ipse infirmitate sit amictus, et humanæ imbecillitatis mensuram ex seipso agnoscens, veniam quoque admetitur. Nonnulli tamen sic acceperunt, quod in hoc solo discrepat a populo pontifex, quod condonet : quandoquidem ipse in aliis non aliter ac reliqui, infirmitate circumfusus sit.

*Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται τὴν ἀσθένειαν.* Ἡ μὲν ἁπλουστέρα ἐκδοχὴ, οἶμαι δὲ καὶ ἀληθεστέρα, αὕτη ἐστὶν, ὅτι διὰ τοῦτο μετριοπαθεῖ ὁ Ἀρχιερεὺς τοῖς ἀγνοοῦσι, διότι καὶ αὐτὸς ἀσθένειαν περίκειται, καὶ εἰδὼς τὸ μέτρον τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἐφ' ἑαυτῷ, ἐπιμετρεῖ καὶ τὴν συγγνώμην· τινὲς μέντοι οὕτως ἐξεδέξαντο· ὅτι ἐν τούτῳ μόνῳ διαφέρει τοῦ λαοῦ ὁ ἀρχιερεὺς, ἐν τῷ συγγινώσκειν· ἐπεὶ τἄλλα καὶ αὐτὸς ἀσθένειαν ἴσως τοῖς πολλοῖς περίκειται.

Vers. 3. *Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam et pro seipso offerre pro peccatis.* Hæc omnia non habet communia Christus cum reliquis, verum in his excellit. Neque enim Dominus peccatorum infirmitatem habebat, neque pro seipso obtulit, sed pro reliquis hominibus.

*Καὶ διὰ ταύτην ὀφείλει, καθὼς περὶ τοῦ λαοῦ, οὕτω καὶ περὶ ἑαυτοῦ προσφέρειν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν.* D Ταῦτα πάντα οὐκέτι κοινὰ τῷ Χριστῷ πρὸς τοὺς λοιποὺς, ἀλλ' ἐν τούτοις ὑπερέχει. Οὔτε γὰρ ἀσθένειαν εἶχεν ὁ Κύριος, τὴν τῶν ἁμαρτιῶν, οὔτε ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσήνεγκεν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων.

Vers. 4. *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo.* Aliud pontificis indicium ponit, quod peræque Christo convenit, nempe quod non ipse ad pontificatum assiliat, sed vocetur a Deo, atque ita acceperit. Perstringit autem hic Judæorum tum temporis pontifices, qui ipsi assiliebant ad honorem, emptitium istum possidentes, legem corrumpentes.

*Καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.* Καὶ ἕτερον γνώρισμα τίθησιν ἀρχιερέως, ἐμφαινόμενον καὶ τῷ Χριστῷ, τὸ, μὴ ἑαυτὸν ἐπιπηδᾷν τῇ ἱερωσύνῃ, ἀλλὰ καλούμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, οὕτω ταύτην ἀναδέχεσθαι. Αἰνίττεται δὲ ἐνταῦθα τοὺς τότε ἀρχιερεῖς τῶν Ἰουδαίων, οἳ ἐπεπήδων τῇ τιμῇ, ὠνητὴν ταύτην κτώμενοι, καὶ τὸν νόμον διαφθείροντες.

*Quemadmodum et Aaron.* Etenim Aaron primum a Deo per Mosen vocatus, sic functus est sacerdotio,

*Καθάπερ καὶ Ἀαρών.* Καὶ γὰρ Ἀαρὼν κατ' ἀρχὰς ὑπὸ Θεοῦ διὰ Μωσέως κληθεὶς, οὕτως ἱερεύσατο,

Digitized by Google

οὐκ αὐτὸς ἐπιπηδήσας. Καὶ αὖ ὅτε ἡ ῥάβδος ἐβλάστησεν, ἐδείχθη ὅτι θεοπρόβλητος ἦν· καὶ ὅτε τὸ πῦρ κατέφαγε τοὺς ἐπιπηδήσαντας τῇ ἱερωσύνῃ.

neque ipse assilit. Ac rursus quando virga floruit, commonstratum est quod divinitus missus erat : et quando ignis devoravit eos qui sacerdotium per se invasissent.

*Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι Ἀρχιερέα, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτόν· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.* Ὅπερ ὁ Χριστὸς πανταχοῦ ἔλεγεν, ὅτι *Ἀπεστάλην παρὰ τοῦ Πατρὸς*, καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, τοῦτο καὶ Παῦλος νῦν δείκνυσιν, ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἀπέσταλται, καὶ οὐκ αὐτὸς ἐδόξασεν αὑτὸν, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτὸν, τουτέστιν, ἐκεῖνος ἐδόξασεν αὐτόν· τοῦτο γὰρ δέξαι κατὰ κοινοῦ. Ἐπεὶ οὖν ὁ μετὰ Ἀαρὼν πολλὰ τεκμήρια αἰσθητὰ εἶχε τοῦ θεοπρόβλητος εἶναι, καθὸ προείρηται, ὁ δὲ Χριστὸς οὐδὲν αἰσθητὸν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ οἱ ἐναντιωθέντες αὐτῷ, καὶ ἀποκτείναντες, τέως εὐδοκίμουν, καὶ πάντα ἦγον καὶ ἔφερον, δείκνυσι τὸ μεῖζον, ἀπὸ προφητείας μαρτυρούμενον αὐτὸν ὅτι θεοπρόβλητός ἐστι. Δοκεῖ δὲ ἀνάρμοστος εἶναι ἡ ἐκ τοῦ δευτέρου ψαλμοῦ προφητεία πρὸς τὸ προκείμενον. Προῦκειτο μὲν γὰρ δηπουθεν ἀποδειχθῆναι θεοπρόβλητον ἀρχιερέα τὸν Χριστὸν, αὕτη δ' ἡ μαρτυρία τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννῆσθαι δηλοῖ. Μάλιστα μὲν οὖν, καὶ τὸ ὑπὸ Θεοῦ γεγεννῆσθαι, προκατασκευή ἐστι τοῦ ὑπὸ Θεοῦ χειροτονηθῆναι. Ἔπειτα καὶ τόδε προσλογίζου, ὅτι ἐπειδὴ καὶ ἐν τῷ ἑκατοστῷ ἐννάτῳ Ψαλμῷ εἴρηκεν· *Ἐκ γαστρὸς πρὸ Ἑωσφόρου γεγέννηκά σε.* Εἶτα μετὰ βραχὺ ἐπήγαγε· *Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ*· ἤνωσεν ὁ Παῦλος ἐνταῦθα τὰ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς ψαλμοῖς περὶ γεννήσεως λεγόμενα, ὡσανεὶ τοῦτο λέγων· Μὴ ὑπολάβῃς ὅτι περὶ ἄλλου τινὸς λέγεται τὸ, *Σὺ Ἱερεὺς εἶ εἰς τὸν αἰῶνα*, ἀλλ' ἢ περὶ τοῦ γεννηθέντος πρὸ Ἑωσφόρου· οὗτος δὲ οὐκ ἄλλος ἐστὶν, ἢ ὁ ἐν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ λεγόμενος *σήμερον γεγεννῆσθαι*· τό τε γὰρ, *πρὸ Ἑωσφόρου*, τὸ ἄχρονον δηλοῖ· καὶ τὸ, *σήμερον*, τὸ ἀπ' ἀρχῆς, τουτέστι, ἀφ' οὗ ὁ Πατήρ. Ὁ δὲ δεύτερος ψαλμὸς πρόδηλον ὅτι πάντα εἰς Χριστὸν ἀναφέρει. Περὶ Χριστοῦ ἄρα καὶ τὸ, *Σὺ Ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα*. Εἰπάτωσαν δὲ Ἰουδαῖοι, τίς ἕτερος ἱερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἐγένετο, εἰ μὴ ὁ Χριστός. Οὐ πάντες ὑπὸ νόμον ἦσαν; Οὐ πάντες ἐσαββάτιζον καὶ τὰς θυσίας προσέφερον; Προδηλότατα οὖν εἰς Χριστὸν ταῦτα εἴρηται, μόνος γὰρ οὗτος ἄρτῳ καὶ οἴνῳ τὴν θυσίαν ἀφωσιώσατο, ὡς καὶ ὁ Μελχισεδέκ. Πῶς δὲ εἶπε τὸ, *εἰς τὸν αἰῶνα*; ὅτι καὶ νῦν μετὰ τοῦ σώματος, ὃ ὑπὲρ ἡμῶν ἔθυσεν, ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί· τουτέστιν, αὐτὰ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν πάθη μεγάλην δυσωπίαν προβάλλεται, ἀλαλήτως λαλῶν τῷ Πατρὶ, ὅτι Ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὁ σὸς Υἱὸς ὑπέστη ταῦτα· ἐλέησον οὖν τούτους ὑπὲρ ὧν ἀνεσχόμην ἐγὼ παθεῖν. Ἢ ὅτι ἡ καθ' ἑκάστην γινομένη καὶ γενησομένη εἰς τὸν αἰῶνα προσφορὰ, διὰ τῶν τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν, αὐτὸν ἔχει Ἀρχιερέα καὶ Ἱερέα τὸν Κύριον, καὶ ἱερεῖον, ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἁγιάζοντα, καὶ κλώμενον, καὶ διδό-

VERS. 5, 6. *Sic et Christus non seipsum glorificavit ut fieret Pontifex, sed qui locutus est ad ipsum : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum et in* **677** *alio loco dicit : Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.* Quod Christus passim dicebat : *Missus sum a Patre*, et a meipso non veni, hoc et Paulus nunc indicat, quod a Deo missus sit : nec ipse glorificavit seipsum, sed qui locutus est ad eum, hoc est, ille glorificavit eum : hoc enim est repetendum. Quia igitur Aaron multa indicia sensibilia habebat quod a Deo missus esset, ut dictum est, Christus autem nihil sensibile habebat, quia potius qui adversabantur ei, et occidebant, in pretio tum erant, et pro arbitrio agebant, ac versabant omnia : producit jam majus testimonium ex prophetia, quod testetur eum a Deo vocatum. Videtur autem inconveniens esse e secundo psalmo petita prophetia ad institutum. Propositum enim erat ut demonstraretur Christum Pontificem esse a Deo vocatum et electum : testimonium autem istud a Patre natum asserit. Maxime autem a Deo natum esse, præparatio est ad hoc, ut a Deo etiam ordinatus sit. Insuper et hoc tecum reputa, quod postquam in centesimo nono Psalmo dixerit : *Ex utero ante Luciferum genui te :* deinde paulo post intulit : *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec :* conjunxit hic Paulus quæ in utroque Psalmo de generatione dicuntur : perinde ac si dicat : Ne existimes de alio quopiam dici, *Tu es Sacerdos in æternum*, nisi de eo qui natus est ante Luciferum. Is porro non est alius, quam qui in secundo psalmo dicitur, *Hodie genitus esse.* Quod enim ait, *ante Luciferum*, æternitatem designat temporis expertem. *Hodie* vero, a principio significat, hoc est, ex quo Pater erat. Porro planum est quod secundus psalmus ad Christum omnia referat. De Christo itaque etiam dictum est, *Tu es Sacerdos in æternum.* Dicant autem Judæi, quisnam fuerit alius sacerdos secundum ordinem Melchisedech, præter Christum. Nonne omnes sub lege fuerunt? Nonne omnes Sabbatum celebrabant, et victimas offerebant? Manifestissime igitur de Christo hoc dictum est : solus enim ille pane et vino sacrificium consecravit, perinde ac Melchisedec. Qui vero dixit, *in æternum?* Quoniam etiamnum una cum corpore quod pro nobis immolavit, apud Deum Patrem intercedit, hoc est, ipsas quas pro nobis pertulit afflictiones, ut multum commoveat, proponit, sine voce Patri ita loquens : Pro humana natura Filius tuus sustinuit hæc : miserere igitur horum, pro quibus ego pati et mori sustinui. Vel quia quæ in singulos dies fit et futura est in perpetuum oblatio per Dei ministros, ipsum habet Pontificem et Sacerdotem Dominum, atque **678** adeo ipsam hostiam, qui seipsum pro nobis san-

Digitized by Google

ctificat, et frangitur, et distribuitur. Quoties enim hæc fiunt, mors Domini annuntiatur.

VERS. 7. *Qui in diebus carnis suæ.* Per dies carnis suæ, tempus quo hic vixit, vel dies quos in vita hac carnali transegit, significat : non quod nunc carnem deposuerit : nequaquam : retinet enim eam, sed incorruptibilem ac superiorem carnalibus et inculpabilibus passionibus, nimirum, fame, siti, labore, idque genus aliis. Hunc autem textum Apostolus a Davide desumpsit, qui dicit in psalmo centesimo decimo quarto : *Et in diebus meis invocabo* [11]. Totum enim psalmum ad Christum refert Apostolus.

*Preces et supplicationes ad eum qui posset illum salvum facere a morte cum clamore volido et lacrymis offerens.* Hæc de carne dicta sunt : non enim ut Deus precabatur. Esto autem quod precaretur, non tamen cum clamore et lacrymis : ista enim non sunt Dei : cæterum irrefragabiliter humanæ naturæ unius Christi hæc tribuenda sunt, partim quidem, ut assumptæ naturæ veritas demonstretur, partim vero, ut et cura ipsius erga nos, ac dilectionis excellentia indicetur. Pro nobis enim hæc orabat, quod nostrum est sibi vindicans, ut in seipso naturæ humanæ formidinem, qua mortem metuit, absumeret. Reputa enim tecum, quod nusquam in Evangeliis scriptum sit, quod oraverit pro resurrectione sui, sed contra potius, ex potentia sua dixerit aperte : *Solvite templum hoc et excitabo ipsum* [12] ; et *Potestatem habeo sumendi animam meam* [13].

VERS. 7, 8. *Et exauditus pro reverentia, tametsi Filius esset.* Hoc etiam propter carnem et auditorum imbecillitatem dixit : nondum enim magnam de eo opinionem habebant. Quod igitur dicit, est hujusmodi : Tanta ipsius est reverentia, ut ejus potius opus esset, quam gratiæ Dei, quod exaudiretur ipse ; atque ex hac reverentia reveritus est cum Deus, et veluti pudore motus exaudivit eum, quanquam Filius esset, haberetque erga ipsum naturalem fiduciam : adeo magna erat et pudore digna. Ne igitur desperetis, cum Dominum habeatis, qui a Patre exaudiatur. Si igitur quidquam ipsum petieritis, dabit vobis : quod et ipse Christus discipulis in Evangelio ait : *Si diligeretis me, gauderetis utique, quoniam ego ad Patrem meum vado, quoniam Pater meus major me est* [14] ; et, *Quæcunque petieritis in nomine meo, dabit vobis.*

*Didicit ex iis quæ passus est, obedientiam.* Didicit, inquit, Deo Patri obedire, ex afflictionibus illud edoctus. Videtur autem omnino absurdum quod **679** dicitur. Qui enim didicit obedientiam ex iis quæ passus est, cum priusquam pateretur, Patri esset adeo obediens, ut vel ipsas afflictiones ex obedientia susciperet? *Factus est enim*, inquit, *obe-*

μενον. Ὁσάκις γὰρ ταῦτα γίνεται, ὁ θάνατος τοῦ Κυρίου καταγγέλλεται.

*Ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ.* Ἡμέρας τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, τὰς ἐν τῇ σαρκικῇ αὐτοῦ ζωῇ ἡμέρας δηλοῖ· οὐχ ὅτι νῦν ἀπέθετο τὴν σάρκα· ἄπαγε· ἔχει γὰρ αὐτὴν, εἰ καὶ ἄφθαρτον καὶ ἀνωτέραν καὶ αὐτῶν τῶν σαρκικῶν [16] καὶ ἀδιαβλήτων παθῶν, πείνης, δίψης, κόπου, καὶ τῶν τοιούτων. Ταύτην δὲ τὴν χρῆσιν ὁ Ἀπόστολος ἀπὸ Δαβὶδ ἔλαβε, λέγοντος ἐν ἑκατοστῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ψαλμῷ, *Ἐν ταῖς ἡμέραις μου ἐπικαλέσομαι.* Πάντα γὰρ τὸν ψαλμὸν εἰς Χριστὸν ἐκλαμβάνει ὁ Ἀπόστολος.

*Δεήσεις καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυναμενον αὐτὸν σώζειν ἐκ θανάτου μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας.* Ταῦτα περὶ τῆς σαρκὸς εἴρηται, οὐ γὰρ δὴ ὡς Θεὸς ἐδεῖτο. Ἔστω δὲ ὅτι καὶ ἐδεῖτο, οὐ δήπου καὶ μετὰ κραυγῆς καὶ δακρύων· ταῦτα γὰρ οὐ Θεοῦ, ἀλλ' ἀναντιῤῥήτως τῷ ἀνθρωπίνῳ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ ταῦτα προσαναθετέον· ἅμα μὲν ἵνα δειχθῇ τὸ ἀληθὲς τῆς προσληφθείσης φύσεως, ἅμα δὲ ἵνα καὶ τὸ πρὸς ἡμᾶς κηδεμονικὸν, καὶ τῆς ἀγάπης ἡ ὑπερβολὴ φανῇ [17]· ὑπὲρ γὰρ ἡμῶν ταῦτα ηὔχετο, τὸ ἡμέτερον οἰκειούμενος, ἵνα ἐν ἑαυτῷ δαπανήσῃ τὴν πρὸς τὸν θάνατον δειλίαν τῆς φύσεως. Ἐπεὶ σκόπει ὅτι οὐδαμοῦ [18] τῶν Εὐαγγελίων γέγραπται εὐξάμενος περὶ τοῦ ἀναστήσεσθαι, ἀλλὰ τοὐναντίον, κατ' ἐξουσίαν ἀποφαίνεται λέγων *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐγερῶ αὐτόν·* καὶ, *Ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν τὴν ψυχήν μου.*

*Καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίπερ ὢν Υἱός.* Καὶ τοῦτο διὰ τὴν σάρκα, καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκουόντων· οὕπω γὰρ μεγάλην περὶ αὐτοῦ δόξαν εἶχον. Ὃ οὖν λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι Τοσαύτη αὐτοῦ ἡ εὐλάβεια, ὥστε αὐτῆς εἶναι κατόρθωμα μᾶλλον ἢ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, τὸ εἰσακουσθῆναι αὐτόν· καὶ ἀπὸ ταύτης ἠδέσθη αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ κατεδυσωπήθη, καίτοιγε ὄντα καὶ Υἱὸν, καὶ ἔχοντα πρὸς αὐτὸν τὴν φυσικὴν παῤῥησίαν· οὕτως ἦν πολλὴ καὶ ἀξία αἰδοῦς. Ὥστε μὴ ἀλύετε, Δεσπότην ἔχοντες εἰσακουόμενον παρὰ τοῦ Πατρός. Ἐὰν οὖν τι αἰτήσησθε αὐτὸν, ποιήσει ὑμῖν· ὅπερ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ φησὶ τοῖς μαθηταῖς· *Εἰ ἠγαπᾶτέ με, ἐχάρητε ἄν, ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν Πατέρα μου πορεύομαι, ὅτι ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστί·* καὶ, *Ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν.*

*Ἔμαθεν, ἀφ' ὧν ἔπαθε, τὴν ὑπακοήν.* Ἔμαθε, φησὶν, ὑπακούειν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἀπὸ τῶν παθημάτων τοῦτο διδαχθείς. Φαίνεται δὲ ἁπλῶς ἄτοπον τὸ λεγόμενον. Πῶς γὰρ ἔμαθε τὴν ὑπακοὴν ἀφ' ὧν ἔπαθεν, ὅς γε καὶ πρὶν παθεῖν, τοσοῦτον ὑπήκοος ἦν τῷ Πατρὶ, ὥστε καὶ αὐτὰ τὰ πάθη διὰ τὴν ὑπακοὴν ἀναδέξασθαι; Ἐγένετο γάρ, φησὶν, *ὑπήκοος μέχρι*

[11] Psal. CXIV. 2. [12] Joan. II, 19. [13] Joan. X, 18. [14] Joan. XIV, 28.

Variæ lectiones.

[16] φυσικῶν o. [17] δειχθῇ o. [18] οὐδενί o.

Digitized by Google

*θανάτου*. Μάνθανε οὖν ὅτι ἐπειδὴ ἀφηνιάζειν οὗτοι ἐδόκουν ὡς μικρόψυχοι, λέγει ταῦτα τὰ ταπεινὰ περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἐκ περιουσίας πείσῃ αὐτοὺς πείθεσθαι καὶ ὑπακούειν τῷ τοῦ Θεοῦ βουλήματι, καὶ μὴ πρὸς τὰς θλίψεις ἀποδυσπετεῖν, ἀλλ' ἀναμένειν τὴν ἄνωθεν ἐπικουρίαν. Καὶ γὰρ, φησὶ, καὶ ὁ Υἱὸς ὑπομείνας τὸ πάθος, διὰ τὴν ὑπακοὴν εἰσηκούσθη παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐξῃρέθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐκ τοῦ θανάτου. Καὶ ἔκτοτε ἔμαθε συνεχῶς ὑπακούειν τῷ Θεῷ, ὡς πολλὰ τῆς ὑπακοῆς δυναμένης. Εἰ οὖν ἐκεῖνος ἐκέρδανεν ἀπὸ τῶν παθημάτων, πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς. Εἶδες πῶς διὰ τὴν τῶν ἀκροατῶν ὠφέλειαν οὕτω συγκατέβη Παῦλος, ὥστε καὶ ἄτοπά τινα λέγων φαίνεσθαι. Ἄκουε δὲ καὶ τῶν ἑξῆς.

A *diens ad mortem usque*. Disce igitur, quod cum isti præ pusillanimitate repugnare viderentur, hæc humilia de Filio Dei loquatur, ut ex abundanti persuadeat eis obtemperare voluntati Dei, nec statim ad tribulationes animum despondere, sed supernum auxilium exspectare. Nam et Filius, inquit, cum sustinuisset passionem, propter obedientiam exauditus est a Patre, atque erepta est anima ipsius ex morte. Atque hinc perpetuo morem gerere didicit Deo, quippe quia obedientia multum posset. Si igitur ille ex afflictionibus lucratus est, vos multo magis. Vidisti quomodo Paulus propter auditorum utilitatem ita condescenderit, ut absurda quædam dicere videatur. Audi vero quæ sequuntur.

*Καὶ τελειωθείς*. Ἆρα οὖν τελείωσις διὰ τῶν παθημάτων γίνεται· πῶς οὖν ὑμεῖς δυσχεραίνετε ἐπὶ ταῖς τελειοποιοῖς θλίψεσιν.

B Vers. 9. *Et consummatus*. Consummatio igitur fit per afflictiones. Quomodo igitur vos ægre estis animo in malis, quæ vos consummatos reddunt?

*Ἐγένετο πᾶσι τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου*. Τουτέστιν, οὐ μόνον αὐτὸς ἐσώθη, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις σωτηρίαν προεξένησε· καὶ οὐ πρόσκαιρον, οἷον ἐκ πολέμων, ἀλλ' αἰώνιον. Τίσι τούτοις; τοῖς ὑπακούουσι. Πῶς οὖν ὑμεῖς ἀπειθεῖτε καὶ κινδυνεύετε τῆς σωτηρίας ἐκπεσεῖν; Ὁρᾷς ὅτι τὸ πᾶν τοῦ λόγου οὕτως ἐσχημάτισται διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων μικροψυχίαν; Πλὴν ὅρα κἀνταῦθα τὸ ὑψηλόν. *Αἴτιος* γὰρ *σωτηρίας ἐγένετο*, ὅπερ τῆς θεότητος. Οὐδεὶς γὰρ ἄλλος, εἰ μὴ Θεὸς, τοιαύτης σωτηρίας αἴτιος.

*Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ*. Hoc est, nedum ipse servatus est, verumetiam aliis salutem conciliavit: neque eam temporariam, perinde ac ex bellis, sed æternam. Quibus hisce? obedientibus. Quomodo igitur vos inobedientes estis, adeo ut a salute vos excidere periculum sit? Videsne universam hanc orationem ita formatam esse propter auditorum pusillanimitatem? Attamen hic rursus sublimitatem orationis intuere. *Causa*, inquit, *salutis factus est*: quod sane divinitatis est. Nemo enim alius hujusmodi salutis auctor præter Deum.

*Προσαγορευθεὶς ὑπὸ Θεοῦ Ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ*. Διότι, φησὶν, ἔπαθε, διὰ τοῦτο ἀρχιερεὺς προσηγορεύθη, ὡς ἑαυτὸν προσενέγκας. Πλὴν εἰ καὶ αἷμα προσήνεγκεν, ἀλλ' οὖν οὐ κατὰ τὴν τάξιν τῶν Ἰουδαϊκῶν ἀρχιερέων, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ Μελχισεδέκ. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος οὐχ ὑπὸ ἀνθρώπου ἐχρίσθη· οὕτως οὐδὲ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὑπὸ Θεοῦ, τῷ ὁμοουσίῳ αὐτοῦ Πνεύματι. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος οὐ νομικὰς προσῆγε θυσίας, οὕτως οὐδὲ οὗτος· ἐκεῖνος βασιλεὺς, οὕτω καὶ οὗτος· καὶ μυρία ἄλλα.

C Vers. 10. *Appellatus a Deo Pontifex secundum ordinem Melchisedec*. Quia passus est, inquit, propterea appellatus est Pontifex, veluti semetipse offerens. Verumtamen etsi sanguinem obtulit, istud tamen non fecit juxta ordinem Judaicorum pontificum, verum secundum ordinem Melchisedec. Ut enim ille ab homine non est inunctus, sic neque Christus, sed a Deo, per ejusdem secum essentiæ Spiritum. Quemadmodum enim ille legis sacrificia non obtulit, sic neque iste. Ille Rex erat; similiter et iste, aliaque innumera.

*Περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ δυσερμήνευτος λέγειν· ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς*. Μέλλων εἰς τὴν διαφορὰν τῆς ἱερωσύνης καθεῖναι τὸν λόγον, πρότερον αὐτοῖς ἐπιτιμᾷ, δεικνὺς ὅτι διὰ τὸ νηπιῶδες αὐτῶν τοσαῦτα ταπεινὰ ἐφθέγξατο, καὶ τῷ κατὰ σάρκα λόγῳ ἐνδιέτριψεν. Εἰ γὰρ μὴ ἦσαν ἀσθενεῖς, πάλαι ἂν τῶν ὑψηλοτέρων ἐμνήσθη. Διὰ τὴν ὑμετέραν οὖν νωθρείαν, φησὶ, δυσερμηνευτός ἐστιν ὁ λόγος ὁ περὶ τοῦ, πῶς ἐστιν ὁ Χριστὸς Ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Καὶ διότι οὐ συνίετε ὑμεῖς, διὰ τοῦτο ἐγὼ καλῶς ἑρμηνεῦσαι οὐ δύναμαι. Τοῖς μὲν οὖν Κορινθίοις, μὴ δύνασθαι διαλεχθῆναι περὶ πνευματικῶν φησιν, ἅτε δὴ ζήλους καὶ ἔριδας ἐχουσι· διὸ καὶ σαρκικοὺς αὐτοὺς καλεῖ. Τούτους δὲ ἐπειδὴ τὸ ἀμαθὲς ἀπὸ τῶν θλίψεων ἐπεγένετο, οὐ σαρκικοὺς, ἀλλὰ νωθροὺς καλεῖ. Εἰπὼν δὲ τὸ, γεγόνατε, δείκνυσιν αὐτοὺς πάλαι ὑγιαίνοντας, ὕστερον δὲ τοιούτους γεγονότας.

D Vers. 11. *De quo multus est nobis sermo, explicatuque difficilis; quoniam segnes facti estis auribus*. Perducturus orationem ad sacerdotii discrimen, prius ipsos objurgat, indicans quod propter infantiam ipsorum adeo humilia protulerit, atque immoratus sit in oratione de humanitate Christi. Nisi enim infirmi fuissent, jamdudum sublimiorum rerum meminisset. Ob vestrum igitur torporem, **680** inquit, haud facile explicabilis est sermo de eo, quomodo Christus sit Pontifex secundum ordinem Melchisedec. Et quia non intelligitis, propterea ego commode interpretari non possum. Certe quidem Corinthiis ait se non posse loqui de spiritualibus, quippe quod æmulationes et contentiones inter se foverent: propterea et carnales eos vocat. Ilos autem, quia discendi difficultas ex afflictionibus obvenerat, non carnales, verum segnes vocat. Cum autem ait, *facti estis*, ostendit ipsos primum bene valuisse, postea vero tales factos.

Digitized by Google

VERS. 12. *Etenim cum deberetis esse doctores propter tempus.* Accusationem encomio miscet, inquiens: Aliorum vos debebatis esse doctores. Ostendit enim jam olim illos credidisse, arcanaque religionis audiisse. Ambo autem hæc laude digna, si modo ad socordiam non essent prolapsi. Tempus, inquit, fortiores reddit: vos vero dissoluti hoc frustra abusi estis.

*Rursus indigetis ut vos doceamini quæ sunt elementa exordii sermonum Dei.* Elementa, ea quæ sunt de humanitate Christi vocat. Ut enim in externis litteris prima elementa discenda sunt, hunc ad modum hic primum doceri oportet de humanitate Christi, atque humilibus assuescendum, deinde accedendum est ad ea quæ sunt Deitatis, quæ perfectiori intellectus opus habent. Ecce jam ab ipso Paulo manifeste didicisti, quam ob causam in humilibus sermonibus immoratur, raro autem sublime aliquid loquitur, et quod ob infirmitatem auditorum ista faciat. Ecce igitur et hæc Epistola humilibus est referta. Si autem aliquid sublime habet, hoc paucis transigitur.

*Et facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo.* Non dixit, Opus habetis, sed, *facti estis*, hoc est, vosipsi vosipsos eo perduxistis, vestra sponte tales facti. Lac autem, humilem orationem appellat et hic, et in Epistola ad Corinthios: solidum vero cibum, perfectiora et altiora. Non oportebat igitur, inquit, nunc introducere legalia, et ab istis comparationem facere incomparabilis Christi, nimirum quod sit Pontifex, quod sacrum fecerit, quod cum clamore precatus sit, ac supplicationes fecerit: attamen quia vos hisce alimini, præpono hæc. Observa autem quod quæ nunc nobis adsunt, ea tum alebant illos, et quod verum sunt alimentum eloquia Dei. *Dabo* enim, inquit, *famem illis audiendi verbum Domini.*

VERS. 13. *Omnis enim qui lactis est particeps, inexpertus est sermonis justitiæ:* **681** *parvulus enim est.* Justitiam, hic vel exactam vivendi rationem appellat, tanquam hoc dicens, quod imperfectus, inexpertus est supernæ philosophiæ, nec potest recipere summam et exactam vitam; quod et Christus exigebat, dicens: *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum et Pharisæorum* [18]; vel justitiam, ipsum *Christum* vocat, hoc dicens: Qui particeps est humilium de incarnatione sermonum, verba sublimia Christoque digna non admittit, utpote qui infans est, atque ista capere nequit.

VERS. 14. *Perfectorum autem est solidus cibus.* Hoc est, sublimes institutiones de divinitate Christi. Vides infantiam alteram quæ et in grandævis est, mentis videlicet: ac perfectionem, quam et juvenes habere nihil impedit.

*Qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus*

[18] Matth. v, 20.

Καὶ γὰρ ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον. Ἐγκωμίῳ μίγνυσι τὴν κατηγορίαν, εἰπών, ὅτι, Καὶ ἄλλοις ἔδει ὑμᾶς εἶναι διδασκάλους. Δείκνυσι γὰρ ἐκ πολλοῦ πεπιστευκότας αὐτοὺς, καὶ μυστηρίων ἀκούσαντας· ἄμφω δὲ ταῦτα ἐπαίνου ἄξια, εἴπερ αὐτοὶ μὴ ἐῤῥᾳθύμησαν. Ὁ χρόνος, φησὶ, μᾶλλον ἰσχυροὺς ποιεῖ· ὑμεῖς δὲ μάτην τούτῳ κατεχρήσασθε ἐκλυθέντες.

Πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς τίνα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ. Στοιχεῖα, τὰ περὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ φησιν. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἔξωθεν γραμμάτων τὰ στοιχεῖα πρῶτον δεῖ μαθεῖν, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα πρῶτον περὶ τῆς ἀνθρωπότητος ἔδει διδαχθῆναι, καὶ τοῖς ταπεινοῖς ἐνεθισθῆναι, εἶτα τοῖς τῆς θεότητος προσδῆναι, τελειοτέρας διανοίας δεομένοις. Ἰδοὺ ἀριδήλως ἔμαθες παρ' αὐτοῦ τοῦ Παύλου, τίνος ἕνεκεν τοῖς μὲν ταπεινοῖς λόγοις ἐνδιατρίβει, σπανιάκις δὲ ὑψηλόν τι λέγει, καὶ ὅτι τῆς ἀσθενείας τῶν ἀκουόντων τοῦτο χάριν ποιεῖ. Ἰδοὺ γοῦν καὶ αὕτη ἡ Ἐπιστολὴ τῶν μὲν ταπεινῶν γέμει [19]. Εἰ δέ τι καὶ ὑψηλὸν ἔχει, βραχὺ τοῦτο.

Καὶ γεγόνατε χρείαν ἔχοντες γάλακτος, καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς. Οὐκ εἶπεν, ὅτι, Χρείαν ἔχετε, ἀλλὰ, γεγόνατε, τουτέστιν, ὑμεῖς αὐτοὶ ἑαυτοὺς εἰς τοῦτο κατεστήσατε, ἐκ προαιρέσεως τοιοῦτοι γεγονότες. Γάλα δὲ τὸν ταπεινὸν λόγον καλεῖ καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους· στερεὰν δὲ τροφὴν, τὰ τελειότερα καὶ ὑψηλότερα. Οὐκ ἔδει οὖν, φησὶ, νῦν ἐπεισάγειν τὰ νομικὰ, καὶ ἀπὸ τούτων ποιεῖσθαι τὴν σύγκρισιν τοῦ ἀσυγκρίτου Χριστοῦ, ὅτι τε Ἀρχιερεὺς, καὶ ὅτι ἔθυσε, καὶ ὅτι μετὰ κραυγῆς ἐδεήθη καὶ ἱκετηρίας· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ τρέφεσθε τούτοις ὑμεῖς, προτίθημι καὶ ταῦτα. Σημείωσαι δὲ ὅτι ἃ [20] ἡμῖν προτίσταται νῦν, ἐκείνους τότε [21] ἔτρεφε, καὶ ὅτι τροφὴ ἀληθὴς τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Δώσω γὰρ, φησὶ, λιμὸν αὐτοῖς τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου.

Πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης· νήπιος γάρ ἐστι. Δικαιοσύνην ἐνταῦθα ἢ τὸν βίον τὸν ἠκριβωμένον φησὶν, ὡσανεὶ τοῦτο λέγων, ὅτι, Ὁ ἀτελὴς ἄπειρός ἐστι τῆς ἄνω φιλοσοφίας, καὶ οὐ δύναται παραδέξασθαι βίον ἄκρον· ὅπερ καὶ ὁ Χριστὸς ἀπῄτει, λέγων· Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων· ἢ δικαιοσύνην, τὸν Χριστὸν φησιν αὐτὸν, τοῦτο λέγων, ὅτι Ὁ μετέχων τῶν ταπεινῶν καὶ περὶ τῆς σαρκώσεως λόγων, τοὺς ὑψηλοὺς καὶ ἀξίους Χριστοῦ λόγους οὐ δέχεται, οἷα νήπιος καὶ τούτων ἀπαράδεκτος.

Τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφή. Τουτέστι, τὰ ὑψηλὰ δόγματα, τὰ περὶ τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ. Ὁρᾷς νηπιότητα ἑτέραν, ἣν καὶ γέροντες ἔχουσι, τὴν τῶν φρενῶν· καὶ τελειότητα, ἣν καὶ νέους ἔχειν οὐδὲν ἐμποδίζει.

Τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια ἐχόντων γε-

Variæ lectiones.

[19] μέμνηται o. [20] ὃ o [21] τοῦτο o.

Digitized by Google

γεγυμνασμένα πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. Ἔξιν, τὴν τελειότητα καὶ παγιότητα τῶν ἠθῶν φησιν. Ὁ τοίνυν πάγιος τὸ ἦθος, οὗτος καὶ τὰ αἰσθητήρια τῆς ψυχῆς ἔχει γεγυμνασμένα ταῖς θείαις Γραφαῖς, πρὸς διάκρισιν δογμάτων ὑψηλῶν καὶ ταπεινῶν, ὑγιῶν καὶ διεφθαρμένων. Οὐ γὰρ περὶ βίου ἐνταῦθά φησι· τοῦτον γὰρ πᾶς διακρίνει, καὶ οἶδεν ὅτι φαῦλον ἡ κακία, καὶ ἀγαθὸν ἡ ἀρετή. Ὅρα δὲ ὅτι γυμνασίας χρεία, καὶ ἀσκήσεως, καὶ ἐμπειρίας τῶν Γραφῶν, εἰ μέλλοιμεν διακρίνειν τίνα τῶν αἱρετικῶν, καὶ τίνα οὔ· καὶ [83] μὴ ἁπλῶς πᾶσιν ἐκδιδόναι τὰ ὦτα. Λάρυγξ μὲν γὰρ σῖτα γεύεται· ψυχὴ δὲ δοκιμάζει λόγους.

*ad discretionem boni et mali.* Consuetudinem, hic consummationem et firmitatem morum nominat. Qui igitur moribus vitaque firmus est, is etiam animæ sensoria habet exercitata in divinis Scripturis, ad dijudicationem humilium et sublimium dogmatum, sanorum item et corruptorum. Non enim de vita hic loquitur : eam enim unusquisque dijudicat, ac novit quod res prava sit malitia, et res bona virtus. Animadverte autem opus esse exercitatione, et meditatione, et peritia Scripturarum, si dijudicaturi simus quænam sint hæretica, et quæ non, et non simpliciter omnibus accommodare aures. Guttur enim cibum gustat ; anima vero sermones probat.

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

*Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα.* Εἶπεν ἀνωτέρω ὅτι νωθροὶ γεγόνατε, καὶ ὅτι νήπιοι, καὶ εἰς χρείαν κατέστητε τοῦ πάλιν τὰ πρῶτα στοιχεῖα τῆς πίστεως μανθάνειν· καὶ νῦν οὖν φησιν, ὅτι, Δεῖ ὑμᾶς ὡς τελείους λοιπὸν φρονεῖν, καὶ ὑπερβῆναι τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον, τουτέστι, τὰς πρώτας ἀρχὰς τῆς πίστεως, καὶ ἐπὶ τὴν τελειότητα φέρεσθαι, τουτέστι, τῶν ὑψηλοτέρων εἶναι δεκτικούς. Ἢ καὶ οὕτω τοῦτο νοήσεις· ὅτι ἐπειδὴ χωλεύειν περὶ τὴν πολιτείαν [83a] οὗτοι ἐδόκουν, λέγει νῦν αὐτοῖς περὶ βίου ἀνεπιλήπτου, ὡσανεὶ τοῦτο λέγων, ὅτι, Οὐ δεῖ ὑμᾶς [83] ἀεὶ περὶ τὴν ἀρχὴν στρέφεσθαι, τουτέστι, περὶ πίστεως διδάσκεσθαι, ὥσπερ εἰσαγωγικούς τινας, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὴν τελειότητα φέρεσθαι, τουτέστιν, ἐπὶ τὸν ἄριστον βίον. Τέλειος γὰρ ἐκεῖνος, ὃς μετὰ τῆς πίστεως καὶ βίον ἔχει ὀρθόν. Ἀρχὴ μὲν γὰρ καὶ θεμέλιος ἡ πίστις, καὶ ἄνευ ταύτης οὐδὲν ὠφεληθήσεται, ὥσπερ οὐδὲ ἄνευ στοιχείων γένοιτ' ἄν τις ἔμπειρος γραμμάτων. Πλὴν οὔτε ἀεὶ περὶ τὰ στοιχεῖα στρέφεσθαι δεῖ, οὔτε ἀεὶ ὡς νηπίους καὶ ἀτελεῖς περὶ πίστεως διδάσκεσθαι. Εἰ δέ τις τὴν μὲν προτέραν ἐκδοχὴν παραδέχοιτο, ταύτην δὲ ἀποδοκιμάζει ὡς ἀνακόλουθον οὖσαν τοῖς προρρηθεῖσιν ὑπὸ τοῦ Παύλου, ἐννοείτω ὡς ἔθος αὐτῷ ἐστι περὶ ἄλλων λέγοντι εἰς ἄλλα μεταπηδᾷν· ὡς ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους, περὶ τῶν δείπνων λέγων, εἰς τὸν περὶ τῶν μυστηρίων λόγον ἐνέβαλεν. Οὕτως οὖν καὶ νῦν ὀνειδίζων ἐν ἀρχῇ τούτοις νωθρότητα καὶ ἀσθένειαν πρὸς τὰ τελειότερα παραδέξασθαι, εἰσβάλλει εἰς τὸν περὶ τῆς πολιτείας λόγον, ἀτελεῖς καλῶν αὐτούς, καὶ διὰ τοῦτο, ὅτι μὴ πίστει τὸν βίον προσέθεσαν.

## CAPUT VI.

VERS. 1. *Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur.* Supra dixit : Segnes facti estis, et infantes, atque ad eam adacti estis necessitatem, ut jam sitis in fidei elementis instituendi ; nunc vero, Oportet, inquit, vos deinceps ceu perfectos sapere, ac transcendere sermonem primordii Christi, hoc est, prima fidei rudimenta, et ad perfectionem ferri, hoc est, altiorum esse capaces. Vel hunc ad modum hunc locum intelligere poteris : Quia illi in vitæ conversatione claudicare videbantur, verba jam eis facit de vita irreprehensibili, perinde quasi hoc dicat : Non oportet vos semper circa principia versari, hoc est, de fide doceri, tanquam novitios quosdam ; sed ad perfectionem etiam est pergendum, hoc est, ad optimam vitam. Perfectus enim ille est, qui cum fide vitam rectam habet. Nam principium et fundamentum fides est, citra quam nihil erit solidum, perinde ac neque sine elementis quispiam gnarus fiat litterarum. **682** Atqui non semper circa elementa nos versari oportet, neque semper in fide institui, ut infantes et imperfectos. Sin vero quisquam priorem sententiam recipere malit, hanc vero rejiciat, ut quæ sit inconsequens iis quæ a Paulo præmemorata sunt, noverit quod ille dum de uno aliquo disserit, ad alia transilire solet : ut in Epistola ad Corinthios, de cœnis et conviviis loquens, in sermonem de mysteriis incidit. Hanc ad rationem etiam nunc in principio objiciens eis segnitiem et imbecillitatem in perfectioribus recipiendis, in sermonem de moribus et conversatione fertur, imperfectos eos vocans, propterea quod fidei suæ vitam non adjecerint.

*Μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, καὶ πίστεως ἐπὶ Θεόν.* Τουτέστι, μὴ πάλιν ἐξ ἀρχῆς τοιαῦτα ποιοῦντες, οἷα ἐποιεῖτε ὁπηνίκα ἐμέλλετε βαπτίζεσθαι, οἷον τὴν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων μετάνοιαν, τουτέστι, τὴν ἀποταγὴν τῶν ἔργων τοῦ Σατανᾶ. Ὁ γὰρ προσερχόμενος τῷ Χριστῷ, πρόδηλον ὅτι μετανοῶν ἐπὶ τῷ προτέρῳ

*Non rursum jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, et fidei ad Deum.* Hoc est, non rursus ex integro facientes quæ faciebatis quando baptismate abluendi eratis, nempe pœnitentiam e mortuis operibus, hoc est, renuntiationem operum Satanæ. Qui enim Christo accedit, planum est quod pœnitentia prioris dogmatis et vitæ ductus, sic

### Variæ lectiones.

[83] ἀλλὰ ο. [83a] πίστιν ο. [83] ἡμᾶς ο.

Digitized by Google

accedat : nisi enim condemnarit priorem, quomodo novam vitam ordietur ? Eam ob rem infert, *et fidei in Deum.* Pœnitentiam enim a mortuis operibus fides sequitur. Ait itaque, Non oportet jam vos in fide institui, tanquam jam primum incipieretis : jampridem enim credidistis. Per hæc autem innuit, quod concutiebantur, ac propterea fundamento indigebant.

καὶ δόγματι καὶ βίῳ, οὕτω πρόσεισιν· εἰ μὴ γὰρ καταγνῷ τοῦ προτέρου, πῶς τοῦ δευτέρου ἅψεται; Διὸ ἐπάγει, *καὶ πίστεως ἐπὶ Θεόν.* Μετὰ γὰρ τὴν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς ἔργοις μετάνοιαν, τότε ἡ πίστις. Φησὶν οὖν, ὅτι, Οὐ δεῖ ὑμᾶς περὶ πίστεως διδάσκειν ὡς ἀρχομένους· ἤδη γὰρ ἐπιστεύσατε. Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων, ὅτι καὶ ἐσαλεύοντο, καὶ διὰ τοῦτο ἐδέοντο θεμελίου.

VERS. 2. *Baptismum doctrinæ.* Non ceu multa sint baptismata, in plurali numero hoc Paulus dixit ; unum enim est baptisma [16] : sed quod velut ex consequenti hoc contingat. Si enim iterum eos in primordiis religionis instituerent, rursus baptizaret ; et postquam lapsi essent baptizaret, atque iterum, per hujusmodi reiterationem necessario essent baptismi multi : verum hoc est absurdum. Non oportet igitur vos reiterare baptisma, sed in priori baptismate perseverare. Fortasse autem et illi, ut qui legi adhuc affixi erant, multos baptismos Judaico more etiam sub gratia prædicabant. Observa autem quod pœnitentiam baptismus excipiebat. Quoniam enim pœnitentia ipsa per sese non possit puros reddere, propterea baptizamur, ut universum sit gratiæ Christi.

*Βαπτισμῶν διδαχῆς.* Οὐχ ὡς πολλῶν ὄντων τῶν βαπτισμῶν πληθυντικῶς τοῦτο εἶπεν ὁ Παῦλος· ἓν γάρ ἐστι βάπτισμα· ἀλλ' ὡς ἐκ τοῦ ἀκολούθου τοῦτο συμβαῖνον. Εἰ γὰρ πάλιν κατήχει, καὶ πάλιν ἐβάπτιζε· καὶ πάλιν παραπεσόντας ἐβάπτιζε· καὶ πάλιν πολλοὶ οἱ βαπτισμοὶ ἀναγκαίως· ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον. Οὐχ ἄρα δεῖ ἀναβαπτίζειν ὑμᾶς, ἀλλὰ μένειν ἐπὶ τοῦ πρότερου βαπτίσματος. Ἴσως [63a] δὲ οὗτοι ὡς ἔτι τοῦ νόμου ἀντεχόμενοι πολλοὺς βαπτισμοὺς Ἰουδαϊκῶς καὶ ἐν τῇ χάριτι ἐπρέσβευον. Ὅρα δὲ ὅτι μετὰ τὴν μετάνοιαν τὸ βάπτισμα. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ μετάνοια αὐτὴ καθ' αὑτὴν οὐκ ἐπίσχυε καθαροὺς δεῖξαι, διὰ τοῦτο βαπτιζόμεθα, ἵνα τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος τὸ πᾶν ᾖ.

*Impositionis quoque manuum.* Per quas Spiritum accipiebant, ut prophetarent et miracula ederent. Nam cum imposuisset illis manus Paulus, acceperunt, inquit, Spiritum sanctum.

*Ἐπιθέσεώς τε χειρῶν.* Δι' ὧν τὸ Πνεῦμα ἐλάμβανον, ὥστε προφητεύειν, καὶ θαύματα ποιεῖν. Ἐπιθέντος γὰρ, φησὶν, αὐτοῖς Παύλου τὰς χεῖρας, ἔλαβον Πνεῦμα ἅγιον.

*Et resurrectionis mortuorum.* Hoc enim in baptismate efficitur per figuram immersionis in aquam, et in confessione confirmatur : confitemur enim credere resurrectionem mortuorum.

*Ἀναστάσεώς τε νεκρῶν.* Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῷ βαπτίσματι γίνεται διὰ τοῦ σχήματος τῆς ἀνοδύσεως, καὶ ἐν τῇ ὁμολογίᾳ βεβαιοῦται, ὁμολογοῦμεν γὰρ πιστεύειν ἀνάστασιν νεκρῶν.

**683** *Et judicii æterni.* Hoc est, quod sempiterna sive bona, sive supplicia largitur. Hæc autem dicere videtur, quia verisimile erat eos concuti, etiamsi jam olim crediderant, vel minime Christiane vivere, ac signiter, Vigilate, inquiens. Non enim affirmare licet, quod si segniter vivamus, aut fide excidamus, rebaptizari nobis dabitur, aut peccata denuo abluere poterimus, ac eadem consequi quæ prius. Erratis enim hæc existimantes.

*Καὶ κρίσεως* [64] *αἰωνίου.* Τουτέστι, τῆς κρίσεως τῆς αἰνώνια διδούσης ἢ ἀγαθὰ ἢ κολάσεις. Ταῦτα δοκεῖ λέγειν, ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς παρασαλεύεσθαι, καίτοι ἤδη πεπιστευκότας, ἢ κακῶς βιοῦν, καὶ ῥᾳθύμως, Νήψατε, λέγων. Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ἐὰν ῥᾳθύμως ζήσωμεν, ἢ τῆς πίστεως ἐκπέσωμεν, πάλιν βαπτισθησόμεθα, πάλιν δυνησόμεθα τὰ ἁμαρτήματα ἀπολούσασθαι, καὶ τῶν αὐτῶν τυχεῖν ὧν καὶ πρότερον. Σφάλλεσθε γὰρ, φησὶ, ταῦτα νομίζοντες.

VERS. 3. *Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus.* Hoc faciemus : quale ? Ut ad perfectionem feramur, si Deus velit. Hoc autem dixit, non tanquam Deus hæc non permitteret, verum perinde ac dicere solemus : Si Deus velit, hoc faciam. Simul autem hinc docet nos, omnem rem ex ipsius voluntate dependere, neque etiam in confessis bonis, proprio fidere judicio atque potentiæ. Hoc autem aperte ipse etiam Judas apostolus admonet.

*Καὶ τοῦτο ποιήσομεν, ἐάνπερ ἐπιτρέπῃ ὁ Θεός.* Τοῦτο ποιήσομεν· ποῖον; τὸ ἐπὶ τὴν τελειότητα φέρεσθαι, ἐὰν καὶ ὁ Θεὸς θέλῃ. Τοῦτο δὲ εἶπεν, οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ μὴ ἐπιτρέποντος ταῦτα, ἀλλ' ὡς εἰώθαμεν λέγειν, ὅτι, Ἐὰν καὶ ὁ Θεὸς θέλῃ, τόδε βούλομαι ποιῆσαι· ἅμα δὲ καὶ διδάσκει ἡμᾶς ἐντεῦθεν, τὸ πᾶν τῆς ἐκείνου ἐξαρτᾷν θελήσεως, καὶ μηδὲ ἐπὶ τῶν ὁμολογουμένως καλῶν τῇ οἰκείᾳ θαῤῥεῖν καὶ κρίσει καὶ δυνάμει. Τοῦτο δὲ ῥητῶς καὶ ὁ ἀπόστολος Ἰούδας [65] παραινεῖ.

VERS. 4. *Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati.* Non dixit, inutile ac indecorum, sed, impos-

*Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας.* Οὐκ εἶπεν ὅτι ἀσύμφορον, ἢ ἀπρεπὲς, ἀλλὰ, ἀδύνατον,

[16] Ephes. IV, 5.

Variæ lectiones.

[63a] Ἰστέον Ο. [64] κρίματος Ο. [65] Ἰάκωβος Ο.

Digitized by Google

ὥστε εἰς ἀπόγνωσιν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν τοῦ δεύτερον ἐλπίζειν λουτρόν.

*Γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου.* Τουτέστι, τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν. Οὐδεὶς γὰρ δύναται τοιαῦτα διδόναι, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός.

*Καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύματος ἁγίου.* Μετὰ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, τότε ἡ μετοχὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὐ γὰρ οἰκεῖ ἐν σώματι καταχρέῳ ἁμαρτίαις. Διὰ δὲ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν ἐδίδοτο ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται.

*Καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα.* Οὐκ εἶπεν ἀνακεκαλυμμένως τί ἐστι τοῦτο· δίδωσι δέ μοι ἡμῖν νοεῖν, ὅτι περὶ πάσης πνευματικῆς διδασκαλίας τοῦτό φησι.

*Δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος.* Ἢ τὸ θαύματα ἐπιτελεῖν οὕτω καλεῖ, ἢ τὸ ζῆν ἀγγελικῶς, τῷ μηδενὸς δεῖσθαι τῶν παρόντων, ἀλλὰ πρὸς τὰ μέλλοντα ἀποβλέπειν, καὶ ἤδη ἀῤῥαβῶνα ἔχειν τῆς μελλούσης ζωῆς τὴν ἐνταῦθα ἄϋλον καὶ πνευματικήν.

*Καὶ παραπεσόντας πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν.* Τουτέστι, διὰ μετανοίας. Τί οὖν; ἐκβέβληται ἡ μετάνοια; Μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὁ διὰ τοῦ δευτέρου λουτροῦ ἀνακαινισμός. Τοῦ λουτροῦ γὰρ μόνου ἐστὶ τὸ ἀνακαινίζειν, ὡς καὶ ὁ προφήτης· *Ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου*, τῆς δὲ μετανοίας ἐστὶ, τὸ τῆς παλαιότητος ἀπαλλάξαι, καὶ ὀτεμβροὺς ἐργάζεσθαι. Εἰς ἐκείνην μέντοι τὴν λαμπρότητα ἀναγαγεῖν οὐκ ἔνι. Ἐκεῖ γὰρ τὸ ὅλον ἡ χάρις ἦν. Εἰς μετάνοιαν οὖν, φησὶ, τὴν τοῦ βαπτίσματος. Πρότερον γάρ τις μετανοεῖ ἐπὶ τῷ προτέρῳ βίῳ, εἶτα βαπτίζεται, ὡς καὶ αὐτὸς προεῖπε, *Μετανοίας τῆς ἀπὸ νεκρῶν ἔργων.* Δῆλον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἑξῆς, ὅτι τὸ δεύτερον λουτρὸν ἀπαγορεύων ταῦτά φησιν.

*Ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ.* Τὸ βάπτισμα σταυρός ἐστι. *Συνεσταυρώθη γὰρ ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος, καὶ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ.* Καὶ πάλιν· *Συνετάφημεν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος.* Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ἀπέθανεν ἐν σταυρῷ σαρκὶ, οὕτως ἡμεῖς ἐν τῷ βαπτίσματι τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπεθάνομεν. Ὁ τοίνυν δεύτερον βαπτιζόμενος, ὅσον τὸ ἐφ' ἑαυτῷ, δεύτερον σταυροῖ τὸν Χριστόν. Ἀλλὰ μὴν τοῦτο ἄτοπον. Ἅπαξ γὰρ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, καὶ θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. Οὐκ ἄρα ἐστὶ δεύτερον βάπτισμα, ὅτι μηδὲ δεύτερος σταυρός. Τί γὰρ κωλύει καὶ τρίτον καὶ τέταρτον, καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον; Οὐκ εἶπε δὲ, *ἀνασταυροῦντας*, καὶ ἔστη· ἀλλὰ προσέθηκε, καὶ τὸ, *ἑαυτοῖς*, ἵνα δείξῃ, ὅτι ῥᾳθύμως τὸν καθ' ἡμᾶς βίον οἰκονομοῦντες, ὥσπερ ὄντος ἑτέρου βαπτίσματος, οὕτω πάντα διαπραττόμεθα, ὡς ἂν ἐν ἑαυτοῖς πονηρὰν δόξαν ὑποστησάμενοι.

*Καὶ παραδειγματίζοντας.* Τουτέστι, θριαμβεύοντας, καταισχύνοντας· τοῦτο δὲ διχῶς νοήσεις· ἢ ὅτι τότε οἱ σταυρώσαντες τὸν Κύριον, ἐπὶ αἰσχύνῃ αὐτοῦ τοιοῦτον τρόπον θανάτου ἐπενόησαν, τὸν ἐπι-

A sibile, ut ad desperationem eos injiciat, ne omnino sperent se denuo baptisma posse consequi.

*Gustaverunt etiam donum cœleste.* Hoc est, remissionem peccatorum; nemo enim talia dare potest nisi unus Deus.

*Et participes facti sunt Spiritus sancti.* Post dimissionem peccatorum, tum est participatio Spiritus sancti: non enim habitat in corpore subdito peccatis. Per impositionem autem manuum dabatur, uti supra dictum est.

VERS. 5. *Gustaveruntque bonum Dei verbum.* Non dixit aperte quid sit hoc: interim tamen nos colligere facit, se de omni spirituali doctrina loqui.

*Et virtutes futuri sæculi.* Vel miracula facere sic B appellat, vel angelice vivere, ita ut nullo præsentium indigeat, sed ad futura respiciat, ac futuræ vitæ arrham habeat, præsentem a materia rebusque crassis semotam et spiritualem.

VERS. 6. *Et prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam.* Hoc est, per pœnitentiam. Quid igitur? ejecta est pœnitentia? Haudquaquam, sed per secundum baptisma renovatio est rejecta. Renovare namque solius est lavacri, perinde ac Propheta dicit: *Renovabitur ut aquilæ juventus tua*[17]: pœnitentiæ autem est, a vetustate liberare, fortesque facere: ad illum tamen splendorem ducere non licet: illic enim totum gratia erat. Ad pœnitentiam igitur dicit, nempe baptismatis. Primum enim quispiam ducitur pœnitentia ob transactam vitam, C **684** deinde baptizatur, sicut et ipse prædixit, *Pœnitentiæ ab operibus mortuis.* Manifestum autem est ex sequentibus, quod baptismatis reiterationem prohibens hæc dicit.

*Rursum crucifigentes sibiipsis Filium Dei.* Baptisma crux est. *Simul enim crucifixus est vetus noster homo, ac simul insiti sumus similitudini mortis ejus.* Et rursus: *Consepulti sumus ipsi per baptisma.* Perinde namque ut mortuus est ille in cruce carni, sic et nos in baptismate mortui sumus peccato. Qui igitur secunda vice baptizatur, quantum in se est, rursus cruci Christum affigit. Atqui hoc absurdum est: semel enim mortuus est, et resurrexit, et mors in eum porro non dominatur. Non D igitur est secundum baptisma, quandoquidem neque secunda crux sit. Quid enim prohiberet, si secundum permitteretur, quominus tertium et quartum concederetur, atque ita in infinitum? Non dixit autem, *rursum crucifigentes*, ac destitit, sed adjecit, *sibi ipsis*, ut ostendat quod vitam nostram ignave transigentes, quasi alter baptismus esset, ita omnia perficimus, ceu malam opinionem in nobis ipsis sustinentes.

*Et ostentui habentes.* Hoc est, triumphantes, ignominia afficientes. Hoc autem bifariam intelliges: vel quia qui tum crucifixerunt Dominum, ad ignominiam ejus talem mortis rationem excogitarunt,

[17] Psal. CII, 5.

Digitized by Google

maledictam videlicet et contumeliosam, ac sceleratis destinatam : vel quia Christus semel cruci affixus, immortalis deinceps creditur. Qui igitur recrucifigit ipsum, mendacium hoc facit, quod Christo contumeliam affert, quippe qui post mortem suam quam semel sustinuit, immortalitatem deinceps gustaverit. Bifariam itaque rem impossibilem esse dicit : primo quidem, quod indignus est qui tantis bonis donatus sit, atque omnia profudit, rursus iisdem frui : secundo vero quod horribilius est, quod impossibile sit Filium Dei rursum crucifigi.

A κατάρατον καὶ ἐπονείδιστον δηλαδή, καὶ τοῖς κακούργοις ἀφωρισμένον · ἢ ὅτι ἅπαξ σταυρωθεὶς ὁ Χριστὸς, ἀθάνατος λοιπὸν εἶναι πιστεύεται. Ὁ τοίνυν ἀνασταυρῶν αὐτὸν, ψεῦδος τοῦτο ποιεῖ · ὅπερ αἰσχύνην τῷ Χριστῷ φέρει, ὡς γευσαμένῳ [16] τὴν μετὰ τὸ ἅπαξ ἀποθανεῖν τοῦ λοιποῦ ἀθανασίαν. Δυσὶ τοίνυν τρόποις τὸ πρᾶγμα ἀδύνατόν φησιν εἶναι · ἑνὶ μὲν, ὅτι οὐκ ἄξιός ἐστιν ὁ τοιούτων καταξιωθεὶς, καὶ πάντα προέμενος, αὖθις ἀπολαῦσαι τῶν αὐτῶν, ἑτέρῳ δὲ τῷ φρικωδεστέρῳ, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀνασταυροῦσθαι.

Vers. 7. *Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem.* Terram quidem animam, imbrem vero doctrinam vocat, ut alio in loco, *Mandabo nubibus*, inquit Deus, *ne pluant imbrem in vineam* [17]. Et rursus : *Fluvius Dei impletus est aquis*, hoc est, qui a Deo ut alios doceat gratia donatus est, impletus est supernis aquis, sive donis. Innuit autem istos et suscepisse et imbibisse sermonem, et cum sæpe ipsum essent adepti, ne sic quidem ipsos profecisse : quod et supra dixit : *Cum deberetis esse doctores propter tempus.*

Γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετόν. Γῆν μὲν τὴν ψυχὴν, ὑετὸν δὲ τὴν διδασκαλίαν καλεῖ, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ, Ἐντελοῦμαι ταῖς νεφέλαις, φησὶν ὁ Θεὸς, τοῦ μὴ βρέξαι ὑετὸν B εἰς τὸν ἀμπελῶνα. Καὶ πάλιν · Ὁ ποταμὸς τοῦ Θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων, τουτέστιν, ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ περὶ τὸ διδάσκειν χαριτωθεὶς, ἐπληρώθη τῶν ἄνωθεν ὑδάτων, ἤτοι χαρισμάτων. Αἰνίττεται δὲ ἐνταῦθα τούτους καὶ δεξαμένους καὶ συμπίοντας τὸν λόγον, καὶ πολλάκις τούτου τυχόντας, καὶ οὐδὲ οὕτως ἀποναμένους, ὃ καὶ ἀνωτέρω εἶπεν · Ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον.

**685** *Et germinans herbam opportunam.* Hoc est, vitam virtutibus comptam. Nihil enim adeo est opportunum, hoc est, conveniens et aptum, ut vitæ puritas.

Καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον. Τουτέστι, βίον ἐνάρετον. Οὐδὲν γὰρ οὕτως εὔθετον, τουτέστι, πρόσῆκον καὶ εὐάρμοστον, ὡς βίου καθαρότης.

*Illis, per quos et colitur.* Herbam, inquit, hoc est, bonam conversationem illis parit terra, per quos colitur, atque illis conveniens est ipsa : nam illi ipsi qui virtutem colunt, fruentur etiam ea. Quidam autem, *illis*, ad doctores retulerunt : etenim per illos optima vitæ conversatio excolitur, ut qui et ipsi discipulorum suorum virtutis sint consortes.

Ἐκείνοις δι' οὓς καὶ γεωργεῖται. Τὴν βοτάνην, φησὶ, τουτέστι, τὴν ἀγαθὴν πολιτείαν ἐκείνοις τίκτει ἡ γῆ, δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, καὶ ἐκείνοις ἐστὶν εὔθετος αὕτη. Καὶ γὰρ αὐτοὶ ἐκεῖνοι οἱ καρποφοροῦντες τὴν ἀρετὴν, ἀπολαύσουσι ταύτης. Τινὲς δὲ τὸ, *ἐκείνοις*, ἀντὶ τοῦ, τοῖς διδασκάλοις, ἐνόησαν · καὶ γὰρ καὶ δι' αὐτοὺς γεωργεῖται ἡ ἀρίστη πολιτεία, ὡς καὶ αὐτῶν μετεχόντων τῆς τῶν μαθητῶν ἀρετῆς.

*Accipit benedictionem a Deo.* Hic tacite ferit Græcos, virtuti terræ frugum proventum ascribentes. Neque enim colonorum manus sunt quæ fructus faciant, verum totum, inquit, Deo referendum est acceptum : ipse benedicit terræ, ac fertilitatem largitur.

Μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ Θεοῦ. Ἐνταῦθα ῥῆμα πλήττει τοὺς Ἕλληνας, τοὺς τῇ δυνάμει τῆς γῆς τὴν τῶν καρπῶν φορὰν ἐπιγράφοντας. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ γεωργικαὶ χεῖρές εἰσιν αἱ τοὺς καρποὺς ποιοῦσαι, ἀλλὰ τὸ πᾶν, φησὶ, τοῦ Θεοῦ ἐστιν · αὐτὸς εὐλογεῖ, καὶ τὴν εὐφορίαν δίδωσιν.

Vers. 8. *Proferens autem spinas et tribulos.* Non dixit, germinans, ut supra de herba, sed, *proferens*, perinde ac dicat aliquis, ebulliens, ac veluti superfluitatem emittens. Spinæ autem ac tribuli sunt vitæ sollicitudines, ac impostura divitiarum, ac simpliciter omne peccatum; sicut et David dicit : *Conversus sum in ærumna, dum infigitur mihi spina* [18]. Non enim simpliciter accedit; sed infigitur : et nisi totam evellimus, sed minimum quiddam remanserit, cruciat, atque opus est cura ac diligentia. Insuper tribulus est : unde si eam retineas, vulnerat, atque omni ex parte injucunda est, cum hic ignominiam pariens, tum in futuro sæculo potissimum.

Ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους. Οὐκ εἶπε, τίκτουσα, ὥσπερ ἀνωτέρω ἐπὶ τῆς βοτάνης, ἀλλ', ἐκφέρουσα, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐκβράσσουσα, καὶ οἷόν τι περίττωμα ἀπορρίπτουσα. Ἄκανθαι δὲ καὶ τρίβολοι, αἵ τε μέριμναι τοῦ βίου, καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου, καὶ ἁπλῶς πᾶσα ἁμαρτία · ὡς καὶ ὁ Δαβὶδ φησιν · Ἐστράφην εἰς ταλαιπωρίαν ἐν τῷ ἐμπαγῆναί μοι ἄκανθαν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἐπέρχεται, ἀλλ' ἐμπήγνυται · κἂν μὴ πᾶσαν ἐξέλωμεν, ἀλλὰ μικρόν τι ἐναπομείνῃ, ὀδυνᾷ, καὶ δεῖ θεραπείας καὶ ἐπιμελείας. Ἀλλὰ καὶ τρίβολός ἐστιν · ὅθεν ἂν αὐτὴν κατάσχῃς, πλήττει, καὶ πάντοθέν ἐστιν ἀηδὴς, καὶ ἐνταῦθα αἰσχύνην φέρουσα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι δὲ αἰῶνι μάλιστα.

[16] Psal. LXIV, 10. [17] Psal. XXXI. 4.

Variæ lectiones.

[16] ψευσαμένῳ o.

Digitized by Google

Ἀδόκιμος καὶ κατάρας ἐγγύς. Τὴν μὲν ἀγαθὴν γῆν εὐλογεῖσθαι ἔφη ὑπὸ Θεοῦ· τὴν δὲ ἄκαρπον, οὐκ εἶπεν ἁπλῶς ἐπικατάρατον, ἀλλ' ἐγγὺς κατάρας, ἵνα μὴ ἀπογινώσκωμεν. Ὁ γὰρ ἐγγὺς κατάρας, δυνήσεται καὶ μακρὰν γενέσθαι.

Ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν. Καὶ τοῦτο, ἵνα μὴ ἀπογινώσκωμεν. Οὐ γὰρ εἶπεν, ἧτις κατακαήσεται, ἀλλ', ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν· τουτέστιν, ἐὰν μέχρι τέλους ἐπιμείνῃ τῇ ἀκαρπίᾳ. Ὥστε δύναται ἀποστῆναι τῆς ἀκαρπίας, καὶ καταπαῦσαι[87] μὲν τὰς ἀκάνθας, δόκιμος δὲ γενέσθαι, καὶ εὐλογίας μετασχεῖν.

Πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν, ἀγαπητοὶ, τὰ κρείττονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, εἰ καὶ οὕτω λαλοῦμεν. Καθαφάμενος αὐτῶν ἱκανῶς καὶ φοβήσας, θεραπεύει πάλιν, ἵνα μὴ πάντη ὑπτίους ἐργάσηται. Τὸν γὰρ νωθρὸν ὁ πάνυ πλήττων, νωθρότερον ἐργάζεται. Φησὶν οὖν, ὅτι, Οὐχ ὡς κατεγνωκὼς ὑμῶν ταῦτα λέγω, οὐδὲ ὡς νομίζων ὑμᾶς ἀκανθῶν πλήρεις, ἀλλὰ δεδοικὼς ἵνα μὴ τοῦτο γένηται. Καὶ οὐκ εἶπε, Προσδοκῶμεν περὶ ὑμῶν, ἀλλὰ, Πεπείσμεθα, τουτέστιν, ἐν βεβαιότητί ἐσμεν περὶ ὑμῶν, ὅτι οὐχ οὕτως ἔχετε, ἀλλὰ κρειττόνως, καὶ ὅτι τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας φροντίζετε, κἂν οὕτως ἐλαλήσαμεν πληκτικῶς. Ἢ οὖν περὶ τῆς πολιτείας αὐτῶν τοῦτό φησιν, ὅτι, Οὐκ ἐστὲ ὑμεῖς τοιοῦτοι ἀκανθώδεις· ἢ περὶ ἀντιδόσεως, ὅτι, Οὐκ ἐστὲ κατάρας ἐγγὺς, οὐδὲ πρὸς καῦσιν, ἀλλά τις ἄλλη ἀντιμισθία ὑμῖν ἀπόκειται. Ὅρα δὲ καὶ τὸ ἑπαγόμενον.

Οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν. Ἴδε πῶς αὐτοὺς ἀνεκτήσατο καὶ ἀνέῤῥωσε πρὸς τὸ ἐλπίζειν τὰ βελτίω, ἀναμνήσας αὐτοὺς τῶν προτέρων, καὶ τῆς δικαιοσύνης τοῦ Θεοῦ· εἰ γὰρ δίκαιος ὁ Θεὸς, οὐκ ἐπιλήσεται τοῦ ἔργου ὑμῶν, τουτέστι, τῆς εὐσπλαγχνίας, τῆς φιλαδελφίας, ἀλλ' ἀντιδώσει ὑμῖν. Ὥστε μὴ μικροψυχεῖτε, ἀλλὰ πάντως ἐλπίζετε τὰ βελτίω, ἐπειδὴ καὶ πάντως ὁ Θεὸς δίκαιος. Οὐκοῦν περὶ ὑμῶν εἶπον ἃ εἶπον, πληκτικῶς· οἶδα γὰρ ὅτι οὐ κατάρας ἄξιοι ὑμεῖς.

Καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης ἧς ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις, καὶ διακονοῦντες. Μεγάλα αὐτοῖς μαρτυρεῖ· οὐκ ἔργα μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ προθυμίας ἔργα. Τὸ γὰρ διακονεῖν προθυμίας σημαντικόν. Ἀγάπην καὶ τὴν ἐλεημοσύνην φησὶν, ἣν ἀπεδείξαντο, οὐκ εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, ἀλλ' εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Ὅρα μεγίστην παράκλησιν, ὅτι οὐκ ἀνθρώποις ποιοῦμεν, ἀλλὰ Θεῷ· ὡς καὶ ὁ Χριστὸς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· Ἐμοὶ ἐποιήσατε, φησίν. Ὁ γὰρ διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τιμελῶν τὸν ἄδικον[88], τῷ Θεῷ τοῦτο ποιεῖ. Τοῖς ἁγίοις δὲ, τουτέστι, τοῖς πιστοῖς. Πᾶς γὰρ πιστὸς ἅγιος, κἂν κοσμικὸς ᾖ. Ἡγίασται γὰρ, φησὶν, ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικὶ, καὶ ἡγίασται ἡ

*Reproba est, et maledicto proxima.* Bonam terram benedici dixit a Deo: infrugiferam autem non dixit simpliciter exsecratam, sed *exsecrationi vicinam*, ut non desperemus. Nam qui prope exsecrationem est, poterit et longe removeri.

*Cujus consummatio in combustionem.* Hoc etiam adjecit, ne desperemus. Non enim dixit, quæ comburetur, sed, *cujus finis ad combustionem:* hoc est, si ad finem usque in sterilitate perseverarit. Potest itaque desistere a sterilitate, atque spinas compescere, probata item reddi, atque benedictionis particeps.

Vers. 9. *Confidimus autem de vobis, dilecti, meliora, et viciniora saluti, tametsi ita loquimur.* cum eos abunde satis carpsisset ac perterrefecisset, rursus medetur, ne omnino supinos laxosque reddat. Nam qui segnem nimis objurgat, segniorem reddit. Ait ergo: Non quasi vos damnarim ista dico, neque quod vos spinarum plenos esse sentiam, sed metuens ne hoc fiat. Nec dixit, *De* 686 *vobis* exspectamus: sed, *Confidimus*, id est, certi ac firmati sumus quod non sic habetis, sed melius, et quod vestri ipsorum salutis curam geritis, etiamsi nos tam aspere locuti sumus. Vel igitur de conversatione et moribus eorum hæc dicit, quod Vos non estis hujusmodi spinosi: vel de retributione, quod Non estis exsecrationi proximi, neque in combustionem, sed alia quædam vobis merces est reposita. Expende autem quod sequitur.

Vers. 10. *Non enim injustus Deus, ut obliviscatur operis vestri.* Animadverte quomodo ipsos erexerit et confortarit ut sperent meliora, revocans eis ad memoriam priora, ac justitiam Dei. Si enim justus est Deus, non obliviscetur operis vestri, hoc est, misericordiæ, fraternæ dilectionis, sed retribuet vobis. Proinde ne despondeatis animum, sed omnino meliora sperate, quandoquidem et Deus omnino justus est. Non igitur de vobis dixi, quæ dixi, ut animum vestrum percellam: novi enim quod vos non sitis digni exsecratione.

*Ac dilectionis quam ostendistis in nomine ejus, qui ministrastis sanctis, et ministratis.* Magna eis tribuit, non solum opera, verumetiam opera cum alacritate. Ministrare namque promptitudinis est indicium. Per dilectionem autem eleemosynam intelligit, quam impertierunt, non in fratres, sed in nomen Dei. Animadverte maximam consolationem, quod non hominibus, sed Deo facimus eleemosynam, perinde ac Christus in Evangelio inquit: *Mihi fecistis.* Qui enim propter nomen Dei injusto prospicit, Deo istud facit. *Sanctis*, hoc est, fidelibus. Omnis enim fidelis sanctus est, etiamsi in mundo fuerit. *Sanctificatus est enim*, inquit, *vir infidelis in uxore, et sanctificata est uxor infi-*

Variæ lectiones.

[87] καταχαῦσαι m. [88] ἀδελφόν m.

Digitized by Google

*delis in marito* [20]. Fides igitur hic sanctificationem facit. Ne igitur erga eremitas tantummodo curam impendamus, tanquam sanctos, verum etiam erga mundanos. Sancti enim illi sunt et fide et vita: porro ipsi laici sancti sunt in fide, plerique etiam in vita. Observa autem quomodo eos leniat ac mitiget. Non enim dixit, *qui ministrastis*, et ita quievit: verum adjecit, *et ministratis*, hoc est, eadem hodieque facitis.

A γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ ἀνδρί. Ἡ πίστις οὖν ἐνταῦθα τὸν ἁγιασμὸν ποιεῖ. Ὥστε μὴ πρὸς τοὺς ἐν ἐρήμῳ μόνους σπουδαῖοι ὦμεν, ὡς ἁγίους, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς κοσμικούς· ἅγιοι μὲν γὰρ ἐκεῖνοι καὶ πίστει καὶ βίῳ· ἅγιοι δὲ καὶ οἱ λαϊκοὶ τῇ πίστει, πολλοὶ δὲ καὶ βίῳ. Ὅρα δὲ πῶς θεραπεύει αὐτούς. Οὐ γὰρ εἶπε, *διακονήσαντες*, καὶ ἔστη· ἀλλὰ προσέθηκε, *καὶ διακονοῦντες*· τουτέστι, καὶ ἔτι τὸ αὐτὸ ποιοῦντες.

Vers. 11. *Cupimus autem unumquemque vestrum eamdem ostendere sollicitudinem ad expletionem spei usque in finem.* Perinde ac si quis dicat: Quam ergo ob causam, o Paule, hæc dixisti, si noluisti nos ferire et increpare? Hæc dixi, inquit, cupiens ut in futurum etiam recte curratis: non quod priora condemnem, verum quod de futuris metuam. Nec dixit, Volo, quod erat **687** præceptoriæ auctoritatis: sed, *Cupio*, quod est paterni affectus. Non enim verbis tantum hoc desidero, sed animus meus pro vobis æstuat. Tale enim quiddam intellige per ἐπιθυμῶ. Nec simpliciter pro vobis, sed, pro unoquoque vestrum: adeo omnium sive majorum sive minorum cura tangebatur, omnesque norat. Ut sitis solliciti, *ad expletionem spei*, hoc est, ut plenam et perfectam fidem ostendatis, et non perturbemini. Observa autem quomodo non aperte ferit, neque dicit, Desperastis, recolligite vos deinceps: verum tantum non hoc dicit: Equidem volo te semper sollicitum esse, et ut qualis fuisti antehac, talem etiam in posterum te exhibeas.

Ἐπιθυμοῦμεν δὲ ἕκαστον ὑμῶν τὴν αὐτὴν ἐνδείκνυσθαι σπουδὴν πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος ἄχρι τέλους. Ὥσπερ τινὸς εἰπόντος· Τίνος οὖν ἕνεκεν ταῦτα εἶπας, ὦ Παῦλε, εἰ μὴ ἔμελλες ἡμᾶς πλήττειν; φησίν, ὅτι, Ταῦτα εἶπον, ἐπιθυμῶν ἵνα καὶ πρὸς τὸ μέλλον εὐδρομῆτε· οὐχ ὡς τῶν B προτέρων καταγινώσκων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν μελλόντων δεδοικώς. Καὶ οὐκ εἶπε, Θέλω, ὅπερ ἦν διδασκαλικῆς αὐθεντίας· ἀλλ', *Ἐπιθυμῶ*, ὃ πατρικῆς ἐστι φιλοστοργίας. Οὐ γὰρ μέχρι ῥημάτων τοῦτο βούλομαι, ἀλλ' ἡ ψυχή μου καίεται ὑπὲρ ὑμῶν. Τοιοῦτον γάρ τι νόει τὸ, ἐπιθυμῶ. Καὶ οὐχ ἁπλῶς ὑπὲρ ὑμῶν, ἀλλ' ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου· οὕτω πάντων ἐκήδετο, καὶ μικρῶν καὶ μεγάλων, καὶ πάντας ἠπίστατο. Ὡς ἂν σπουδάζητε *πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος*, τουτέστιν, ἵνα πλήρη καὶ τελείαν τὴν ἐλπίδα [89] ἐνδείξησθε, καὶ μὴ σκυλευθῆτε. Ὅρα δὲ [90] πῶς οὐ πλήττει φανερῶς, οὐδὲ λέγει ὅτι, Ἀπηλπίσατε, καὶ ἀνακτήσασθε ἑαυτοὺς λοιπόν, ἀλλ' ὡσανεὶ τοιαῦτα λέγει: Θέλω σε σπουδάζειν ἀεὶ, καὶ οἷος ἦς πρότερον, τοιοῦτον εἶναι καὶ νῦν καὶ εἰς τὸ μέλλον. C

Vers. 12. *Ut non segnes efficiamini.* Hoc itidem ad mitigationem eorum dicit: ad futurum enim tempus hoc ducit. Atqui supra dixit: *Quoniam segnes facti estis:* sed auditu, ad auditum enim usque segnitiem statuit: Jam vero, inquit, curam gero, ne animum vestrum segnities ista attingat. Ut enim corpus otium et immobilitas lædit, sic et animam a bonis operibus cessatio, supinam magis efficit.

Ἵνα μὴ νωθροὶ γένησθε. Καὶ τοῦτο πρὸς θεραπείαν αὐτῶν· εἰς γὰρ τὸν μέλλοντα χρόνον ἐξάγει αὐτό. Καίτοι ἀνωτέρω εἶπεν· *Ἐπειδὴ νωθροὶ γεγόνατε, ἀλλὰ ταῖς ἀκοαῖς*· μέχρι γὰρ τῆς ἀκοῆς ἔστησε τὴν νωθρότητα· νῦν δὲ, φησὶ, προνοοῦμαι [91] ἵνα μὴ τῆς ψυχῆς ὑμῶν ἅψηται αὕτη. Ὡς γὰρ τὸ σῶμα ἡ ἀργία καὶ ἀκινησία βλάπτει, οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν ἡ τῶν ἀγαθῶν ἀργία ὑπτιωτέραν ἐργάζεται.

*Verum imitatores eorum qui per fidem et longanimitatem promissiones hæreditate capiunt.* Supra commonefecit ipsos eorum quæ antea ipsi gesserant, domesticum ipsis exemplum proferens: nunc vero ad patriarcham eos subvehit. Ne existiment enim se nullo esse numero dignos, ac veluti contemptos sese a Deo relictos esse, planum facit jam quod isthuc maxime sit fortium virorum, tentari scilicet, et quod magnos viros sic exercuerit Deus. Si enim statim daret quod promisisset, fides eorum haud demonstraretur. Nunc autem differt dena sua, ut fides ipsorum per patientiam inclarescat. Tum etiam planum fit quempiam credere ei qui promisit, quando post multum temporis elapsum non acceperit, et tamen se accepturum

Μιμηταὶ δὲ τῶν διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας κληρονομούντων τὰς ἐπαγγελίας. Ἀνέμνησεν αὐτοὺς ἀνωτέρω, ὧν αὐτοὶ κατώρθωσαν πρότερον, εἶχοθεν αὐτοῖς φέρων τὰ ὑποδείγματα. Νῦν δὲ καὶ D ἐπὶ τὸν πατριάρχην αὐτοὺς ἀνάγει. Ἵνα γὰρ μὴ νομίσωσιν ὅτι ὡς οὐδενὸς ἄξιοι λόγου καταφρονηθέντες ὑπὸ Θεοῦ ἐγκατελείφθησαν, δείκνυσιν ὅτι μάλιστα τῶν γενναίων ἀνδρῶν τοῦτό ἐστι, τὸ πειράζεσθαι, καὶ ὅτι τοῖς μεγάλοις ἀνδράσιν οὕτω κέχρηται ὁ Θεός. Εἰ μὲν γὰρ εὐθὺς ἐδίδου ἃ ἐπηγγείλατο, οὐκ ἂν ἡ πίστις αὐτῶν διεδείκνυτο· νῦν δὲ ἀναβάλλεται τὰς δόσεις, ἵνα φανῇ ἡ πίστις αὐτῶν διὰ τῆς ὑπομονῆς. Τότε γάρ τις φαίνεται, ὅτι πιστεύει τῷ ἐπαγγειλαμένῳ, ὅτε πολλοῦ καιροῦ διελθόντος μὴ λαμβάνων, ὅμως πιστεύει ὅτι λήψεται, καὶ οὐκ

[20] I Cor. vii, 14.

Variæ lectiones.

[89] πίστιν o. [90] σύνεσιν o. [91] προθυμοῦμαι o.

Digitized by Google

ὀτονπρκᾷ[39]. Διὰ τοῦτο οὖν ταῦτα τὰ πληκτικὰ λέγω ὑμῖν, ἵνα διαναστήσω ὑμᾶς, καὶ γένησθε μιμηταὶ τῶν κληρονομησάντων τὰς ἐπαγγελίας διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας. Τίνες δέ εἰσιν οὗτοι, μετὰ ταῦτα ἐρεῖ. Ὅρα δὲ πῶς πρῶτον εἶπε τὴν πίστιν, εἶτα μακροθυμίαν, ὅτι ἀπὸ πίστεως ἡ μακροθυμία. Εἰ μὴ γὰρ πιστεύει τις ὅτι πάντως δώσει ὁ ἐπαγγειλάμενος, οὐδὲ μακροθυμεῖ.

*Τῷ γὰρ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ Θεὸς, ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ λέγων· Ἢ μήν, εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε.* Πολλῶν ὄντων τῶν διὰ τῆς πίστεως κληρονομησάντων τὰς ἐπαγγελίας, τοὺς ἄλλους μὲν τέως νῦν παρῆκε, τοῖς ἑξῆς αὐτοὺς ταμιεύων, μόνον δὲ τοῦ Ἀβραὰμ μέμνηται, διά τε τὸ ἀξίωμα τοῦ προσώπου, καὶ ὅτι μάλιστα οὗτος καὶ ἐπαγγελίας ἠξιώθη καὶ ἐπέτυχε. Καὶ διὰ τοῦτο δείκνυσιν ὅτι οὐ δεῖ μικροψυχεῖν, ἀλλ' ἀναμένειν τὸν Θεὸν, ἔθος ἔχοντα μὴ ταχέως ἐπάγειν τὰ ἐπηγγελμένα, ἀλλὰ διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου. Πότε δὲ ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ ὁ Θεός; Ἢ ἐν αὐτοῖς τοῖς λόγοις οἷς φησιν, ὅτι *Κατ' ἐμαυτοῦ ὤμοσα*· ἴσως δὲ καὶ τὸ, *ἢ μήν*, εἶπει ἄν τις ὅρκον εἶναι τοῦ Θεοῦ καθ' ἑαυτοῦ· τὸ γὰρ *ἢ μήν*, ἀντὶ τοῦ *ὄντως μήν*, σημαίνει. Ὅπερ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ βεβαιωτικὸν τῆς ἀληθείας· ἀλήθεια δὲ τίς ἂν εἴη ἄλλος, ἢ ὁ Θεός; οὕτω καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος, *Ἀμὴν, ἀμὴν*, λέγων, τὸν αὐτὸν ὅρκον ὀμνύει, ἐκ τοῦ μὴ ἔχειν κατὰ μείζονος ὀμῶσαι, καθ' ἑαυτοῦ ὀμνὺς, ὡς καὶ ὁ Πατήρ. Καίτοι τινὲς καὶ τῷ Ἀβραὰμ αὐτὸν τότε τὸν Υἱὸν ὁμιλῆσαι ἐνόησαν· λέγει γὰρ ἡ Γραφὴ, ὅτι, *Εἶπε δὲ πρὸς Ἀβραὰμ ὁ ἄγγελος.* Οὐ δήπου δὲ, φασὶν, ὁ Πατὴρ εἴη ἂν ἄγγελος, ἀλλ' ὁ Υἱὸς ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς.

*Καὶ οὕτω, μακροθυμήσας ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας.* Πῶς πρὸς μὲν τῷ τέλει τῆς Ἐπιστολῆς λέγει, ὅτι οὗτοι πάντες οὐκ ἐκομίσαντο τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς εἶδον καὶ ἠσπάσαντο· νῦν δέ φησιν, ὅτι ὁ Ἀβραὰμ ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελλίας; Οὐ περὶ τῶν αὐτῶν λέγει ἐνταῦθα κἀκεῖ, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν περὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐπηγγελμένων φησὶν, ὧν ἐπέτυχεν ὁ Ἀβραὰμ μετὰ μακρὸν χρόνον· ἐκεῖ δὲ περὶ τῶν οὐρανίων, ὧν οὔπω ἐπέτυχεν. Ἀμφότερα μέντοι, καὶ τὸ ἐπιτυχεῖν αὐτὸν, καὶ τὸ μήπω ἐπιτυχεῖν, εἰς παράκλησίν ἐστι τοῖς ὀλιγοψύχοις· τὸ μὲν, ὅτι καὶ ἡμεῖς, ἐὰν μακροθυμήσωμεν, τευξόμεθα· τὸ δὲ, ὅτι ἐκείνου μήπω τυχόντος τοῦ πρὸ τοσούτων ἐτῶν τελειωθέντος, ἀνόητοι ἡμεῖς λοιπὸν οἱ ἀσχάλλοντες, ὅτι οὕτω τυγχάνομεν. Ὅρα δὲ πῶς εἶπεν, ὅτι μακροθυμήσας ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας, ἵνα δείξῃ μεγάλην τὴν δύναμιν τῆς μακροθυμίας, καὶ ὅτι οὐχ ἡ ἐπαγγελία μόνη τὸ πᾶν εἰργάσατο, ἀλλὰ καὶ ἡ μακροθυμία. Ἐνταῦθα δὲ καὶ φοβεῖ αὐτοὺς, διδοὺς ἐννοεῖν ἐκ τοῦ ἐναντίου, ὅτι ἐγκόπτε-

credit, et non torpet. Propterea igitur hæc objurgatoria vobis dico, ut excitem vos, et ut connumeremini inter hæredes promissionis per fidem et longanimitatem. Quinam vero sint illi, posthac exponet. Observa autem quomodo primo loco fidem collocarit, deinde longanimitatem, quoniam ex fide est longanimitas. Nisi enim credat aliquis omnino daturum eum qui promisit, nunquam erit longanimis.

Vers. 13, 14. *Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habeat per quem juraret majorem, per semetipsum juravit, dicens : Vere benedicens benedicam te, et multiplicans multiplicabo te.* Cum plerique alii essent qui per fidem **688** hæreditarint promissiones, alios quidem nunc prætermisit, reponens eos inter eos qui sequuntur; solius Abrahami autem meminit, tum ob personæ dignitatem, tum quod hic præ cæteris promissione dignatus sit, eamque sit consecutus. Per hoc pariter indicat non esse desperandum nobis, sed Deum potius exspectandum, cui in more est non statim præstare quæ promisit, sed post multum temporis. Quando autem juravit per seipsum Deus? Vel ipsis verbis quibus ait : *Per memetipsum juravi.* Forsan autem et particulam, ἢ μήν, quispiam dixerit juramentum Dei per sese. Nam ἢ μήν, *revera*, significat. Quod nihil sane est aliud, quam confirmatio quædam veritatis. Veritas autem, quisnam alius fuerit præter Deum? Sic et in Evangelio Dominus, *Amen, amen*, dicens, idem juramentum jurat, cum non possit per majorem jurare, per seipsum jurans, perinde ac Pater. Nonnulli tamen putarunt ipsum Filium tum cum Abrahamo collocutum : ait enim Scriptura: *Dixit autem ad Abraham angelus.* Nequaquam enim, inquiunt, Pater angelus esse poterat, sed Filius, magni consilii angelus.

Vers. 15. *Et sic, longanimiter ferens, assecutus est promissionem.* Qui igitur in fine Epistolæ dicit, quod isti omnes non acceperunt promissiones, sed eminus eas intuiti sunt et salutaverunt, hic vero ait Abrahamum consecutum esse promissionem? Non de iisdem hic et illic loquitur, verum hic de iis quæ in vita ei promissa erant loquitur, quæ Abraham sane longo post tempore assecutus est : illic autem de cœlestibus, quæ nondum erat assecutus. Utrumque vero, et quod consecutus sit, et quod nondum sit consecutus, ad consolationem pusillanimibus inserviunt : alterum quidem, quod et nos, si patienter exspectamus, assequemur : alterum vero, quod si ille nondum est assecutus, qui ante tot annos consummatus est, admodum insipientes nos sumus, cum ægre ferimus nos nondum assequi. Observa autem quomodo dixerit, per longanimitatem eum consecutum promissionem, ut ingentem longanimitatis vim atque potentiam ob oculos ponat, et quod promissio sola

Variæ lectiones.

[39] ἀπονπρκᾷ πρὸς τὴν πίστιν m.

Digitized by Google

totum hoc non effecerit, sed etiam longanimitas. Illic autem etiam terret eos, ex contrario significans promissionem abscindi per pusillanimitatem. Atque hoc contigit populo olim in deserto, qui in pusillanimitatem lapsi, nulla ratione sunt assecuti promissionem. Dicat igitur quispiam: Quomodo autem sancti etiamsi longanimes fuerunt, non tamen sunt assecuti, ut sub Epistolæ finem dicit? At vero assequuntur **689** omnino, verum qui ex populo murmurarunt, neque assecuti sunt, neque assequentur.

A ται ἡ ἐπαγγελία δι' ὀλιγοψυχίας [93]. Καὶ τοῦτο συνέβη τῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ πάλαι λαῷ, οἱ ὀλιγοψυχήσαντες οὐκ ἔτυχον τῆς ἐπαγγελίας ὅλως. Εἶποι οὖν ἄν τις· Καὶ πῶς οἱ ἅγιοι καίτοι μακροθυμήσαντες οὐκ ἔτυχον, ὡς πρὸς τῷ τέλει φησίν; Ἀλλὰ τεύξονται πάντως. Οἱ δὲ τοῦ λαοῦ γογγυσταὶ [94] οὔτε ἔτυχον, οὔτε τεύξονται.

Vers. 16. *Homines enim per majorem jurant, et omnis controversiæ ipsis finis est ad confirmationem juramentum.* Hoc est per juramentum solvitur omnis contentionis controversia. Etenim dicuntur quidem multa, et contradicuntur utrinque, sed enim jusjurandum postremo accedens, ac stabiliens, cuncta dubia solvit.

B Ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι, καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὅρκος. Τουτέστιν, ἐκ τοῦ ὅρκου λύεται πάσης ἀντιλογίας ἀμφισβήτησις. Καὶ γὰρ λέγονται μὲν πολλὰ, καὶ ἀντιλέγονται ἐξ ἑκατέρου μέρους, ὁ δὲ ὅρκος τελευταῖς ἐπεισιὼν καὶ βεβαιῶν, τὰ ἀμφίβολα λύει πάντα.

Vers. 17. *In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilii sui, juramento stabilivit.* Hoc est, propterea quod, quandoquidem ita se res habet, ut hominibus juramentum omnem fidem afferat, ob eam rem Deus etiam jurat. Vel, *in quo*, hoc est, quia juravit per seipsum Deus, ex abundanti monstravit nobis, quod omnino et impermutabiliter facturus sit quæ nobis promiserit. Nam Deo etiam sine juramento fides adhibenda erat, propter nos tamen demittit sese, nec suam dignitatem contemplatur, verum ut nobis persuadeat, indigna etiam de seipso dici patitur. Nos enim fideles promissionis sumus hæredes, qui in semine ejus, qui Christus est, benedicti sumus. Animadverte autem quomodo etiam tum Filium dicat mediatorem Dei et hominum fuisse: per ipsum enim tanquam Verbum juravit Deus et Pater.

Ἐν ᾧ περισσότερον βουλόμενος ὁ Θεὸς ἐπιδείξασθαι τοῖς κληρονόμοις τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, ἐβεβαίωσεν [95] ὅρκῳ. Τουτέστι, διὸ, ἐπειδὴ καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁ ὅρκος πᾶσαν πίστιν ἐπιφέρει, διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ὀμνυσιν. Ἢ, ἐν ᾧ, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ ὀμόσαι, φησὶ, καθ' ἑαυτοῦ ὁ Θεὸς, ἐκ περιουσίας ἔδειξεν ἡμῖν, ὅτι πάντως καὶ ἀμεταθέτως ποιήσει ἃ ἐπηγγείλατο. Ἔδει μὲν γὰρ καὶ χωρὶς ὅρκου πιστεύεσθαι τὸν Θεὸν, ἀλλ' ὅμως δι' ἡμᾶς συγκάτεισι, καὶ οὐ τὴν αὐτοῦ ἀξίαν σκοπεῖ, ἀλλ' ὅπως ἡμᾶς πείσῃ, ἀνάξια περὶ αὐτοῦ ἀνέχεται λέγεσθαι. Ἡμεῖς γὰρ οἱ πιστοὶ τῆς ἐπαγγελίας ἐσμὲν κληρονόμοι, οἱ ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ, ὅς ἐστι Χριστὸς, εὐλογηθέντες. Ὅρα πῶς καὶ τότε λέγει τὸν Υἱὸν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων γεγονέναι. Δι' αὐτοῦ γὰρ ὡς Λόγου ὤμνυεν ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ.

Vers. 18. *Ut per duas res immobiles, in quibus impossibile mentiri Deum.* Quales et cujusmodi? Quod simpliciter diceret ac promitteret, tum quod jusjurandum promissioni apponeret. Quoniam enim apud homines hoc videtur esse firmius, jusjurandum videlicet, propterea ipse illud apposuit. *In quibus*, pro, ex quibus his duabus rebus, certissima demonstratur promissio, ac impossibile est mentiri Deum. Quemadmodum igitur juravit propter nos, etsi indignum erat ipso jurare, ita istud, *didicit ex quibus passus est*, intellige. Etenim homines id existimant esse credibilius et certius, quod experientia comprobatum est.

Ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεόν. Ποίου καὶ ποίου; Τοῦ τε ἁπλῶς εἰπεῖν καὶ ὑποσχέσθαι, καὶ τοῦ ὅρκον προσθεῖναι τῇ ὑποσχέσει. Ἐπειδὴ γὰρ παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο δοκεῖ πιστότερον, τὸ τοῦ ὅρκου, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς τοῦτο προσέθηκεν. Ἐν οἷς, ἀντὶ τοῦ, ἐξ ὧν, τούτων τῶν δύο, πιστοτάτη δείκνυται ἡ ἐπαγγελία, καὶ ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν Θεόν. Ὥσπερ οὖν ὤμνυσε δι' ἡμᾶς, καίτοι ἀνάξιον αὐτοῦ τὸ ὀμνύναι, οὕτω καὶ τὸ, *ἔμαθεν ἐξ ὧν ἔπαθε*, νόει. Καὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι τοῦτο νομίζουσιν ἀξιοπιστότερον, τὸ διὰ τῆς πείρας ἐλθεῖν.

*Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem.* Hoc est, magnam admonitionem et adhortationem. Non enim magis propter Abrahamum, quam propter nos hoc dictum est, qui confugimus ad eum, hoc est, speravimus. Quorsum autem habemus adhortationem? ad hoc ut teneamus propositam spem, hoc est, ut ab illis quæ sunt Abrahamo data, de iis etiam quæ ad nos pertinent certiores reddamur, neque quidquam am-

Ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν, οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι προκειμένης ἐλπίδος. Τουτέστι, παραίνεσιν μεγάλην καὶ προτροπήν. Οὐ μᾶλλον γὰρ διὰ τὸν Ἀβραὰμ, ἢ δι' ἡμᾶς τοῦτο εἴρηται, τοὺς καταφυγόντας ἐπ' αὐτὸν [96], τουτέστιν, ἠλπικότας. Ποῦ δὲ ἔχομεν τὴν προτροπήν; Εἰς τὸ κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος· τουτέστιν, ἵνα ἀπ' ἐκείνων τῶν τῷ Ἀβραὰμ δοθέντων, καὶ περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς πληροφορηθῶμεν, καὶ μὴ διστάζωμεν περὶ τῶν

## Variæ lectiones.

[93] ὀλιγωρίας o. [94] γογγύζοντες o. [95] ἐμεσίτευσεν o. [96] αὐτήν o.

Digitized by Google

μελλόντων καὶ οὐρανίων, ἃ ἐλπίζομεν, ἀλλὰ βεβαίως καὶ ἀσφαλῶς κρατῶμεν ταύτης τῆς ἐλπίδος, καὶ μὴ ἀπολύσωμεν αὐτήν. Καὶ γὰρ ἡ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπαγγελία καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐστι, καὶ κυρίως πρὸς ἡμᾶς τοὺς πιστεύσαντας τῷ Χριστῷ, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται.

A bigamus de futuris, adeoque cœlestibus bonis quæ speramus, sed firmiter ac tuto retineamus hanc spem, nec dimittamus ipsam. **690** Etenim quæ Abrahamo facta est promissio, ad nos etiam spectat, ac proprie ad nos qui Christo credimus, ut in superioribus dictum est.

*Ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν.* Ἣν ἐλπίδα ἔχομεν ὡς ἄγκυραν. Καὶ γὰρ ὥσπερ ἐκεῖναι τὰ πλοῖα ἐν καιρῷ ζάλης ἵστησιν εὐδρία, οὕτω καὶ ἡ ἐλπὶς τοὺς σαλευομένους τοῖς πειρασμοῖς, εὐδρίους καὶ ὑπομονητικοὺς εἶναι ποιεῖ. Οὐχ ἁπλῶς δὲ εἶπεν, ἄγκυραν, ἀλλὰ *ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν.* Ἔστι γὰρ ἄγκυρα μὴ φυλάττουσα τὸ σκάφος ἀσάλευτον, ἢ ὅταν σαθρὰ, ἢ ὅταν ἐλαφροτέρα. Εἰκότως δὲ οὐ θεμελίου ἐμνήσθη, ἀλλ' ἀγκύρας· διότι ὁ μὲν ἐπὶ τῶν σφόδρα στερρῶν καὶ φιλοσόφων τίθεται· ἡ δὲ ἄγκυρα ἐπὶ τῶν ζάλην ἐχόντων, οἷοι ἦσαν οὗτοι τοῖς πειρασμοῖς κλυδωνιζόμενοι.

VERS. 19. *Quam sicut anchoram habemus animæ, tutam ac firmam.* Quam spem habemus veluti anchoram. Nam perinde ut illa naves tempestatis tempore firmas constituit, consimilem ad rationem spes agitatos et concussos tentationibus, stabiles et patientes efficit. Non simpliciter autem, anchoram, dixit, verum, *tutam ac firmam.* Est enim anchora quæ non conservet scapham inconcussam, vel si putrida fuerit, vel quando plus æquo levior. Merito autem B non fundamenti meminit, sed anchoræ, eo quod fundamentum in valde solidis ac sapientibus ponitur: anchora vero in iis quæ tempestate quatiuntur, quales fuerunt isti qui tentationibus agitabantur et fluctuabant.

*Καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος.* Εἶπεν ἀνωτέρω ὅτι Ἀναμείνατε· γενήσεται γὰρ τὰ ἐλπιζόμενα· νῦν τελειότερον πληροφορῶν, λέγει, ὅτι καὶ ἤδη ἔχομεν αὐτὰ τῇ ἐλπίδι. Αὕτη γὰρ εἰσελθοῦσα ἔνδον τοῦ οὐρανοῦ, ἐποίησεν ἡμᾶς ἤδη εἶναι ἐν τοῖς ἐπαγγελμένοις, κἂν ἔτι κάτω ὦμεν, κἂν μήπω[97] ἐλάβομεν. Τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχὺν ἡ ἐλπὶς, ὥστε τοὺς ἐπιγείους οὐρανίους ποιεῖν. Ὥσπερ δὲ ἐν τῇ Παλαιᾷ τὸ καταπέτασμα διεῖργε τὸ ἅγιον ἀπὸ τῆς λοιπῆς σκηνῆς· οὕτω καὶ ὁ οὐρανὸς ἡμῖν καταπέτασμα, διείργων τὰ κάτω ἀπὸ τῶν θειοτέρων καὶ ὑπερουρανίων.

*Et incedentem usque ad interiora velaminis.* In superioribus dixit, Exspectate: evenient enim quæ sperantur. Jam perfectius certos faciens, ait quod etiamnum ea habemus in spe. Ista namque ingressa in cœlum fecit jam nos esse in promissis bonis, etiamsi adhuc infra in terris simus, etiamsi nondum acceperimus. Spes tantas vires habet, ut terrestres cœlestes faciat. Quemadmodum vero in Veteri Testamento velamen disjunxit Sanctum a reliquo tabernaculo: ita cœlum nobis velamen est, C disjungens inferiora a divinioribus et supercœlestibus.

*Ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς.* Εἰπὼν ὅτι ἡ ἐλπὶς ἡμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰσέρχεται, βεβαιοῖ τὸ ῥηθὲν, διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν τοῦτο πιστούμενος. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς ἐκεῖνος εἰσῆλθε· καὶ οὐχ ἁπλῶς εἰσῆλθεν, ἀλλὰ πρόδρομος εἰσῆλθε, τουτέστιν, ὡς καὶ ἡμῶν ὀφειλόντων εἰσελθεῖν. Ὁ γὰρ πρόδρομος, τινῶν ἐστιν ἀκολουθούντων πρόδρομος, καὶ οὐδὲ πάνυ πολὺ τὸ μέσον τοῦ προδρόμου καὶ τῶν ἑπομένων, ὥσπερ οὐδὲ Ἰωάννου καὶ Χριστοῦ. Μὴ τοίνυν ἀσχάλλετε· ὅσον οὔπω εἰσελευσόμεθα ὅπου ὁ πρόδρομος ἡμῶν. Οὐκ ἠρκήσθη δὲ εἰπὼν, *πρόδρομος*, ἀλλὰ προσέθηκε καὶ τὸ, *ὑπὲρ ἡμῶν*, εἰς πλεῖω πίστωσιν, ὡσανεὶ τοῦτο λέγων· Οὐκ αὐτὸς ἐδεῖτο τοῦ ἐκεῖσε ἐλθεῖν· πῶς γὰρ θεὸς ὤν; ἀλλ' ὥσπερ σάρκα δι' ἡμᾶς ἔλαβεν, οὕτω καὶ δι' ἡμᾶς εἰσῆλθεν ἐσώτερον τοῦ οὐρανοῦ, ἵνα ἡμῖν ἀνοίξῃ τὴν ὁδόν. Ὥστε ἀναγκαίως εἰσελευσόμεθα καὶ αὐτοί. Ἢ τὸ, *Ὑπὲρ ἡμῶν*, ἀντὶ τοῦ, ἵνα ἐντυγχάνῃ ὑπὲρ ἡμῶν τῷ Πατρὶ, ὡς καὶ ὁ ἀρχιερεὺς εἰσῄει εἰς τὸ Ἅγιον ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐξιλασκόμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ.

VERS. 20. *Ubi præcursor pro nobis introiit Jesus.* Cum spem nostram cœlos ingressam dixerit, confirmat quod dictum est, per res ipsas hoc stabiliens. Etenim Christus ille ingressus est: et non simpliciter ingressus est, sed præcursor ingressus est, hoc est tanquam et nos videlicet debeamus ingredi. Præcursor enim quorumdam sequentium est præcursor, nec valde multum est intervalli inter præcursorem ac sequentes, quemadmodum neque inter Joannem et Christum. Ne igitur ægre feratis: mox ingressuri sumus in eum locum, in quo præcursor noster est. Nec contentus fuit dicere, *præcursor:* sed apposuit, *pro nobis*, ad majorem confirmationem; perinde quasi hoc dicat: Ipse non habebat opus eo ingredi: quomodo enim, cum Deus esset? Atenim sicut carnem propter nos assumpsit, sic et propter nos interius cœlum subiit, ut nobis patefaceret iter. Necessario itaque ingrediemur et ipsi. Vel, *pro nobis*, est pro, ut intercedat pro nobis ad Patrem, quandoquidem et pontifex ingrediebatur in Sanctum semel in anno ut pro populo interpellaret.

*Κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, Ἀρχιερεὺς γενόμενος εἰς τὸν αἰῶνα.* Καὶ τοῦτο μεγίστη παρά-

*Secundum ordinem Melchisedec, Pontifex factus in æternum.* Hæc maxima **691** etiam nobis est con-

Variæ lectiones.

[97] Ἔτι μήπω.



Digitized by Google

solatio, siquidem Pontifex noster est in supernis, ac multo præstantior iis qui sunt apud Judæos. Primo secundum modum: non enim juxta eorum ordinem, sed secundum ordinem Melchisedec. Deinde loco et tabernaculo: supra enim in cœlis est; postea, Testamento: de melioribus enim et perfectoribus bonis; item duratione: sempiternus enim, et non temporarius. Postremo, persona: Filius enim Dei est. Proinde ne langueatis animo. Hæc autem omnia propter carnem dicta sunt: secundum hanc enim factus est Pontifex.

A κλησις, εἴγε ἄνω ὁ Ἀρχιερεὺς ἡμῶν, καὶ πολὺ βελτίων τῶν παρὰ Ἰουδαίοις. Καὶ τῷ τρόπῳ· οὐ γὰρ κατὰ τὴν τάξιν ἐκείνων, ἀλλὰ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Καὶ τῷ τόπῳ καὶ τῇ σκηνῇ· ἄνω γὰρ καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ. Καὶ τῇ Διαθήκῃ· ἐπὶ γὰρ μείζοσι καὶ τελειοτέροις, καὶ τῷ μονίμῳ· αἰώνιος γὰρ, καὶ οὐ πρόσκαιρος· καὶ τῷ προσώπῳ· Υἱὸς γὰρ Θεοῦ. Ὥστε μὴ ἀθυμεῖτε. Ταῦτα δὲ πάντα διὰ τὴν σάρκα εἴρηται· κατὰ γὰρ ταύτην ἐγένετο[98] Ἀρχιερεύς.

## CAPUT VII.

VERS. 1-3. *Hic enim Melchisedec, rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obviavit Abrahæ regresso a cæde regum, et benedixit ei. Cui et decimas omnium divisit Abraham.* Scopus est apostolo, commonstrare discrimen Veteris et Novi Testamenti: atque hoc statim in exordio indicavit, cum diceret, *Patribus quidem locutus est Deus per servos, prophetas: nobis autem*, qui sumus in Novo Testamento, *locutus est per Filium.* Quia vero infirmi erant auditores, quippe qui languido essent animo in tentationibus, illorum pusillanimitatem interim refocillavit, et deinceps, cum abunde eos refecisset, rursus de excellentia Novi Testamenti, qua Vetus exsuperat, inducit sermonem. Considera vero ejus sapientiam. Ostendit Melchisedec, qui erat typus Christi, excellentiorem Abrahamo fuisse. Nisi enim fuisset præstantior, non benedixisset ei, nec decimas ab eo accepisset. Quoniam vero ab Abrahamo deducebantur sacerdotes legis, istos quoque Melchisedec præcellit, quatenus ipsis et benedixit, ac decimas ab ipsis accepit, quandoquidem et progenitori eorum benedixerit, ac decimas sumpserit. Quod si figura Christi Melchisedec tantum excellit sacerdotes legis, quanto potius verus Melchisedec Christus? Hæc quidem est sententia totius loci. Abbrevians autem narrationem de Melchisedec, subinfert contemplationem, mystice et spiritualiter historiam ad allegoriam transferens.

## ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

*Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλὴμ, ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὁ συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων, καὶ εὐλογήσας αὐτόν· ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ.* Σκόπος τῷ ἀποστόλῳ δεῖξαι τὸ διάφορον τῆς Παλαιᾶς καὶ τῆς Καινῆς· καὶ τοῦτο εὐθὺς μὲν καὶ ἐν προοιμίοις[99] ἔδειξεν εἰπών, ὅτι *Τοῖς μὲν πάλαι ὠμίλησε διὰ τῶν δούλων ὁ Θεὸς, τῶν προφητῶν· ἡμῖν δὲ τοῖς ἐν τῇ Καινῇ, ἐν τῷ Υἱῷ.* Ἐπεὶ δὲ ἀσθενεῖς ἦσαν οἱ ἀκούοντες, ἅτε ὀλιγοψυχήσαντες ἐν τοῖς πειρασμοῖς, ἀνεκτήσατο αὐτῶν τὴν ὀλιγοψυχίαν ἐν τῷ μεταξὺ, καὶ λοιπὸν μετὰ τὸ ἱκανῶς αὐτοὺς ἀνακτήσασθαι, πάλιν τὸν περὶ τοῦ ὑπερέχειν τὴν Καινὴν τῆς Παλαιᾶς εἰσάγει λόγον. Καὶ ὅρα σοφίαν. Δείκνυσι τὸν Μελχισεδὲκ, ὃς τύπος ἦν τοῦ Χριστοῦ, ὑπερέχοντα τοῦ Ἀβραάμ. Εἰ μὴ γὰρ ὑπερεῖχεν, οὐκ ἂν εὐλόγει αὐτὸν, καὶ δεκάτας ἀπ' αὐτοῦ ἐλάμβανεν. Ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ κατήγοντο οἱ νομικοὶ ἱερεῖς, δηλονότι καὶ τούτων ὑπερέχει ὁ Μελχισεδὲκ, ὡς καὶ αὐτοὺς εὐλογῶν καὶ ἀποδεκατῶν, ἐν οἷς τὸν προπάτορα αὐτῶν εὐλόγει καὶ ἐδεκάτου. Εἰ δὲ ὁ τύπος τοῦ Χριστοῦ ὁ Μελχισεδὲκ τοσοῦτον διαφέρει τῶν νομικῶν ἱερέων, πόσῳ μᾶλλον ὁ ἀληθινὸς Μελχισεδὲκ ὁ Χριστός; Οὗτος μὲν ὁ νοῦς ἅπας τοῦ χωρίου. Συντεμὼν δὲ τῶν περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ διήγησιν, ἐπιφέρει τὴν θεωρίαν μυστικῶς καὶ πνευματικῶς ἀλληγορῶν τὴν ἱστορίαν.

*Primum quidem ex interpretatione dicitur rex justitiæ.* Declarat hoc loco quanam ratione Melchisedec sit figura Christi: ac primum quidem ab ipso nomine disce exactam rationem. Melchi enim, *rex*; Sedec *justitiam* valet. Quis autem alius est rex justitiæ, præter Dominum nostrum Jesum Christum?

*Πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης.* Δείκνυσιν ἐνταῦθα πῶς ὁ Μελχισεδὲκ τύπος τοῦ Χριστοῦ. Καὶ πρῶτον ἀπ' αὐτοῦ, φησὶ, τοῦ ὀνόματος μάνθανε τὴν ἀκρίβειαν. Μελχὶ μὲν γὰρ, *βασιλεύς*· Σεδὲκ δὲ, *δικαιοσύνη*. Τίς δὲ ἄλλος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἀλλ' ἢ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός;

*Deinde autem et rex Salem, quod est rex pacis.* Ab urbis nomine, inquit, id etiam planum est. Salem enim *pacem* valet, si interpreteris. Quis autem **692** alius pacis rex est præter Christum, qui pacificavit ea quæ sunt in cœlis, et quæ super terram? Nulli mortalium convenit, justitiæ pacisque esse regem, præterquam uni Christo.

*Ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς Σαλήμ· ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης.* Καὶ ἀπὸ τῆς πόλεως, φησὶ, τοῦτο δῆλον. Σαλὴμ γὰρ ἑρμηνεύεται εἰρήνη. Τίς δὲ ἄλλος βασιλεὺς εἰρήνης ἢ ὁ Χριστὸς, ὁ εἰρηνοποιήσας τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς; Οὐδενὶ ἀνθρώπων ἁρμόζει τὸ, τῆς δικαιοσύνης καὶ εἰρήνης βασιλεὺς[1], εἰ μὴ μόνῳ Χριστῷ.

VERS. 3. *Sine patre, sine matre, sine genealogia.*

Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος. Ἔχεις καὶ

Variæ lectiones.

[98] γέγονεν ο. [99] ἐκ προοιμίων ο. [1] εἶναι βασιλέα ο.

Digitized by Google

ἑτέραν ὁμοιότητα. Ὥσπερ γὰρ ὁ Μελχισεδὲκ ἀπάτωρ ἐστὶ καὶ ἀμήτωρ, οὐχ ὅτι οὐκ εἶχε πατέρα ἢ μητέρα, εἶχε γὰρ καὶ αὐτὸς, ὡς εἷς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐγενεαλογήθη παρὰ τῇ Γραφῇ, οὐδὲ ἐμφαίνεται ὄνομα τῶν γονέων αὐτοῦ· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἀπάτωρ ἐστὶ κατὰ τὴν κάτω γέννησιν· ἐκ μόνης γὰρ τῆς Παρθένου Μαρίας ἐγεννήθη τὸ κατὰ σάρκα· ἀμήτωρ δὲ κατὰ τὴν ἄνω γέννησιν· ἐκ μόνου γὰρ τοῦ Πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἀῤῥήτως καὶ ἀνεπινοήτως γεγέννηται. Ἀλλὰ καὶ ἀγενεαλόγητος. *Τὴν γὰρ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται;* Ἐπεὶ καὶ ὁ ἄνω γεννήσας Πατὴρ, ἀνερμήνευτος, καὶ αὐτὸς ὁ τρόπος τῆς γεννήσεως. Καὶ ἡ κάτω δὲ γεννήσασα μήτηρ, λόγῳ οὐχ ὑποπίπτει, κατά γε τὸν τρόπον τῆς γεννήσεως, οἷον, πῶς ἐγέννησε παρθένος, πῶς ἄνευ ὠδίνων, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ὁ μὲν οὖν Χριστὸς ἀληθῶς καὶ ἀμήτωρ καὶ ἀπάτωρ ἐστίν. Ὁ δὲ Μελχισεδὲκ ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ, οὐκ ἀληθῶς· ἀνένδεκτον γὰρ τοῦτο· ἀλλὰ τῷ μὴ ἐμφέρεσθαι τῇ Γραφῇ τοὺς αὐτοῦ γονεῖς, ὥστε τὸ, *ἀγενεαλόγητος, ὥσπερ* ἑρμηνευτικόν ἐστι τοῦ, *ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ*· οἱονεὶ λέγοντος τοῦ Ἀποστόλου· Οὕτως εἶπον τὸν Μελχισεδὲκ ἀπάτορα καὶ ἀμήτορα, ὡς ἀγενεαλόγητον, καὶ ὡς μὴ μνημονευθείσης τῆς γενεᾶς αὐτοῦ παρὰ τῇ Γραφῇ.

A Aliam hic similitudinem habes. Quemadmodum enim Melchisedec sine patre est et sine matre, non quod non habuerit patrem aut matrem, habebat enim ipse, uti mortalium unus, sed quia genealogia ejus non exstat in Scriptura, neque parentum ejus nomen apparet : hunc ad modum : Christus sine patre est secundum inferiorem generationem : ex sola namque Virgine Maria genitus est, quatenus ad carnem attinet : sine matre autem est secundum supernam nativitatem : ex solo enim Patre ante omnia sæcula ineffabiliter et incomprehensibiliter generatus est. Præterea genealogia etiam vacat. Nam *generationem ejus quis enarrabit?* Quandoquidem et qui superne in cœlis genuit eum Pater, sit etiam inexplicabilis, atque adeo ipse modus generationis. B Porro et quæ inferne in terris eum peperit mater sub rationem non cadit secundum modum generationis, nimirum quomodo virgo peperit, quomodo sine doloribus, ac similia. Christus igitur revera sine patre ac sine matre est : Melchisedec vero et sine patre et sine matre, non revera (fieri enim hoc non potest), sed quatenus parentes ejus in Scriptura non exprimuntur. Quare quod ait : *sine genealogia*, veluti interpretatur quid sit, *sine patre ac sine matre*, perinde quasi Apostolus diceret : Hanc ad rationem dixi Melchisedec patre ac matre vacare quod genealogia ejus in Scriptura non exprimatur, nec mentio generis ejus in Scriptura fiat.

*Μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων· ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές.* Καὶ τοῦτο οὕτω νοήσεις ὡς καὶ τὰ προειρημένα. Ὡς μὲν γὰρ ἄνθρωπος, εἶχεν ὁ Μελχισεδὲκ πάντως καὶ ἀρχὴν ἡμερῶν, καὶ τέλος ζωῆς· πλὴν καθὸ ἡμεῖς οὐκ ἴσμεν οὔτε πότε ἐγεννήθη, οὔτε πότε ἐτελεύτησεν, ὡς πρὸς τὴν ἡμετέραν γνῶσιν, οὔτε ἀρχὴν ἔχει, οὔτε τέλος. Ὁ μέντοι Χριστὸς ἀληθῶς, ἅτε Θεὸς, οὔτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχει· ἄναρχος γὰρ κατὰ τὴν ἀπὸ χρόνου ἀρχὴν, εἰ καὶ τὸν Πατέρα ἔχει ἀρχὴν ὡς αἴτιον· οὔτε τέλος· ἀτελεύτητος γάρ· τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν, ἀΐδιος. Ποῦ τοίνυν οἱ Ἀρειανοί; Ἀκουέτωσαν ὅτι ὁ Υἱὸς [a] ἀρχὴν οὐκ ἔχει. Οὕτως οὖν δίδωσιν ἡμῖν ὁ Παῦλος λύειν [b]· καὶ ὅπερ ἂν ἀπορήσειέ τις, πῶς ὁ Χριστὸς ἱερεύς; εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ὅπου γε ὁ Μελχισεδὲκ ἐτεθνήκει, καὶ οὐκ ἐγένετο εἰς τὸν αἰῶνα ἱερεύς. Λύσομεν γὰρ ἐντεῦθεν, τοῦτο λέγοντες, ὅτι ὁ μὲν Χριστὸς αἰώνιος ὢν καὶ ἀτελεύτητος, ἀεί ἐστιν ἱερεὺς τῇ ἀληθείᾳ. Καὶ νῦν μὲν γὰρ ἑκάστοτε ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφέρειν πιστεύεται διὰ τῶν λειτουργῶν αὐτοῦ, ἄλλως τε καὶ ὡς ἐντυγχάνων τῷ Πατρὶ ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ τότε δὲ τὰ τελεώτερα ἱερουργήσει ἡμῖν καὶ μυστικώτερα, ἑαυτὸν ἡμῖν εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν προτιθεὶς καινῶς καὶ ὑπὲρ πᾶσαν νόησιν. Ὁ δὲ Μελχισεδὲκ ἀτελεύτητον λέγεται ἔχειν τὴν ἱερωσύνην, οὐχ ὅτ, ζῇ ἀεί· ἐτεθνήκει γάρ· ἀλλὰ καθὸ οὐκ ἐμφέρεται τῇ Γραφῇ τὸ τέλος αὐτοῦ, ἵν' ἐντεῦθεν ἔχοιμεν γινώσκειν, πότε ἡ ἱερωσύνη αὐτοῦ ἐπαύσατο. Ὥσπερ οὖν καὶ ἐν τοῖς

*Neque initium dierum, neque vitæ finem habens; assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.* Hoc etiam perinde intelliges, ut præmemorata. Quatenus enim homo erat, habebat prorsus Melchisedec cum principium dierum, tum finem C vitæ : verum quatenus nos nescimus quando natus sit aut mortuus, quod attinet ad nostram cognitionem, neque principium neque finem habet. Christus tamen revera, ut Deus, neque initium dierum habet : principio enim caret, juxta principium quod a tempore dicitur, etiamsi Patrem habeat principium tanquam causam : neque finem : immortalis enim est, atque ut summatim dicam, sempiternus. Ubi sunt igitur Ariani? Audiant Filium principium non habere. Hanc ad rationem Paulus nos instituit, quomodo istud sit diluendum : atque etiam sicubi aliquis dubitaverit, quomodo Christus sacerdos sit in æternum secundum ordinem Melchisedec, quandoquidem Melchisedec mortuus est, nec factus D est sacerdos in sempiternum. **693** Diluemus igitur hinc, dicentes, Christum, cum æternus sit et immortalis, revera semper esse sacerdotem. Nam et nunc quidem semper et ubique seipsum pro nobis offerre creditur per ministros suos, præsertim cum apud Patrem pro nobis intercedit : tum vero perfectiora et magis mystica sacra pro nobis perficiet, seipsum nobis in cibum et potum proponens, novo quodam modo omnem ingenii captum exsuperante. Melchisedec autem æternum habere sacerdotium dicitur, non quod vivat semper, mortuus enim est

Variæ lectiones.

[a] Χριστός ο. [b] λέγειν ο.

Digitized by Google

verum quia non traditur in Scriptura finis ejus, ut inde possimus cognoscere quando sacerdotium ejus cessaverit. Quemadmodum igitur nomina in illo sane solæ appellationes fuerunt, Melchisedec et rex Salem, in Christo autem rerum veritas : sic et quod neque principium neque finem habuerit, in illo quidem, quia sacris Litteris non esset insertum, typus erat : in Christo autem, secundum veritatem. Si enim undique futura erat similitudo, non jam figura essent ac veritas, verum aut utraque typus, aut utraque veritas. Nonne autem et hoc in imaginibus cernimus? Etenim hic umbratilis pictura ad perfectam jam imaginem similitudinem quamdam habet, quatenus characterem ejus per lineas obscure denotat : habet et dissimilitudinem, necnon evidentiorem formam suscepit.

A ὀνόμασιν, ἐπ' ἐκείνου μὲν προσηγορίαι μόναι ἦσαν τὸ, Μελχισεδὲκ, καὶ τὸ, βασιλεὺς Σαλήμ, ἐπὶ δὲ Χριστοῦ πραγμάτων ἀλήθεια· οὕτω καὶ τὸ, μήτε ἀρχὴν ἔχειν μήτε τέλος, ἐπ' ἐκείνου μὲν, διὰ τὸ μὴ γεγράφθαι, τύπος γὰρ ἦν· ἐπὶ δὲ Χριστοῦ κατ' ἀλήθειαν. Εἰ γὰρ πανταχοῦ ἔμελλεν εἶναι ἡ ὁμοιότης, οὐκέτι τύπος ἂν ἦν καὶ ἀλήθεια, ἀλλ' ἢ ἀμφότερα τύποι, ἢ ἀμφότερα ἀλήθεια. Ἢ οὐχὶ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκείνου εἰκόνων τοῦτο θεωροῦμεν; Καὶ γὰρ κἀνταῦθα ἡ σκιαγραφία πρὸς τὴν ἀποτελεσθεῖσαν ἤδη εἰκόνα ἔχει καὶ ὅμοιόν τι, καθὸ ἀποτυποῖ διὰ τῶν γραμμῶν ἀμυδρῶς τὸν χαρακτῆρα· ἔχει καὶ ἀνόμοιον, καθὸ ἡ εἰκὼν διὰ τῶν χρωμάτων, ἐναργέστερον καὶ ἐκφανέστερον τὸν χαρακτῆρα ἐδέξατο.

quatenus imago per colores magis perspicuam

Vers. 4. *Intuemini autem quantus sit iste, cui et decimas dedit de spoliis Abraham patriarcha.* Postquam figuram veritati adaptaverat, vel quæ sunt Melchisedec, Christo, confidenter jam deinceps demonstrat, typum ipsum, hoc est Melchisedec, ipsis apud Judæos veris sacerdotibus splendidiorem esse : nec ipsis solis, verum etiam ipso patriarcha. Si autem typus, multo potius verus Pontifex Christus istis erit præstantior. Videte igitur, inquit, quantus sit iste, et quantum excellat, cui dona offerebat, non vulgaris certe homo, sed Abraham talis tantusque patriarcha : non enim citra rationem, *Patriarcha*, apposuit, verum ut efferret personam : et, *De spoliis*, hoc est, exuviis præstantiorum et honoratiorum. Nec dici potest, quod veluti ei qui una bellum gesserit cum eo, ac auxiliatus sit ei, diviserit compensationem laboris, sed domi residenti. Eam enim ob rem et supra præfixit, quod occurrerit Abrahamo revertenti a cæde regum. Si autem ipso patriarcha major est, quod ipsa decimarum datio sane indicat, multo magis sacerdotibus legis.

B *Θεωρεῖτε δὲ πηλίκος οὗτος, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης.* Ἐπειδὴ τὸν τύπον τῇ ἀληθείᾳ ἐφήρμοσεν, ἤγουν τὰ τοῦ Μελχισεδὲκ τῷ Χριστῷ, θαρρεῖ λοιπὸν, καὶ ἀποδείκνυσιν ὅτι ὁ τύπος, τουτέστιν, ὁ Μελχισεδὲκ, αὐτῶν τῶν παρ' Ἰουδαίοις ἀληθῶν ἱερέων λαμπρότερος· καὶ οὐκ αὐτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ πατριάρχου αὐτοῦ. Εἰ δὲ ὁ τύπος, πολλῷ μᾶλλον ὁ ἀληθινὸς Ἀρχιερεὺς Χριστὸς ὑπερέξει τούτων. Ἴδετε οὖν, φησὶ, πηλίκος ἐστὶν οὗτος, καὶ πόσον ὑπερέχει, ᾧ δῶρα προσέφερεν οὐχ ὁ τυχὼν ἄνθρωπος, ἀλλ' ὁ Ἀβραὰμ, ὁ τοσοῦτος ὁ πατριάρχης· οὐκ ἀλόγως γὰρ τὸ, *πατριάρχης*, προσέθηκεν, ἀλλ' ἵνα ἐξάρῃ τὸ πρόσωπον· καὶ, *ἐκ τῶν ἀκροθινίων*, τουτέστιν, ἐκ τῶν λαφύρων τῶν κρειττόνων καὶ τιμιωτέρων. Καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ὡς συστρατευσαμένῳ καὶ συμπονήσαντι ἀπεμέρισέ τινα ἀμοιβὴν τοῦ καμάτου, ἀλλ' οἴκοι καθημένῳ. Διὰ τοῦτο γὰρ προεῖπεν ἀνωτέρω, ὅτι συνήντησε τῷ Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων. Εἰ δὲ τοῦ πατριάρχου μείζων, καὶ τοῦτο δηλοῖ ἡ τῆς δεκάτης δόσις, πολλῷ μᾶλλον τῶν νομικῶν ἱερέων.

C

Vers. 5, 6. *Et quidem de filiis Levi sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem, hoc* **694** *est, a fratribus suis, quanquam et ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cujus autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham.* Probat jam quomodo Melchisedec sit Abrahamo major, inquiens : Qui ex Levitica tribu sacerdotio fungebantur, decimas sumebant a populo, utpote qui præstantiores atque honoratiores essent propter sacerdotii dignitatem. Nam propter quid aliud populus ipse, qui laboribus et ærumnis affligitur, sacerdotibus non laborantibus neque agrum colentibus omnis generis decimas offerunt, nisi quia diviniores sunt, majorique operi vacant? Tanta est sacerdotii dignitas, adeoque qui eo funguntur sublimiores sunt propriis fratribus, atque iis qui ex iisdem lumbis sint egressi. Quandoquidem igitur Melchisedec Abrahamum decimavit, cum tamen ex eo non denumeraretur ei genealogia, id est, cum non esset ex ejus genere, alienigena enim erat, potior ipso est et sublimior.

*Καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν υἱῶν Λευὶ τὴν ἱερωσύνην λαμβάνοντες, ἐντολὴν ἔχουσιν ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν κατὰ τὸν νόμον, τουτέστι, τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν, καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ. Ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραάμ.* Νῦν κατασκευάζει πῶς μείζων ἐστὶν ὁ Μελχισεδὲκ τοῦ Ἀβραάμ· καὶ φησιν, ὅτι ὁ ἐκ τῆς Λευϊτικῆς φυλῆς ἱερατεύοντες ἐδεκάτουν τὸν λαὸν, πρόδηλον ὡς κρείττους καὶ τιμιώτεροι ὄντες διὰ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα. Τίνος γὰρ ἄλλου ἕνεκεν οἱ τοῦ λαοῦ κοπτόμενοι αὐτοὶ καὶ ταλαιπωρούμενοι, τοῖς ἱερεῦσιν οὐ κοπιῶσιν, οὐδὲ γεωργοῦσι προσφέρουσι τὰς ἐκ παντὸς γένους δεκάτας, ἢ πάντως ὡς θειοτέροις, καὶ μείζονι ἔργῳ προσασχολουμένοις; Τοσοῦτόν ἐστι τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, καὶ οὕτως οἱ τοῦτο ἔχοντες ὑψηλότεροί εἰσι τῶν οἰκείων ἀδελφῶν, καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀσφύος ἐξεληλυθότων. Καὶ ὁ Μελχισεδὲκ τοίνυν ἐπειδὴ δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραὰμ, καὶ ταῦτα μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτοῦ, τουτέστι, μὴ τοῦ αὐτοῦ ὢν γένους, ἀλλόφυλος γὰρ ἦν, κρείττων αὐτοῦ ἐστι καὶ ὑψηλότερος. Πῶς

Digitized by Google

γὰρ ἂν ἔδωκεν ἀλλοφύλῳ δεκάτας ὁ Ἀβραὰμ, εἰ μὴ πολλῇ ἦν ἡ τιμή; Εἰ δὲ ὁ Μελχισεδὲκ, ὁ τύπος, ὑπερέχει, καὶ ταῦτα τοῦ Ἀβραὰμ, πολλῷ μᾶλλον ὁ ἀληθινὸς Ἀρχιερεὺς ὑπερέχει τῶν νομικῶν ἱερέων. A

*Καὶ τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας εὐλόγηκεν.* Ἐπειδὴ ἄνω καὶ κάτω τοῦτο ἦν τὸ μεγαλύνον τὸν Ἀβραὰμ, τὸ τὰς ἐπαγγελίας λαβεῖν παρὰ Θεοῦ, προστίθησι τοῦτο νῦν, ὅτι τὸν τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτοι τῆς ὁμιλίας; θείας; ἀξιωθέντα, καὶ ἔχοντα ὀφειλέτην τὸν Θεὸν, τοῦτον εὐλόγησεν ὁ τύπος τοῦ Χριστοῦ.

*Χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται.* Εἶπεν ὅτι εὐλόγησεν ὁ Μελχισεδὲκ τὸν τηλικοῦτον Ἀβραάμ. Πάντες δὲ κοινῶς καὶ ἀναντιῤῥήτως οἴδαμεν, ὅτι ὁ εὐλογῶν κρείττων ἐστὶ τοῦ εὐλογουμένου· κρείττων ἄρα καὶ ὁ Μελχισεδὲκ, ὁ τὸν Χριστὸν προτυπῶν, τοῦ πατριάρχου. B

*Καὶ ὧδε μὲν δεκάτας ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι λαμβάνουσιν· ἐκεῖ δὲ μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ.* Καὶ ἕτερος λογισμὸς, ἀποδεικνύων μείζονα τῶν τοῦ νόμου ἱερέων τὸν Μελχισεδέκ. Οἱ μὲν γὰρ ὧδε, τουτέστιν, ἐν τῷ νόμῳ λαμβάνοντες δεκάτας, ἀποθνήσκουσιν· *ἐκεῖ* δὲ, τουτέστιν, ἐν τῷ κατὰ τὸν Μελχισεδὲκ πράγματι, ἔλαβε δεκάτας ὁ μαρτυρούμενος παρὰ τῆς Γραφῆς, ὅτι ζῇ. *Σὺ γὰρ*, φησὶν, *ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.* Τὸ δὲ ζῆν ἀεὶ τὸν Μελχισεδὲκ, οὕτω δέξαι, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται· τουτέστιν ὡς μὴ μνημονευομένης τῆς τελευτῆς αὐτοῦ παρὰ τῇ Γραφῇ. Τινὲς δὲ τὸ ἀποθνήσκειν μὲν τοὺς Λευΐτας, ζῆν δὲ τὸν Μελχισεδὲκ, οὕτω νοοῦσιν· ὅτι ὁ μὲν τρόπος τῆς τῶν Λευϊτῶν ἱερωσύνης θνητὸς ἦν· κατήργηται γάρ· ὁ δὲ τῆς τοῦ Μελχισεδὲκ, ἤτοι τῆς κατὰ Χριστὸν [ζωῆς], ζῇ καὶ μένει, καὶ ἔσται ἀεί. C

*Καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, δι' Ἀβραὰμ καὶ Λευὶ ὁ δεκάτας λαμβάνων δεδεκάτωται.* Ἵνα μὴ ἔχωσι λέγειν οἱ νομικοὶ ἱερεῖς· Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς, εἰ ὁ Ἀβραὰμ δεδεκάτωται; φησὶν ὅτι διὰ μέσου τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Λευὶ δεδεκάτωται, ὁ ἀρχηγὸς τῆς κατ' ἡμᾶς ἱερωσύνης, ὁ δεκάτας λαμβάνων. Ἆρα οὖν οὐκ ἔστι καὶ τοῦ Λευὶ κρείττων ὁ Μελχισεδὲκ, ὡς καὶ παρ' αὐτοῦ δεκάτας λαβεῖν ἐοικὼς, διὰ μέσου [a] τοῦ Ἀβραάμ; Τὸ δὲ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἢ τοῦτο σημαίνει, ὅτι καὶ ἐν συντόμῳ εἰπεῖν, ἢ ἀντὶ τοῦ, ἵνα οὕτως εἴπω. Ἐπειδὴ γὰρ τόλμημα ἐδόκει τὸ εἰπεῖν, ὅτι ὁ Λευὶ, μήπω εἰς γένεσιν παραχθεὶς, ἐδεκατώθη παρὰ τοῦ Μελχισεδὲκ, ἐκόλασε τοῦτο. D

*Ἔτι γὰρ ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς ἦν, ὅτε συνήντησεν αὐτῷ ὁ Μελχισεδέκ.* Κατασκευάζει πῶς ὁ Λευὶ ἐδεκατώθη, καί φησιν ὅτι τοῦ προπάτορος δεκατωθέντος, καὶ αὐτὸς δυνάμει δεδεκάτωται, ὢν ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ Ἀβραὰμ ὢν, καὶ ἐκ τοῦ

Quomodo enim alienigenæ dedisset decimas Abrahamus, ni multo honore ac dignitate floruisset? Quod si Melchisedec, qui typus erat, sublimior est, et quidem ipso Abrahamo, multo magis verus Pontifex excellet sacerdotes legis.

*Et hunc, qui habebat repromissiones, benedixit.* Quia istud ubique et passim Abrahamum magnum et splendidum reddebat, nempe quod promissiones a Deo accepisset: apponit hoc nunc, quod tanto ac tali, qui divino colloquio dignus fuisset habitus, quique haberet debitorem Deum, huic inquam, figura Christi benedixit.

Vers. 7. *Sine ulla autem contradictione, quod minus est, a meliori benedicitur.* Dixit tantum ac talem Abrahamum ab ipso Melchisedec benedictum fuisse. Omnes autem palam et sine contradictione scimus, quod benedicens est præstantior eo cui benedicitur. Ergo Melchisedec, qui Christum præfigurabat, ipso patriarcha major erat.

Vers. 8. *Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt, illic autem testimonium habens quod vivat.* Aliud est argumentum, quo demonstrat majorem sacerdotibus legis Melchisedecum. *Hic* enim, hoc est in lege, decimas accipientes moriuntur: *illic autem*, hoc est in causa secundum Melchisedecum, decimas accepit is cui testimonium Scriptura dicit quod vivat. *Tu enim*, inquit, *sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.* Vivere autem semper Melchisedecum sic intellige perinde ac supra memoratum est, hoc est, quod Scriptura non faciat mentionem obitus ejus. Nonnulli vero mori Levitas, et vivere Melchisedecum etiam sic intelligunt, quod modus quidem sacerdotii Levitarum **695** mortalis erat; abolitus est enim: ratio autem Melchisedeci, sive secundum Christum, vivit et manet, semperque durabit.

Vers. 9. *Atque, ut ita dicam, per Abrahamum et Levi qui decimas accipit, decimatus est.* Ne dicere queant legales sacerdotes, Ecquid ad nos si Abrahamus decimatus est? ait, quod per Abrahamum, ut medium, Levi etiam qui sacerdotii nostri princeps erat, decimasque accipiebat, decimas dedit. Nonne igitur Levi Melchisedecus est melior, tanquam qui ab ipso etiam decimas accipere visus sit, intermediante Abrahamo? Quod autem ait, ὡς ἔπος εἰπεῖν, vel hoc significat, ut breviter dicam, vel, ut sic dicam. Quia enim audacius dictum videbatur, affirmare quod Levi priusquam in mundum productus esset per nativitatem, decimas dederit Melchisedeco, correxit hoc.

Vers. 10. *Adhuo enim in lumbis patris erat, quando obviavit ei Melchisedec.* Astruit, quanam ratione Levi decimatus sit, atque quod cum progenitor ejus decimatus esset, ipse potentia pariter decimatus est, quippe qui tum in lumbis Abrahami

Variæ lectiones.

[a] μεσίτου ο.

Digitized by Google

erat, ac ex semine ejus nasciturus, etsi nondum natus esset. Nec dixit, Levitæ, sed, *Levi*, ut excellentiam ostendat. Papæ! quantum ausus est! foras ejecit Judaica, eamque ob rem in superioribus prædixit, *Segnes facti estis* : quia talia dicturus erat, ne resilirent. Præparatis igitur ipsis atque præmunitis, uti volebat, sic jam dicit quæ vult. Non enim quemadmodum terra recepto semine auget, ac crescere illud facit, sic anima verbum continet et fovet. Illic enim natura est quæ stabilitatem habet : hic autem voluntas, res varia et facile mutabilis. Quare præceptor multa præstruere debet.

A σπέρματος αὐτοῦ μέλλων γενέσθαι, εἰ καὶ μηδέπω ἐτέχθη. Καὶ οὐκ εἶπεν, οἱ Λευῖται, ἀλλ' *ὁ Λευΐ*, ἵνα δείξῃ τὴν ὑπεροχήν. Βαβαί, τί ἐτόλμησεν; Ἐξέβαλεν ἔξω τὰ Ἰουδαϊκά. Διὰ τοῦτο προέλεγεν, ὅτι *Νωθροὶ γεγόνατε*, ἐπειδὴ τοιαῦτα ἔμελλεν εἰπεῖν, ἵνα μὴ ἀποσκιρτήσωσι. Προκατασκευάσας οὖν, καὶ προκαταρτίσας αὐτοὺς ὡς ἠβούλετο, οὕτως ἤδη λέγει ἃ βούλεται. Οὐ γὰρ ὥσπερ ἡ γῆ παραλαβοῦσα τὸ σπέρμα, αὔξει αὐτό, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τὸν λόγον κατέχει καὶ τρέφει. Ἐκεῖ μὲν γὰρ φύσις ἐστὶν, ἥτις τὸ στάσιμον ἔχει· ἐνταῦθα δὲ προαίρεσις, πολυτροπώτατον χρῆμα καὶ εὐμετάπτωτον. Διὸ χρὴ τὸν διδάσκαλον πολλὰ προοικονομεῖν.

Vers. 11. *Si ergo consummatio per sacerdotium Leviticum erat (populus enim sub ipso legem accepit), quid adhuc necessarium fuit, secundum ordinem Melchisedec alium surgere sacerdotem, et non secundum ordinem Aaronis dici?* Jam ante Melchisedecum in sacerdotum ordine tum Abrahamo, tum Levi longe præstantiorem fuisse ostendit. Nunc rursus aliud argumentum adducit, ostendens quod sacerdotium secundum Christum longe sit excellentius Levitarum sacerdotio, et quod Christi sacerdotium sit perfectum, illorum autem imperfectum. Nam si perfectum erat sacerdotium legis, secundum ordinem Aaronis oportebat exsurgere sacerdotem : nam Aaron ex tribu Levitica erat. Atqui non secundum ordinem Aaronis, verum secundum ordinem Melchisedec dicitur exsurgere sacerdos. Reliquum est igitur, ut veluti imperfecto illo, aliud quoddam **696** introducatur. Porro hæc particula, ἔτι, magnam habet emphasin, propemodum enim hoc dicit : Si Christus secundum ordinem Melchisedeci fuisset antea, aç deinde lex esset data, non immerito quis diceret, quod veluti imperfectum esset Melchisedeci sacerdotium, datum sit sacerdotium secundum legem, Aaronis nimirum. Nunc autem posterior est Christus, et aliam sacerdotii formam accepit. Perspicuum est igitur quod, veluti imperfectiore exsistente sacerdotio Aaronis, aliud introducitur. Quid autem est, *Sub ipso legem accepit?* Hoc est, non potest quispiam dicere quod perfectum quidem sit sacerdotium secundum Aaronem : aliis vero datum est, non ipsis Hebræis : sed enim omnino populo datum est, atque sub ipso sacerdotio populus legem accepit : hoc est, præfinitum erat ut isto uteretur, sicque incederet, atque per ipsum omnia ageret. Cur igitur ejectum est, nisi quod invalidum erat?

B *Εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς Λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν, ὁ λαὸς γὰρ ἐπ' αὐτῇ νενομοθέτητο, τίς ἔτι χρεία, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἕτερον ἀνίστασθαι ἱερέα, καὶ μὴ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν λέγεσθαι;* Ἔδειξεν, ὅτι ὁ Μελχισεδὲκ πολὺ βελτίων ἦν καὶ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Λευΐ, ἐν τάξει ἱερέων αὐτὸς γενόμενος. Νῦν αὖθις ἕτερον ἐπιχείρημα εἰσάγει, δεικνὺς ὅτι ἡ κατὰ Χριστὸν ἱερωσύνη πολλῷ ὑπερέχει τῆς τῶν Λευϊτῶν· καὶ ὅτι ἡ μὲν τοῦ Χριστοῦ τελεία, ἡ δὲ ἐκείνων ἀτελής. Καὶ γὰρ εἰ ἦν τελεία ἡ νομικὴ ἱερωσύνη, κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν ἔδει ἀναστῆναι ἱερέα· ὁ γὰρ Ἀαρὼν τῆς Λευϊτικῆς ἦν φυλῆς. Ἀλλὰ μὴν οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ λέγεται ἀνίστασθαι ἱερεύς. Λοιπὸν οὖν, ὡς ἀτελοῦς οὔσης ἐκείνης, ἄλλη ἀντεισάγεται. Καὶ τὸ, *ἔτι*, δὲ πολλὴν τὴν ἔμφασιν ἔχει· C ὡσανεὶ γὰρ τοῦτο λέγει ὅτι, Εἰ μὲν ἦν ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ πρότερον, εἶτα ὁ νόμος ἐδόθη, εἰκότως ἄν τις εἶπεν, ὅτι ὡς ἀτελοῦς οὔσης τῆς κατὰ τὸν Μελχισεδὲκ, ἐδόθη ἡ κατὰ τὸν νόμον ἱερωσύνη, τουτέστιν ἡ τοῦ Ἀαρών. Νῦν δὲ ὕστερός ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ ἕτερον λαμβάνων τύπον ἱερωσύνης. Πρόδηλον οὖν, ὅτι ὡς ἀτελεστέρας οὔσης τῆς τοῦ Ἀαρὼν, ἀντεισάγεται ἑτέρα. Τί δέ ἐστι τὸ, *Ἐπ' αὐτῇ νενομοθέτητο;* Τοῦτ' ἔστιν, οὐκ ἔχει τις εἰπεῖν, ὅτι τελεία μέν ἐστιν ἡ κατὰ Ἀαρὼν ἱερωσύνη· ἄλλοις δὲ ἐδόθη, καὶ οὐ τοῖς Ἑβραίοις, ἀλλὰ πάντως τῷ λαῷ ἐδόθη, καὶ ἐπ' αὐτῇ ἐνομοθετήθη ὁ λαός· τουτέστιν, ὡρίσθη, ὥστε κεχρῆσθαι αὐτῇ, καὶ ταύτῃ στοιχεῖν, καὶ δι' αὐτῆς ἅπαντα πράττειν. Διὰ τί τοίνυν ἐξεβλήθη, ἢ δηλονότι ὡς ἀνίσχυρος;

Vers. 12. *Translato enim sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat.* Ostendit jam legem abolitam esse ex consequenti, ac aliud testamentum surrogatum. Si enim sacerdotium translatum est, necesse est legem etiam aliam esse : sacerdos namque absque testamento et legibus et præceptis non est. Translatum est autem sacerdotium non solum ritu, hoc est, ut non sit porro secundum ordinem Aaronis, sed secundum ordinem Melchisedeci, verum etiam secundum tribum. Etenim a tribu sacerdotali Aaronis ad regiam tribum Judæ est transpositum.

D *Μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται.* Νῦν δείκνυσι καὶ τὸν νόμον καταργούμενον ἀκολούθως, καὶ ἑτέραν διαθήκην ἀντεισαγομένην. Εἰ γὰρ ἡ ἱερωσύνη μετετέθη, ἀνάγκη καὶ νόμον ἕτερον εἶναι, ἱερεὺς γὰρ χωρὶς διαθήκης καὶ νόμων καὶ προσταγμάτων οὐκ ἔστι. Μετετέθη δὲ ἡ ἱερωσύνη οὐ μόνον τῷ τρόπῳ, τουτέστι, τῷ μὴ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν εἶναι, κατὰ δὲ τὴν τοῦ Μελχισεδὲκ, ἀλλὰ καὶ τῇ φυλῇ. Καὶ γὰρ ἀπὸ φυλῆς ἱερατικῆς τῆς Ἀαρὼν εἰς βασιλικὴν τὴν τοῦ Ἰούδα μετετέθη. Καὶ ἴδε τὸ μυστήριον. Πρῶτον ἦν

Digitized by Google

βασιλικὴ, καὶ τότε γέγονεν ἱερατική· ὡς καὶ ὁ Χριστὸς βασιλεὺς μὲν ἀεὶ, ἐπ' ἐσχάτων δὲ ἀρχιερεὺς, ὅτε τὴν σάρκα ἔλαβεν, ὅτε τὴν θυσίαν προσήνεγκεν.

illud commiserant, impunes sint dimissi. Peccati enim fiducia et libertas est supplicium adducere. Quæsivit etiam Gregorius **717** Nyssenus in Sermone Catechetico, et de Natalitio Christi, de hoc ipso, quare in consummatione sæculorum incarnatus sit Filius; ac in hunc modum diluit: Quemadmodum optimi medici, intus adhuc febri corpus inflammante et per causas morbi effectrices incendente, nullum adhibent ægroto ex cibis auxilium, exspectantes tantisper dum malum ad summum increverit: sic et nobiscum actum est. Exspectavit animarum Medicus, donec universa malitiæ ægritudo panderetur, ut nihil jam abditorum incuratum maneret, medico solummodo quod patet visui curante. Fusius autem disces quæ dicit divinus vir, si tibi placuerit ipsas ejus Conciones legere.

Vers. 27. *Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, postea autem judicium.* Causam jam nunc exprimit quare Christus semel sit mortuus: nempe quod unius mortis factus sit pretium. Statutum enim erat hominibus semel mori. Semel itaque mortuus est pro universis. Quid igitur? nunc ergo non morimur? Næ, sed morte non ita detinemur, ut antehac, sed per spem resurrectionis, cujus dux factus est qui pro nobis mortem subiit Christus, ne mors quidem est mors ista, verum somnus. Quia igitur mors omnes detentura erat, propterea mortuus est, ut nos liberaret. Vel non hoc nunc voluit indicare Apostolus, quod mortem quæ debebatur nobis in supplicium ipse persolverit, verum quia vere homo erat Christus præter hoc quod Deus esset, sicut homines semel moriuntur, deinde judicium, sic et ipse semel est mortuus. Audi autem quæ sequuntur.

Vers. 28. *Sic et Christus semel oblatus.* A quo? Ipse a seipso. Etiamsi enim pontifex est, est tamen et sacrificium, et victima.

*Ut multorum offerret peccata.* Quemadmodum in sacra Liturgia offerimus peccata, dicentes, Sive inviti sive voluntarii peccavimus, condona: hoc est, meminimus eorum primum, ac deinde condonationem petimus: haud secus et ipse locutus est ad Patrem: *Pro ipsis ego sanctifico meipsum*[33]. Vel obtulit peccata, hoc est, abstulit ea ab hominibus, et obtulit Patri, ut ipsa dimittat. Quare autem dixit *Multorum* et non, Omnium? Quoniam non omnes credidderant. Mors enim ejus fuit æquivalens omnium interitui, ac, quantum in ipso est, pro omnibus mortuus est. Non omnium autem peccata obtulit, eo quod noluerint ipsi. Proinde inutilem sibi Filii Dei mortem ipsi fecerunt, quæ res est sane horrenda. Hæc divi Joannis Chrysostomi est sententia. Reperi autem **718** apud eum in hunc Evangelii locum, *Ut animam suam in redemptionem daret pro multis*[34], annotationem quo-

A τες ἀτιμώρητοι ἀφείθησαν. Ἁμαρτίας γὰρ παῤῥησία, τὸ τιμωρίαν ἐπάγειν. Ἠπόρησε δὲ καὶ ὁ Νύσσης ἔν τε τῷ Κατηχητικῷ, καὶ τῷ εἰς τὰ τοῦ Χριστοῦ γενέθλια λόγῳ περὶ αὐτοῦ τούτου, Διὰ τί ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐσαρκώθη ὁ Υἱός; Καὶ ἐπιλύεται, ὅτι, ὥσπερ οἱ ἄριστοι ἰατροὶ, ἐνδοθεν ἔτι τοῦ πυρετοῦ τὸ σῶμα ὑποσμύχοντος, καὶ διὰ τῶν νοσοποιῶν αἰτίων ἐξαπτομένου, οὐδεμίαν ἐπάγουσι τῷ ἀσθενοῦντι ἐκ τῶν σιτίων βοήθειαν, ἀναμένοντες εἰς ἀκμὴν προσελθεῖν τὸ πάθος· οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν. Ἀνέμεινεν ὁ τῶν ψυχῶν Ἰατρὸς τὴν τῆς κακίας νόσον πᾶσαν ἐκκαλυφθῆναι, ὡς ἂν μηδὲν τῶν κεκρυμμένων ἀθεράπευτον μείνῃ, τοῦ ἰατροῦ μόνον τὸ φανὲν θεραπεύοντος. Πλατύτερον δὲ μαθήσῃ, ἃ φησιν ὁ θεῖος ἀνὴρ, εἴγε σοι βουλομένῳ ἐστὶν ἐντυχεῖν αὐ- B τοῖς τοῖς ἐκείνου λόγοις.

*Καὶ καθ' ὅσον ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, μετὰ δὲ τοῦτο κρίσις.* Νῦν καὶ τὴν αἰτίαν λέγει διὰ [35] τί ἅπαξ ἀπέθανεν ὁ Χριστός· διότι, φησὶν, ἑνὸς θανάτου ἀντίλυτρον ἐγένετο. Ἀπέκειτο γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν. Τοῦτο οὖν τὸ ἅπαξ ἀπέθανεν ὑπὲρ πάντων. Τί οὖν; Νῦν οὐκ ἀποθνήσκομεν; Ναί· ἀλλ' οὐκ ἐγκρατούμεθα τῷ θανάτῳ, ὥσπερ πρώην, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως, ἧς ἀρχηγὸς ἐγένετο ὁ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανὼν Χριστὸς, οὐδὲ θάνατός ἐστιν ὁ θάνατος οὗτος, ἀλλ' ὕπνος. Ἐπεὶ οὖν ἔμελλε πάντας κατέχειν ὁ θάνατος, διὰ τοῦτο ἀπέθανεν, ἵνα ἡμᾶς ἀπολύσῃ. Ἢ οὐ τοῦτο βούλεται νῦν δηλοῦν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι τὸν ὀφειλόμενον ἡμῖν εἰς τιμωρίαν θάνατον αὐτὸς C ἀπέτισεν, ἀλλ' ὅτι ἐπειδὴ ἄνθρωπος ἦν ἀληθῶς ὁ Χριστὸς μετὰ τοῦ καὶ Θεὸς εἶναι, ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι ἅπαξ ἀποθνήσκουσιν, εἶτα ἡ κρίσις, οὕτω καὶ αὐτὸς ἅπαξ ἀπέθανεν. Ἄκουε οὖν καὶ τῶν ἑξῆς.

*Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθείς.* Ὑπὸ τίνος; Αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ. Εἰ γὰρ καὶ ἀρχιερεύς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ θῦμα, καὶ ἱερεῖον.

*Εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας.* Ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἁγίας λειτουργίας ἀναφέρομεν τὰ ἁμαρτήματα, καὶ λέγομεν, Εἴτε ἄκοντες, εἴτε ἑκόντες ἡμάρτομεν, συγχώρησον· τουτέστι, μεμνήμεθα αὐτῶν πρῶτον, καὶ τότε τὴν συγχώρησιν αἰτούμεν· οὕτω καὶ αὐτὸς εἶπε τῷ Πατρί· *Ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν.* Ἢ ἀνήνεγκε τὰ ἁμαρτήματα, D τουτέστιν, ἦρεν αὐτὰ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ προσήνεγκε τῷ Πατρὶ, ἵνα αὐτὰ ἀφῇ. Τίνος δὲ ἕνεκεν εἶπε; *Πολλῶν*, καὶ οὐ, Πάντων; Ἐπειδὴ μὴ πάντες ἐπίστευσαν. Ὁ μὲν γὰρ θάνατος αὐτοῦ ἀντίῤῥοπος ἦν τῆς πάντων ἀπωλείας, καὶ ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ, ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν· οὐ πάντων δὲ τὰς ἁμαρτίας ἀνήνεγκε, διὰ τὸ μὴ θελῆσαι αὐτούς. Ὥστε ἄχρηστον ἑαυτοῖς τὸν θάνατον τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐποίησαν, ὃ καὶ φρίκης ἄξιον. Οὕτω μὲν ὁ μακάριος Ἰωάννης. Εὗρον δὲ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἰς τὸ, *Καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν,*

[33] Joan. xvii, 19. [34] Matth. xxvi, 28.

Variæ lectiones.

[35] διὰ ἣν Β.

Digitized by Google

παραγραφὴν ἐκδεχομένην τὸ, *πολλῶν*, ἀντὶ τοῦ, *πάντων*· πολλοὶ γὰρ καὶ οἱ πάντες.

*Ἐκ δευτέρου χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθήσεται τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις εἰς σωτηρίαν.* Ἀπέθανε μὲν, φησὶ, βαστάζων τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν, καὶ προσφέρων τῷ Πατρὶ, ἵνα αὐτοὺς ἐξαλείψῃ ὑπὲρ ὧν καὶ ἀπέθανε. Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, φησὶν, ἁμαρτίαν ἐποίησεν ὁ Πατὴρ, ὡς τὰ ἡμῶν οἰκειούμενον. Ὀφθήσεται δὲ ἐκ δευτέρου οὐκέτι ἁμαρτίας ἐπιφερόμενος, οὐδὲ θανάτου δευτέρου δι' αὐτὰς δεόμενος, ἀλλ' ὡς κριτὴς εἰς σωτηρίαν τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις, τουτέστι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, καὶ ἐλπίζουσι τὴν αὐτοῦ παρουσίαν· πρόδηλον δὲ ὅτι καὶ ἀξίως αὐτῆς ζῶσι. Καίτοιγε οὐ μόνον εἰς σωτηρίαν ἥξει, ἀλλὰ καὶ εἰς τιμωρίαν τῶν ἀπίστων καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν· ἀλλ' ὅμως τὸ φαιδρὸν εἶπε.

A rundam, qui intelligerent *multis*, pro *omnibus*: omnes enim multi sunt.

*Secundo sine peccato apparebit expectantibus ipsum in salutem.* Obiit, inquit, bajulans peccata nostra, et offerens Patri, ut ea oblitteraret, pro quibus et mortuus est. Eum enim qui non norat peccatum, inquit, peccatum fecit Pater, quia nostra sibi vindicabat. Apparebit autem secundo haud porro peccatis subjiciendus, neque secundæ mortis propterea indigus, verum ut judex ad salutem expectantibus ipsum, hoc est, credentibus in ipsum, et sperantibus ejus adventum: perspicuum autem est, quod et digne ipso viventibus. Atqui non tantum ad salutem veniet, verum etiam ad supplicium infidelium et peccatorum aderit: attamen quod gratiosum erat, dixit. B

## ΚΕΦΑΛ. Ι'.

*Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν.* Τουτέστι τύπος ὢν τῶν κατὰ τὴν Νέαν Διαθήκην μελλόντων δίδοσθαι παρὰ Χριστοῦ ἀγαθῶν τοῖς ταύτην παραδεξαμένοις.

*Οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων.* Τουτέστιν, οὐκ αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν. Πραγμάτων δὲ ποίων; Τῆς θυσίας, τῆς ἀφέσεως. Σκιαγραφίᾳ γὰρ ἐῴκεισαν τὰ παλαιὰ, ἀμυδρὰ ὄντα· τὰ δὲ νέα, εἰκόνι, τουτέστιν ἀληθείᾳ, ὡς λαμπρῶς ὑφεστῶτα καὶ τελεστιουργηθέντα. Οὕτω μὲν οὖν ὁ ἐν ἁγίοις Ἰωάννης. Οὐκ ἄχρηστον δὲ παραλιπεῖν καὶ ἃ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ὑποβάλλει νοεῖν ἐν τῷ τόπῳ. Ἐκεῖνος γὰρ λέγει καὶ ἐν ἄλλοις μὲν, πλὴν ἀριδηλότερον ἐν τῷ εἰς τὸ Πάσχα λόγῳ ὅτι Τὸ νομικὸν Πάσχα, τολμῶ καὶ λέγω, τύπου τύπος ἦν ἀμυδρότερος. Ὥστε δίδωσι νοεῖν, σκιὰν μὲν τὸν νόμον λέγεσθαι παρὰ τοῦ Ἀποστόλου· εἰκόνα δὲ, τὰ νῦν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τελούμενα, ὡς ἄλλων τελειοτέρων ὄντα ἐμφάσεις, τῶν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι μεταληφθησομένων τοῖς ἀξίοις· ἃ καὶ πράγματα καλεῖ νῦν ὁ Ἀπόστολος. Ὥσπερ οὖν ἡ εἰκὼν ἀπέχει τι τοῦ πρωτοτύπου πράγματος, οὕτω καὶ τὰ νῦν μυστήρια τῶν ἐν τῷ μέλλοντι πραγμάτων τῶν τελειοτέρων· καὶ ὥσπερ τῆς εἰκόνος ἡ σκιαγραφία λείπεται, οὕτω καὶ ὁ νόμος τῆς νέας ἀπολείπεται.

## CAPUT X.

VERS. 1. *Umbram enim habens lex futurorum bonorum.* Hoc est, cum sit typus bonorum Novi Testamenti, quæ Christus iis qui istud acciperent communicaturus erat.

*Non ipsam imaginem rerum.* Hoc est, non ipsam veritatem. Rerum autem qualium? sacrificii, remissionis. Umbratili namque picturæ similia erant vetera, utpote obscura: nova vero, imagini, hoc est, veritati, ut quæ clare subsistant et perfecta sint. Hunc ad modum divus Joannes Chrysostomus intelligit. Haud abs re autem fuerit in medium proferre quæ Gregorius Theologus in hunc locum tradit. Ille enim aliis quidem in locis, magis tamen in concione de Paschate memoriæ prodidit, nimirum, quod Pascha legale, audacter dico, typo typus fuerit obscurior. Dat itaque intelligere, umbram quidem legem dici apud Apostolum: imaginem vero, quæ nunc in Ecclesia perficiuntur, ceu quæ aliorum perfectiorum bonorum significationes sunt, quæ in futuro sæculo dignis sunt impertienda; quæ nunc Apostolus res vocat. Perinde igitur ut imago distat nonnihil a primo exemplari, consimilem ad modum præsentia mysteria distant a perfectioribus futuri sæculi rebus. Quemadmodum porro prima delineatio est inferior imagine ipsa, hunc ad modum Lex Novo Testamento est inferior. C

*Κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς, οὐδέποτε δύνανται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι.* Ἡ διάνοια τοῦ χωρίου τοιαύτη ἐστίν· Εἴπερ ἰσχὺν εἶχον αἱ νομικαὶ θυσίαι, οὐκ ἂν διηνεκῶς προσεφέροντο· ἅπαξ γὰρ προσενεχθεῖσαι, καὶ ὠφελήσασαι, ἐπαύσαντο ἄν. Νῦν δὲ ἐπειδὴ κατ' ἐνιαυτὸν προσεφέροντο εἰς τὸ διηνεκὲς, πρόδηλον ὅτι ἠσθένουν τελειῶσαι. Καὶ διὰ τοῦτο μετὰ τὴν πρώτην θυσίαν, δευτέραν, καὶ ἄλλην μετ' αὐτὴν προσέφερον. Ὥσπερ καὶ τῶν φαρμάκων ἰσχυρὰ μὲν, ἃ ἅπαξ ἐπιτεθέντα θεραπεύει· τὰ δὲ πολλάκις ἐπιτιθέμενα, αὐτόθι δηλοῦνται ἀνίσχυρα. Ζητεῖται δὲ, Τί οὖν; Οὐχὶ καὶ ἡμεῖς ἀεὶ θυσίας ἀναιμάκτους προσφέρομεν; Ναί· ἀλλ' ἀνάμνησιν ποιούμεθα τοῦ D

*Per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indesinenter, nunquam possunt accedentes perfectos facere.* Hujus loci sensus est hujusmodi: Si robur habuissent 719 victimæ legales, non perpetuo offerrentur: semel enim oblatæ, fructu prolato, cessassent. Jam vero quia quotannis perpetuo offerebantur, planum est quod infirmiores erant, quam ut possent quemquam perfectum reddere. Atque hanc ob causam post primam oblationem, secundam ac tertiam offerebant. Quemadmodum inter pharmaca ea valida habentur, quæ vel semel imposita curant: quæ autem sæpius imponuntur, hoc ipso ostenduntur esse minus fortia. Suboritur autem hic quæstio: Quid igitur? Nonne et nos hu-

Digitized by Google

stias incruentas perpetuo offerimus? Omnino: sed memoriam facimus mortis Domini. Estque ista unica, non multæ, quandoquidem semel oblatus est. Illam eumdem semper offerimus, imo potius memoriam illius oblationis facimus, qua se ipse obtulit, ceu jam nunc facta sit. Proinde unicum est sacrificium. Nam quod ad quæstionem attinet, cum multis in locis offertur, num igitur multi Christi? nequaquam: sed unus est ubique, et hic plenus, et illic plenus et perfectus, unumque corpus. Quemadmodum enim Christus in multis locis oblatus unum corpus est, et non multa corpora, sic et unum sacrificium. Nam illam hostiam offerimus, quæ tum erat oblata. Illic autem alius erat qui heri oblatus erat, agnus fortasse, a victima quæ hodie offertur; nec veluti commemoratio erat hesternæ oblationis, qui hodie offerebatur agnus, sed ipse per seipsum sacrificium perficiebat. Quomodo igitur hic ait Apostolus, *iisdem sacrificiis?* Eadem sacrificia fuerunt, quandoquidem eædem species offerebantur, veluti agnus hodie, et in crastinum agnus: numero vero diversa. Nonnulli autem easdem has esse dixerunt modo oblationis; hoc est, quod vel per cædem, vel crematione fieri juberentur: specie vero diversas, ut oves, boves, turtures, columbas. Porro etiamsi exemplaria quædam δύνανται scribant cum ν, inveni tamen adnotationem, verbum [isthuc sine ν scribendum esse censentem: Umbram enim, inquit, habens lex futurorum bonorum, nunquam *potest* accedentes perfectos facere. Ac vere quidem, quatenus juxta grammaticæ exactam rationem sic oporteat hunc locum habere, ne solœcismus emergat. Quia vero Scriptura artium subtilitates non moratur, ita etiam istud intelligamus, sicut exemplaria habent: Nunquam enim *possunt* (offerentes videlicet) perfectos facere accedentes.

A θανάτου. Καὶ μία ἐστὶν αὕτη, οὐ πολλαί. ἐπειδὴ ὅπαξ προτηνέχθη. Τὸν γὰρ αὐτὸν ἀεὶ προσφέρομεν, μᾶλλον δὲ ἀνάμνησιν τῆς προσφορᾶς ἐκείνης ποιοῦμεν, ὡς νῦν γινομένης. Ὥστε μία ἐστὶν ἡ θυσία. Ἐπεὶ ὅσον γε κατὰ τὸ ζητούμενον, ἐπειδὴ πολλαχοῦ προσφέρεται, ἄρα πολλοὶ Χριστοί; Οὐδαμῶς· ἀλλ' εἷς πανταχοῦ, καὶ ἐνταῦθα πλήρης ὤν, καὶ ἐκεῖ πλήρης, ἓν σῶμα. Ὥσπερ οὖν πολλαχοῦ προσφερόμενος ἓν σῶμά ἐστι, καὶ οὐ πολλὰ σώματα, οὕτω καὶ μία θυσία. Ἐκείνην γὰρ προσφέρομεν τὴν τότε προσενεχθεῖσαν. Ἐκεῖ δὲ ἕτερος ἦν, ὁ χθὲς προσενεχθείς, ἀμνὸς τυχὸν, παρὰ τὸν σήμερον. Καὶ οὐχ ὡς ἀνάμνησιν τοῦ χθὲς, προσήγετο ὁ σήμερον, ἀλλ' ὡς αὐτὸς καθ' αὐτὸν θυσίαν τελῶν. Πῶς οὖν ὁ Ἀπόστολος λέγει, *ταῖς αὐταῖς θυσίαις;* Αἱ αὐταὶ

B μὲν οὖν ἦσαν θυσίαι, καθὸ τὰ αὐτὰ εἶδη προσήγοντο, οἷον ἀμνὸς σήμερον, καὶ αὔριον ἀμνός· ἑτέραι δὲ τῷ ἀριθμῷ. Τινὲς δὲ τὰς αὐτὰς μὲν εἶναι ταύτας τῷ τρόπῳ τῆς προσαγωγῆς εἶπον· τουτέστιν, ἢ διὰ σφαγῆς, ἢ διὰ ὁλοκαυτώσεως γίνεσθαι προστατ:ομένας· τῷ δὲ εἴδει, ἑτέρας· οἷον πρόβατα, βόας, τρυγόνας, περιστεράς. Τὸ δὲ *δύνανται*, εἰ καὶ τὰ ἀντίγραφα ἔχουσι μετὰ τοῦ, ν, ἀλλ' ὅμως εὗρον παραγραφὴν χωρὶς τοῦ, ν, τοῦτο γράφειν ἀξιοῦσαν· Σκιὰν γὰρ ἔχων, φησὶν, ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐδέποτε *δύναται* τοὺς προστερχομένους τελειῶσαι. Καὶ ἀληθῶς γε, ὅσον κατὰ τὸ τῆς γραμματικῆς ἀκριβείας ἀκόλουθον, οὕτω δεῖ ἔχειν τὴν

C Γραφὴν, ἵνα μὴ σολοικισμὸς ἀνακύψῃ. Ἐπειδὴ δὲ τῇ Γραφῇ τεχνολογιῶν οὐδεὶς λόγος, καὶ οὕτως αὐτὸ νοήσωμεν ὡς τὰ ἀντίγραφα ἔχουσιν· Οὐδέποτε γὰρ *δύνανται*, οἱ προσφέροντες δηλαδὴ, τελειῶσαι τοὺς προσερχομένους.

Vers. 2. *Alioqui non cessassent offerri, quod nullam haberent ultra conscientiam peccatorum, cultores semel purgati.* Per interrogationem lege. Si enim peccata removissent, nonne etiam hostiæ desiissent offerri, quippe iis abunde satis adjutis, **720** qui earum commoditate indigerent, neque ullam porro peccati conscientiam haberent? hoc est, nihil sibi conscii alicujus rei, quæ cura opus habeat, propterea quod sint sanati, purgati semel.

*Ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐπαύσαντο προσφερόμεναι, διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν τοὺς λατρεύοντας, ἅπαξ κεκαθαρμένους.* Κατ' ἐρώτησιν ἀνάγνωθι. Εἰ γὰρ ἔπαυον, φησὶν, ἁμαρτίαι, οὐ μὴ ἐπαύσαντο καὶ αὗται προσφερόμεναι, ἅτε τῶν δεομένων τῆς αὐτῶν ὠφελείας ἱκανῶς ὠφεληθέντων, καὶ μηδεμίαν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν ἐχόντων; τουτέστι, μηδὲν ἔτι συνειδότων ἑαυτοῖς ἄξιον θεραπείας, διὰ τὸ θεραπεύεσθαι ἅπαξ καθαρθέντας.

Vers. 3. *Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit.* Nihil aliud, inquit, efficiunt victimæ, quam quod peccatorum tantum commemorationem faciant, hoc est, indicium. Non enim remissionem præstant, sed per assiduam istam oblationem [demonstrant populi peccata non esse remissa. Si enim remissa essent peccata, quid opus erat sacrificiis? *Commemorationem* autem dicens, dedit tibi intelligere quod victimæ istæ non ob futura peccata perficiebantur, verum ob præterita, ut quæ non essent condonata videlicet. Per singulos enim annos, ut ita dicam, vituli sanguis pro po-

D *Ἀλλ' ἐν αὐταῖς ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν κατ' ἐνιαυτόν.* Οὐδὲν ἄλλο, φησὶ, κατορθοῦσιν αἱ θυσίαι, εἰ μὴ μόνον ἀνάμνησιν ἁμαρτιῶν, τουτέστιν, ἔλεγχον. Οὐ γὰρ ἄφεσιν παρέχουσιν, ἀλλ' ἀποδεικνύουσι διὰ τοῦ ἀεὶ προσφέρεσθαι, ὅτι ἄλυτοί εἰσιν αἱ ἁμαρτίαι τοῦ λαοῦ. Εἰ γὰρ ἐλύθησαν αἱ ἁμαρτίαι, τί ἔδει θυσιῶν; Ἀνάμνησιν δὲ εἰπὼν, δέδωκέ σοι νοεῖν, ὅτι αἱ θυσίαι οὐκ ἐπὶ ἁμαρτίαις ἐπιγινομέναις [27] ἐτελοῦντο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ταῖς προγεγονυίαις, ὡς μὴ ἀφεθείσαις δηλονότι. Κατ' ἐνιαυτὸν γὰρ, φέρε εἰπεῖν, προσήγετο ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τὸ αἷμα τοῦ μόσχου. Ἆρα οὖν ὡς τῶν αὐτῶν ἁμαρτιῶν οὐσῶν, ἡ αὐτὴ θυσία

Variæ lectiones.

[26] αἷμα o. [27] ἐπαγομέναις o.

Digitized by Google

τροσήγετο. Οὐδέ που δὲ αἱ ἐπιγεγονυῖαι ἁμαρτίαι αἱ αὐταὶ ἦσαν ταῖς προγεγονυίαις. Ἀλλὰ πρόδηλον ὅτι ἄλυτοι αἱ πρότεραι ἐκεῖναι ἔμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἀεὶ ἡ αὐτὴ θυσία· ὥσπερ καὶ φάρμακον προσαγόμενον ἀεὶ τὸ αὐτό, δηλοῖ τὴν αὐτὴν νόσον ἀεὶ ἐνοχλεῖν τῷ κάμνοντι.

A pulo offerebatur. Ergo quasi eadem peccata essent, idem sacrum offerebatur. Nequaquam autem sequentia peccata eadem erant cum præcedentibus. Itaque perspicuum est quod præterita scelera non dimissa permanebant, eamque ob causam idem semper sacrificium : quemadmodum pharmacum quod semper idem admovetur, significat eamdem assiduo ægritudinem perturbare laborantem.

*Ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας.* Βεβαιότερον ποιεῖ τὸν λόγον ἀπὸ τῆς εὐτελείας τῶν προσαγομένων, καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ νοσήματος. Ὥσπερ ἂν εἴ τις ἔμπειρος ἰατρικῆς, ὁρῶν ἐλεφαντιῶντι προσαγομένην τὴν λινόζωστιν καλουμένην βοτάνην, εἴποι, Ἀδύνατον ἐλέφαντος ἀπαλλάξαι λινόζωστιν.

Vers. 4. *Impossibile est enim sanguine hircorum vel taurorum auferri peccata.* Firmiorem facit rationem suam a vilitate rerum quæ offerebantur, et a magnitudine morbi. Quemadmodum si quis artis medicæ peritus, ei qui elephantiasi laborat, herbam Mercurialem dictam adhiberi videns, diceret, Impossibile est, ut herba Mercurialis ab elephantiasi liberet.

B

*Διὸ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον λέγει.* Ὁ Χριστὸς εἰς τὸν κόσμον εἰσερχόμενος ἐν σώματι, λέγει διὰ τοῦ Δαβίδ. Ὁ δὲ σκοπὸς τῷ Ἀποστόλῳ ἐνταῦθα τοιοῦτος· Ἐπειδὴ ἔδειξεν ἀσθενεῖς καὶ ἀνωφελεῖς τὰς θυσίας, ἵνα μή τις εἴποι αὐτῷ· Πῶς οὖν ἔτι ἐπιτελοῦσι ταύτας οἱ Ἰουδαῖοι; ἔτι γὰρ τότε ἵστατο ὁ ναὸς αὐτοῖς, καὶ πάντα ἐτελεῖτο τὰ νόμιμα. πῶς δὲ οὐκ ἐπαύσαντο; τοῦτο νῦν δεικνύει, καί φησιν, ὅτι Ἐπαύσαντο μὲν κατὰ τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι φιλόνεικοι ὄντες, καὶ ἀεὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἀντιπίπτοντες, ἔτι περιέχονται τούτων. Δείκνυσι δὲ καὶ ὅτι πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἀπεβλήθησαν παρὰ τῷ Θεῷ. Καὶ ὅρα ὅτι τοῦτο βούλεται ὁ Ἀπόστολος. Οὐ γὰρ εἶπεν, εἰσελθών, ἀλλ' *εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον*, ἵνα δείξῃ ὅτι καὶ πρὶν εἰσέλθῃ ἐμεμίσητο.

Vers. 5. *Ideo ingrediens mundum, dicit.* Christus in mundum ingressurus in corpore, dicit per Davidem. Scopus autem Apostolo hic est ejusmodi ; Quia demonstravit infirmas et inutiles esse victimas, ne quis ipsi dicat : Quomodo ergo eas Judæi adhuc perficiunt? tum enim templum eis adhuc stabat, omniaque legalia perficiebantur ; quomodo vero non cessarunt? hoc jam indicat, inquiens : Cessarunt quidem quantum ad Dei voluntatem ; Judæi vero utpote contentiosi, et nunquam non Spiritui sancto repugnantes, adhuc in istis occupantur. Ostendit præterea quod ante etiam Domini incarnationem rejectæ fuerint a Deo. Considera autem id Apostolum hic velle. Non enim dixit, ingressus ; sed, *ingrediens in mundum*, ut ostendat quod priusquam ingrederetur in terrarum orbem, ea oderit.

C

*Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας,* Τὰς διὰ τοῦ νόμου διατεταγμένας δηλονότι. Προσφορὰ δὲ παρὰ τὴν θυσίαν ἄλλο τι δηλοῖ ἐνταῦθα, καὶ οἶμαι τὰ ἄνευ αἵματος δηλοῦσθαι διὰ τοῦ ὀνόματος.

*Hostiam et oblationem noluisti.* Per legem videlicet institutas. Oblatio autem ab hostia diversum quiddam hic significat : **721** opinor autem per id vocis significari exanguia sacra.

*Σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι.* Τουτέστι τὸ σῶμά μου κατηρτισμένην καὶ τελείαν θυσίαν ἀφώρισας γενέσθαι.

*Corpus autem aptasti mihi.* Hoc est, corpus meum consummatum et perfectum sacrificium fieri decrevisti.

*Ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας.* Οὔτε ὁλοκαυτώματα εὐδόκησας, τουτέστιν ἠθέλησας, δεκτὰ ἡγήσω, οὔτε τὰ περὶ ἁμαρτίας προσαγόμενα. Διάφορα δὲ ἦσαν ὀνόματα θυσιῶν, κατὰ διαφόρους δηλαδὴ αἰτίας. Τὰ μὲν περὶ ἁμαρτίας, τὰ δὲ πλημμελείας, τὰ δὲ σωτηρίου, τὰ δὲ ἱλασμοῦ, τὰ δὲ εὐχῶν, τὰ δὲ καθαρισμοῦ. Πάντα οὖν ἀνῃρέθησαν, ἐπειδὴ θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας.

Vers. 6. *Holocautomata et pro peccato non placuerunt tibi.* Neque holocautomata placuerunt tibi, hoc est, voluisti, accepta putasti, neque ea quæ pro peccatis offeruntur. Varia autem fuerunt nomina sacrificiorum, juxta varias nimirum causas : alia enim pro peccato, alia pro errore, alia salutis, alia propitiationis, alia votorum, alia purificationis. Omnia igitur sublata sunt, postquam sacrificium et oblationem nolueris.

D

*Τότε εἶπον· Ἰδοὺ ἥκω, ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ, τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεός, τὸ θέλημά σου.* Ὁρᾷς ὅτι αἱ θυσίαι ἐξεβέβληντο [28] καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως; Μετὰ γὰρ τὸ ἀπώσασθαί σε τὰς θυσίας, τότε εἶπον ἐγὼ ὁ Χριστός· *Ἰδοὺ ἥκω ἕνεκεν τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου.* Θέλημα δὲ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς, τὸ τὸν Υἱὸν ὑπὲρ τοῦ

Vers. 7. *Tunc dixi : Ecce venio, in capite libri scriptum est de me, ut faciam, Deus, voluntatem tuam.* Animadvertis hic legis sacrificia etiam ante incarnationem esse rejecta? Cum enim repulisses sacrificia, tum dixi ego Christus : *Ecce venio, ut faciam voluntatem tuam.* Voluntas autem Dei Patris est, quod Filius pro mundo immoletur, et ut homines

Variæ lectiones.

[28] ἐμεμίσητο o.

Digitized by Google

just.ficentur, non in sacrificiis legis, sed in morte Filii sui. *Annuntiavi* enim, inquit, *justitiam tuam in ecclesia magna.* Deinde interponitur : *In capite libri scriptum est de me.* Sic enim syntaxis est ordinanda. Caput autem libri, legis volumen dicit, seu Veteris Testamenti librum. In ista igitur Scriptura proditum est memoriæ de meo adventu, et quomodo sim pro mundo sacrificandus. Vel caput libri, principium Veteris Testamenti librorum dicit. Etenim in primo Mosis volumine, in Genesi, cum dicit : *Faciamus hominem ad imaginem nostram* [34], cognitionem divinitatis Christi statim prædicit ac revelat.

A κόσμου τυθῆναι, καὶ δικαιωθῆναι τοὺς ἀνθρώπους, οὐκ ἐν θυσίαις, ἀλλ' ἐν τῷ θανάτῳ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. *Εὐηγγελισάμην γάρ, φησὶ, δικαιοσύνην ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ.* Εἶτα διὰ μέσου· *Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ·* οὕτω γὰρ δεῖ συντάξαι. Κεφαλὶς δὲ βιβλίου, τὸ εἰλιτάριον [35] τοῦ νόμου, ἤτοι τὸ τῆς παλαιᾶς λέγει βιβλίον. Ἐν οὖν τῇ Γραφῇ ταύτῃ [36] γέγραπται περὶ τῆς ἐμῆς ἐλεύσεως, καὶ τοῦ μέλλειν με τυθῆναι ὑπὲρ τοῦ κόσμου. Ἢ κεφαλὶς βιβλίου, τὴν ἀρχὴν τῶν τῆς παλαιᾶς βιβλίων λέγει [37]. Καὶ γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ Μωϋσέως βιβλίῳ τῷ τῆς Γενέσεως, ὅταν λέγῃ· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν*, τὴν γνῶσιν τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ [38] προανοίγει.

VERS. 8, 9. *Superius dicens : Hostiam et oblationem et holocaustomata et pro peccato noluisti, nec placitæ sunt tibi quæ secundum legem offeruntur, tum dixit : Ecce venio ut faciam, Deus, voluntatem tuam.* Ipse Paulus interpretatur Davidicum dictum. Ambigere autem hic possis : Quid igitur? sacrificia secundum legem, nonne fuerunt voluntas Dei? Voluntas quidem fuerunt ; cæterum duplex est voluntatis significatio. Vult enim quis aliquid primario, ut Paulus, *Volo omnes homines esse ut meipsum* [39], hoc est, cælibes. Vult etiam quispiam quiddam permissu ; ut cum Paulus inquit, *Volo juniores viduas nubere* [40], hæc est voluntas permissoria et indulgens : ne enim libidinentur adversus Christum, propterea obsecundat eis. Hunc ad modum Deus primo et præcipuo scopo non voluit nidores et sanguinem ; quia vero videbat Hebræos dæmonibus sacrum offerre, atque eorum sacrificiis supra modum occupari, obsecundando permisit eis, ut **722** in suum quidem honorem sacrificia offerrent. Quam vero ob causam divus Paulus hoc testimonium protulit, cum haberet innumerata alia? Propter impudentiam Judæorum. Quandoquidem enim illi veterem rempublicam dicerent esse abolitam, non propter imperfectionem ejus, sed propter peccata eorum qui offerrent sacrificia : ac proferrent in medium, quod et Isaias peccata ipsorum reprehendat, dicens : *Manus vestræ sanguine plenæ sunt* [41] ; tum et David ipse, cum dixisset : *Non accipiam ex domo tua vitulos* [42], ac reliqua quæ illic sequuntur, infert : *Peccatori dixit Deus ;* cum igitur hæc loquerentur contentiosiores Hebræi, producit testimonium Paulus, in quo ipsa per sese vetus politia, rejectitia apud Deum reputatur propter imperfectionem ejus, non propter peccata populi. Nusquam enim in trigesimo nono psalmo, ex quo testimonium istud depromptum est, peccatorum populi mentionem fecit Propheta. Quod enim ea de causa memorato testimonio sit usus, audi ipsum :

B Ἀνωτέρω λέγων, ὅτι *Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, καὶ ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἠθέλησας, οὐδὲ εὐδόκησας, αἵτινες κατὰ τὸν νόμον προσφέρονται· τότε εἴρηκεν· Ἰδοὺ ἥκω τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεός, τὸ θέλημά σου.* Αὐτὸς ὁ Παῦλος ἑρμηνεύει τὸ Δαυϊτικὸν ῥητόν. Ζητήσεις δὲ, Τί οὖν; Αἱ κατὰ νόμον θυσίαι οὐκ ἦσαν θέλημα τοῦ Θεοῦ; Θέλημα μέν· ἀλλ' ἡ τοῦ θελήματος σημασία διττή. Θέλει γάρ τις τόδε τι προηγουμένως, ὡς ὁ Παῦλος· *Θέλω πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς ἐμαυτὸν*, τουτέστιν, ἀγάμους. Θέλει τις καὶ συγκαταβατικῶς, ὡς ὁ αὐτὸς Παῦλος. *Βούλομαι νεωτέρας χήρας γαμεῖν·* τοῦτο συγκαταβατικὸν θέλημα. Ἵνα γὰρ μὴ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, διὰ τοῦτο συγκατέβη. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς προηγουμένως μὲν οὐκ ἤθελε κνίσσας καὶ αἵματα. Ἐπειδὴ δὲ C ἐώρα, ὡς οἱ Ἑβραῖοι θύοντες δαίμοσι, σφόδρα αὐτῶν δὴ τῶν θυσιῶν περιέχονται, συγκατέβη αὐτοῖς, ἵνα εἰς τιμὴν αὐτῷ τὴν θυσίαν προσάγωσι. Τίνος δὲ ἕνεκεν ὁ Παῦλος ταύτην τὴν μαρτυρίαν προηγαγε, μυρίας ἔχων ἑτέρας; Διὰ τὴν ἀναισχυντίαν τῶν Ἰουδαίων. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι ἔλεγον, ὅτι ἡ παλαιὰ καταλέλυται πολιτεία, οὐ διὰ τὸ ἀτελὲς αὐτῆς, ἀλλὰ διὰ τὰς ἁμαρτίας τῶν προσφερόντων τὰς θυσίας· καὶ προέφερον ὅτι καὶ Ἡσαΐας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αἰτιᾶται λέγων· *Αἱ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις·* καὶ ὁ Δαβὶδ δὲ αὐτὸς, μετὰ τὸ εἰπεῖν, *Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἐπάγει· *Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός.* Ἐπεὶ οὖν ταῦτα ἔλεγον οἱ φιλονεικότεροι τῶν Ἑβραίων, παράγει D μαρτυρίαν ὁ Παῦλος, ἐν ᾗ αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ παλαιὰ πολιτεία ἀπόβλητος λογίζεται τῷ Θεῷ διὰ τὸ αὐτῆς ἀτελὲς, οὐ διὰ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ. Οὐδαμοῦ γὰρ ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἐννάτῳ ψαλμῷ, ἐξ οὗ ἡ μαρτυρία αὕτη, ἁμαρτιῶν λαοῦ μέμνηται ὁ Προφήτης. Ὅτι γὰρ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐχρήσατο τῇ ῥηθείσῃ μαρτυρίᾳ, ἄκουε αὐτοῦ·

*Aufert primum, ut secundum statuat.* Quale est *primum hoc?* sacrificia. Quale *secundum?* Voluntas

Ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον, ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ. Ποῖόν ἐστι τὸ πρῶτον; Αἱ θυσίαι. Ποῖον τὸ δεύτερον;

[34] Gen. I, 26. [35] I Cor. VII, 7. [36] I Timoth. V, 14. [37] Isa. II, 15. [38] Psal. XLIX, 6.

## Variæ lectiones.

[35] εἰλικτάριον o. εἰλητήριον m. [36] πάσῃ o. [37] ἤτοι γένεσιν, ἐν ᾗ ἀναγέγραπται τὰ κατὰ τὸν Ἰσαάκ, ὃς τύπος ἦν τοῦ Χριστοῦ υ. [38] αὐτοῦ o

Τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, τουτέστιν ἡ διὰ σταυροῦ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ θυσία. Ἐκβάλλονται οὖν ἐκεῖναι ἵνα σταθῇ [33] καὶ βεβαιωθῇ ἡ διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ σφαγῆς προσφορὰ ἣν ἠθέλησεν ὁ Πατήρ. Ὥστε οὐ διὰ τὰς ἁμαρτίας τῶν προσφερόντων ἐκβέβληνται αἱ θυσίαι, ἀλλὰ διὰ τὸ αὐτῶν ἀτελές.

A Patris, hoc est, per crucem corporis Christi sacrificium. Ejiciantur itaque illa, ut statuatur et confirmetur per Christi cædem oblatio quam voluit Pater. Quocirca non ob peccata offerentium rejecta sunt sacrificia, sed propter suam ipsorum imperfectionem.

*Ἐν ᾧ θελήματι ἡγιασμένοι ἐσμὲν, οἱ διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐφάπαξ.* Ἐν ᾧ θελήματι, φησὶ, τοῦ Πατρὸς ἡγιάσθημεν, οἱ διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ τῆς ἐφάπαξ γενομένης, ἁγιασθέντες· τοῦτο γὰρ ἔξωθεν προσυπακουστέον. Οἱ γὰρ πιστεύσαντες ἁγιασθῆναι διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ Μονογενοῦς, ἐν τῷ θελήματι τοῦ Πατρὸς ἡγιάσθημεν. Ὥστε οὐ τὰ νομικὰ θελήματα τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἡ κατὰ Χριστὸν προσφορὰ, καὶ ὁ διὰ ταύτης ἁγιασμός.

Vers. 10. *In qua voluntate sanctificati sumus, qui per oblationem corporis Christi semel.* In qua voluntate Patris sanctificati sumus, qui per oblationem corporis Christi semel factam sanctificati sumus; hoc enim subaudiendum est. Nos enim qui credidimus nos esse sanctificatos per oblationem Unigeniti, in voluntate Patris sanctificati sumus. Proinde legalia non sunt voluntas Dei, sed oblatio Christi, et quæ per hanc est sanctificatio.

B

*Καὶ πᾶς μὲν ἱερεὺς ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν, καὶ τὰς αὐτὰς πολλάκις προσφέρων θυσίας, αἵτινες οὐδέποτε δύνανται περιελεῖν ἁμαρτίας.* Ἆρα τὸ ἑστάναι, τοῦ λειτουργεῖν σημεῖόν ἐστι· τὸ δὲ καθίσαι, ὥσπερ καὶ ὁ Χριστὸς, τοῦ λειτουργεῖσθαι.

Vers. 11. *Et omnis quidem sacerdos stat quotidie ministrans, et easdem sæpe offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata.* Stare igitur signum servitutis est: sedere autem, perinde ut Christus, signum dominatus cui ministerium exhibetur.

*Αὐτὸς δὲ μίαν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσενέγκας θυσίαν εἰς τὸ διηνεκές.* Αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς μίαν, φησὶ, προσήνεγκε θυσίαν τὸ ἑαυτοῦ σῶμα, ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν, εἰς τὸ διηνεκὲς ἀρκοῦσι ἡμῖν, ὥστε μὴ δευτέρας δεηθῆναι.

Vers. 12. *Ipse autem una pro peccatis oblata hostia in perpetuum.* Ipse autem Christus unam, inquit, obtulit hostiam, nempe corpus suum, pro peccatis nostris, in perpetuum nobis sufficientem, ut secunda non indigeamus.

*Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός* [34]. *Τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος, ἕως τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.* Ὥστε οὐκ ἔστι μόνον Ἀρχιερεὺς, ἀλλὰ καὶ Θεός. Μετὰ γοῦν τὸ πληρῶσαι τὸ ἔργον, δι' ὃ καὶ Ἀρχιερεὺς ᾠκονόμησε χρηματίσαι, ἐκάθισε λοιπὸν ὡς Θεὸς, καὶ ἐκδέχεται ἵνα τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ἐχθροὶ δὲ τούτου, καὶ πάντες μὲν οἱ ἄπιστοι καὶ οἱ δαίμονες, εἰ καὶ αὐτοὶ ὑποταγήσονται· τουτέστιν ἀνενέργητος ἡ κακία αὐτῶν μένει τῷ ἀσβέστῳ πυρὶ παραδεδομένων. Τέως δὲ νῦν ὁ Παῦλος ἐξαιρέτως ἐχθροὺς λέγει τοὺς ἀπίστους Ἑβραίους, παραμυθούμενος τοὺς ἐξ Ἰουδαίων πιστοὺς, μυρία δεινὰ παθόντας παρ' αὐτῶν. Μὴ γὰρ μικροψυχεῖτε, φησὶν, ὑποταγήσονται, μᾶλλον δὲ τὸ μεῖζον, καταπατηθήσονται οἱ νῦν ὑμῶν κατεπανιστάμενοι. Καὶ τοῦτο δῆλον ἀπὸ τοῦ καθίσαι τὸν Χριστὸν ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρός. Ἐπεὶ γὰρ τοῦτο γέγονε, κἀκεῖνο γενήσεται, κατὰ τὸ ἐν Ψαλμοῖς εἰρημένον. Πῶς οὖν οὐκ ἐτέθησαν εὐθέως ὑπὸ τοὺς πόδας, τουτέστιν, οὐκ ἐκ μέσου ἐγένοντο; Διὰ τοὺς μέλλοντας ἐξ αὐτῶν τίκτεσθαι πιστούς.

Vers. 13. *Sedet in dextera Patris. De cætero expectans donec ponantur inimici ejus scabellum pedum ejus.* Itaque non est **723** tantum Pontifex, sed Deus etiam. Completo namque opere, propter quod et Pontifex divina quædam providentia est appellatus, sedet deinceps ut Deus, et exspectat ut ponantur hostes ejus subter pedes ejus. Hostes autem hujus sunt et omnes infideles, et dæmones, qui et ipsi subjicientur: hoc est, inefficax eorum malitia manebit, quippe qui inexstinguibili igni tradentur. Interim autem Paulus præcipue hostes dicit infideles Hebræos, consolationem præbens iis qui ex Judæis Christo nomen dederant, atque innumerata mala ab illis paterentur. Ne sitis pusillanimes, inquit. Subjicientur, imo quod majus est, pedibus proterentur, qui nunc insurgunt adversum vos. Atque hoc inde liquet, quod Christus a dextris Patris sedeat. Postquam enim hoc factum est, et illud continget, juxta illud quod in Psalmis dictum est. Quomodo igitur non statim positi sunt sub pedes, hoc est, sublati ex medio? Propter fideles qui ex ipsis procreandi erant.

C

D

*Μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους.* Τελείως, φησὶν, ἁμαρτιῶν ἀπήλλαξε τοὺς ἁγιαζομένους καὶ χριομένους τῷ αἵματι αὐτοῦ, διὰ τοῦ βαπτισθῆναι εἰς τὸν θάνατον. Πάντας γὰρ οἱ βαπτιζόμενοι, σύμφυτοι γενόμενοι τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, δῆλον ὡς τῷ αἵματι αὐτοῦ ἁγιάζονται.

Vers. 14. *Una enim oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos.* Perfecte, inquit, a peccatis liberavit sanctificatos, et a sanguine ipsius perunctos, eo quod baptizati sint in mortem ejus. Omnes enim qui baptizantur, cum simul fiant insiti similitudini mortis ejus, perspicuum est quod in sanguine ipsius sanctificantur.

## Variæ lectiones.

[33] σταθμηθῇ o. [34] Θεοῦ o.

Digitized by Google

VERS. 15. *Contestatur autem nos et Spiritus sanctus.* Quid contestatur? quod perfecte nos liberaverit a peccatis per unam oblationem, ut non opus habeamus secunda.

VERS. 16, 17. *Postquam enim dixit: Hoc est Testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus, dans leges meas in corda ipsorum, et in mentes eorum inscribam eas: Et peccatorum eorum et iniquitatum eorum non recordabor amplius.* Observas testari Deum, quod peccatorum remissionem dederit? Tunc autem dedit, quando Novum Testamentum dabat. Novum autem Testamentum per mortem Filii sui tum dedit, tum stabilivit, sicut antea demonstratum est.

VERS. 18. *Ubi autem horum remissio, jam non est oblatio pro peccato.* Si enim peccatorum remissio data est per unam hostiam, quid posthac opus est altera hostia? Demonstratum est itaque quod per unam oblationem Christi consummati simus, peccatorum remissione accepta, neque porro indigeamus alia hostia. Judaicæ itaque oblationes supervacaneæ sunt, et per contentionem peraguntur, utpote quæ ab iis a quibus peraguntur, olim inutiles fuisse coarguerentur.

VERS. 19. *Habentes igitur, fratres, fiduciam.* Pontificis nostri qua veteres exsuperat, **724** ac Testamenti ad Testamentum, oblationis ad oblationem excellentia demonstrata, atque etiam oblationis Christi ad legales hostias, quodque per ipsam a peccatis liberati simus, desistit jam a dogmatica hujusmodi oratione, auditorem respirare permittens. Ad moralem autem transit admodum opportune. Cum enim proxime mentionem fecisset remissionis peccatorum, adhortatur deinceps ne in eadem relabamur, inquiens: Habentes igitur fiduciam ex hoc quod nobis dimissa sint peccata. Ut enim scelus admissum, pudorem incutit ac facit.

*Ad introitum sanctorum.* Etenim dimissis nobis sceleribus, fiduciam habemus ut introeamus in Sancta, hoc est, in cœlum.

*In sanguine Jesu.* Hoc est, per sanguinem. Per crucem enim et sanguinem Christi noxæ condonatione donati, fiduciam accepimus.

VERS. 20. *Quam initiavit nobis viam recentem et viventem.* Ad quem introitum sanctorum ipse nobis viam initiavit, hoc est, novam viam fecit, ut qui hanc primus orsus sit, adeoque primus iverit. *Recentem* porro pro nova dixit, et quæ nostris temporibus apparuerit. Hæc autem nobis est gloriatio, quod quibus Abraham non est dignatus, nos iis dignati sumus, nunc que nobis cœlum est apertum. *Viventem* autem, quod prima via mortifera erat, ad sancta videlicet legis ducens. Illa enim amplius

A *Μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.* Τί μαρτυρεῖ; ὅτι τελείως ἡμᾶς ἁμαρτιῶν ἀπήλλαξε διὰ τῆς μιᾶς προσφορᾶς, ὥστε μὴ δεηθῆναι δευτέρας.

*Μετὰ γὰρ τὸ εἰρηκέναι· Αὕτη ἡ διαθήκη ἣν διαθήσομαι πρὸς αὐτοὺς μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, λέγει Κύριος, διδοὺς νόμους μου ἐπὶ καρδίας αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῶν διανοιῶν αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. Καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι.* Ὁρᾷς ὅτι μαρτυρεῖ ὁ Θεὸς, ὡς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἔδωκεν; Τότε δὲ δέδωκεν, ὅτε τὴν Νέαν Διαθήκην ἐδίδου. Τὴν δὲ Νέαν Διαθήκην διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ καὶ δέδωκε καὶ ἐβεβαίωσεν, ὡς προαποδέδεικται.

B *Ὅπου δὲ ἄφεσις τούτων, οὐκέτι προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας.* Εἰ γὰρ ἐδόθη ἄφεσις ἁμαρτιῶν διὰ τῆς μιᾶς θυσίας, εἰσέτι λοιπὸν τίς χρεία θυσίας δευτέρας; Ὥστε ἀποδέδεικται, ὅτι διὰ τῆς μιᾶς προσφορᾶς τοῦ Χριστοῦ ἐτελειώθημεν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβόντες, καὶ οὐκέτι δεόμεθα ἑτέρας θυσίας. Περιττὰι ἄρα αἱ Ἰουδαϊκαὶ, καὶ κατὰ φιλονεικίαν τελούμεναι, νῦν παρ' ὧν τελοῦνται πάλαι ἀχρηστίαν καταγνωσθεῖσαι.

*Ἔχοντες οὖν, ἀδελφοὶ, παῤῥησίαν.* Ἐπειδὴ ἔδειξε τὴν ὑπεροχὴν τοῦ Ἀρχιερέως ἡμῶν πρὸς τὴν Διαθήκην, καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ προσφορᾶς πρὸς τὰς νομικὰς θυσίας, καὶ ὅτι δι' αὐτῆς ἀπηλλάγημεν τῶν ἁμαρτιῶν, ἀναπαύει μὲν τὸν δογματικὸν λόγον, C διδοὺς ἀναπνεῦσαι τῷ ἀκροατῇ· εἰς τὸν ἠθικὸν δὲ μεταβαίνει εὐκαιρότατα. Προσεχῶς γὰρ μνησθεὶς τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, λοιπὸν παραινεῖ, ὥστε μηκέτι τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν· Ἔχοντες οὖν, φησὶ, παῤῥησίαν ἐκ τοῦ ἀφεθῆναι ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἁμαρτία αἰσχύνην ἐμποιεῖ, καὶ τὸ ἀπαῤῥησίαστον· οὕτως ἡ ἄφεσις θαῤῥεῖν δίδωσιν. fiduciam aufert: sic dimissio noxæ confidere

*Εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων.* Καὶ γὰρ ἐπειδὴ ἀφείθησαν ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα, παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸ εἰσέρχεσθαι εἰς τὰ Ἅγια, τουτέστιν εἰς τὸν οὐρανόν.

D *Ἐν τῷ αἵματι Ἰησοῦ.* Τουτέστι διὰ τοῦ αἵματος. Διὰ γὰρ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ τῆς ἀφέσεως ἀξιωθέντες, τὴν παῤῥησίαν ἐλάβομεν.

*Ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν.* Ἥντινα εἴσοδον τῶν ἁγίων αὐτὸς ἡμῖν ὁδὸν ἐνεκαίνισε, τουτέστι νέαν ὁδὸν ἐποίησεν [38], αὐτὸς ταύτης ἀρξάμενος, καὶ αὐτὸς ταύτην βαδίσας πρῶτος. *Πρόσφατον* δὲ, ἀντὶ τοῦ, νέαν, καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων φανεῖσαν. Καύχημα δὲ ἡμῖν τοῦτο, ὅτι ὧν Ἀβραὰμ οὐκ ἠξιώθη, τούτων ἡμεῖς ἠξιώθημεν, καὶ νῦν ἠνοίχθη ἡμῖν ὁ οὐρανός. *Ζῶσαν* δὲ, διότι ἡ πρώτη ὁδὸς θανατηφόρος ἦν, ἡ εἰς τὰ νομικὰ δηλαδὴ Ἅγια. Οὐκέτι γὰρ χώραν ἔχει ἐκείνη, ἀλλὰ

Variæ lectiones.

[38] ἐνεποίησεν o.

Digitized by Google

τοῖς αὐτὴν παραδεχομένοις θανάτου αἰτία καθίστατο. Αὕτη δὲ τοσοῦτον εἰς ζωὴν φέρει, ὅτι καὶ αὐτὴ ζῇ καὶ διαιωνίζει. Ἢ τὸ, *ζῶσαν*, ὁμοίως νόησον τῷ, πρόσφατον, ἀντὶ τοῦ, νέαν καὶ θάλλουσαν, ὡς πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς εἰς τὰ παλαιὰ ἅγια εἰσόδου· ἐκείνη γὰρ νενέκρωται.

A locum non habet, sed suscipientibus ipsam mortis causa exstitit. Hæc autem adeo ad vitam ducit, ut et ipsa vivat et æterna sit. Vel, *virentem*, perinde intellige atque recentem, pro viva et florente, ad discrimen introitus ad vetera sancta : mortuus enim ille est.

*Διὰ τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ.* Ἐνεκαίνισον ἡμῖν τὴν ὁδὸν ταύτην τὴν εἰς οὐρανὸν, διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ· ὅτε γὰρ ἤρθη ἐν τῷ σταυρῷ αὕτη, καὶ ἀνελήφθη, τότε ἀπεκάλυψεν ἡμῖν τὰ οὐράνια. Διὸ καὶ εὐκαίρως καταπέτασμα αὐτὴν ἐκάλεσε. Τοῦτο γὰρ ἴδιον τοῦ καταπετάσματος, τὸ, ὅταν ἀρθῇ, ἀνακαλύπτειν τὰ ἔνδον.

*Per velamen, hoc est carnem suam.* Initiavit nobis viam hanc ad cœlos ducentem, per carnem suam. Quando enim in crucem caro sublata erat, et in cœlum recepta, tum revelavit nobis cœlestia. Propterea et opportune velamen eam appellavit. Istud enim proprium est velamenti, ut cum remotum fuerit, revelet quæ sint intus.

*Καὶ ἱερέα μέγαν, ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ.* Ἔχοντες δηλαδὴ ἱερέα μὲν τὸν Χριστὸν, οἶκον δὲ, ἡμᾶς τοὺς πιστοὺς, κατὰ τό· *Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω.* Ἢ ὅπερ οἶμαι μᾶλλον, τὸν οὐρανόν· ἐκεῖνον γὰρ καὶ Ἅγια καλεῖ, καὶ ἐν ἐκείνῳ λειτουργεῖν τὸν Ἀρχιερέα λέγει, ὑπὲρ ἡμῶν ἐντυγχάνοντα.

B

Vers. 21. *Et sacerdotem magnum super domum Dei.* Habentes videlicet sacerdotem quidem Christum ; domum vero, nos fideles, juxta illud : *Inhabitabo in ipsis, et inambulabo in eis.* Vel, quod reor esse potius, cœlum : illud enim et sancta appellat, et in eo Pontificem ministrare dicit, pro nobis videlicet intercedendo.

*Προσερχώμεθα.* Τίνι ; τῇ πίστει, καὶ τῇ πνευματικῇ λατρείᾳ· ἢ τῷ οὐρανῷ, ἔνθα ὁ Ἀρχιερεὺς ἡμῶν.

Vers. 22. *Accedamus.* Ad quid ? Ad fidem et spiritualem cultum : vel ad cœlum, ubi noster est Pontifex.

*Μετὰ ἀληθινῆς καρδίας.* Τουτέστιν ἀδόλου, ἀνυποκρίτου πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, ἢ ἀδιστάκτου, μηδὲν ἀμφιβαλλούσης, μηδὲν ἐνδοιαζούσης περὶ τῶν μελλόντων, καὶ διὰ τοῦτο μικροψυχούσης. Ἐπάγει οὖν·

**725** *Cum vero corde.* Hoc est, experte doli, non fucato erga fratres, vel nihil hæsitante, nihil ambigente, nihil dubitante de futuris, ac propterea in pusillanimitatem recidente. Infertur :

*Ἐν πληροφορίᾳ πίστεως.* Διδάσκει ἡμᾶς πῶς οὐ μικροψυχήσομεν, ἐὰν πληροφορίαν ἔχωμεν πίστεως, τουτέστι, πίστιν ἀπηρτισμένην καὶ τελειοτάτην. Ἔστι γὰρ πιστεύειν μὲν, οὐκ ἐν πληροφορίᾳ δέ. Ὅσπερ τινὲς λέγουσιν, ὅτι ἐνίων μὲν ἔσται ἀνάστασις, τινῶν δὲ οὐκ ἔσται· τοῦτο οὐκ ἔστι πλήρης πίστις, ἀλλ' ἀτελής. Ἐν πληροφορίᾳ οὖν πίστεως προσερχώμεθα. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδέν ἐστιν ὁρατὸν, οὔτε ὁ ναὸς ὁ οὐρανὸς, οὔτε ὁ ἀρχιερεὺς ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ κέκρυπται, ὥσπερ καὶ τὸ παλαιὸν ὁ ἀρχιερεὺς ἀπεκρύπτετο εἰσελθὼν, διὰ τοῦτο δεῖ πίστεως πεπληρωμένης καὶ ἀδιστάκτου.

C

*In plenitudine fidei.* Docet nos quo pacto non simus desponsuri animum, nempe, si fidei plenitudinem habuerimus, hoc est, fidem consummatam et perfectissimam. Nam fieri potest ut quisquam credat, non tamen in plenitudine : quemadmodum nonnulli dicunt quorumdam futuram resurrectionem, quorumdam vero non futuram. Hæc sane non est plena fides, sed imperfecta. In plenitudine igitur fidei accedamus. Quandoquidem enim nihil oculis nostris subjectum est, neque templum ipsum cœlum, neque pontifex Christus, sed abdita sunt, uti olim pontifex ingressus in sancta occultabatur ; propterea opus est fide perfecta et indubitata.

*Ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς.* Εἰπὼν περὶ πίστεως, δείκνυσι νῦν, ὅτι οὐ πίστις μόνη, ἀλλὰ καὶ βίος ἐνάρετος ζητεῖται. Ἰουδαῖοι μὲν οὖν τὸ σῶμα ἐῤῥαντίζοντο, ἡμεῖς δὲ τὰς καρδίας, ὥστε μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδέναι πονηρόν. Ῥαντισθησόμεθα δὲ αὐτῇ τῇ ἀρετῇ, ἢ καὶ τῇ χάριτι τοῦ Πνεύματος, τοῦ ἀφιέντος ἡμῖν ἐν τῷ λουτρῷ τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἐνισχύσαντος, ὥστε ἐὰν σπουδάσωμεν, μηκέτι τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν.

D

*Aspersi corda a conscientia mala.* Cum de fide locutus esset, nunc ostendit non solam fidem, verum etiam vitam virtutibus ornatam requiri. Judæi quidem corpore conspergebantur, nos vero corde, ut nihil mali nobis conscii simus. Conspergemur autem et ipsa virtute, vel gratia Spiritus, qui remisit nobis in baptismate peccata, et confortavit nos, ut si animum adverterimus, non porro in ea recidamus.

*Καὶ λελουμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ.* Τῷ τοῦ βαπτίσματος· καθαρῷ δὲ, ἢ τῷ καθαροὺς ποιοῦντι, ἢ τῷ μὴ ἔχοντι αἷμα μεμιγνυμένον, ὡς τὸ παλαιὸν τὸ τῆς σποδοῦ. Εἰ τάχα γὰρ ἡ ἐν τῷ λουτρῷ χάρις τοῦ Πνεύματος καὶ ψυχὰς καθαίρει, ὅμως τὸ ὁρατὸν τῷ ὁρατῷ[16] ἐνταῦθα Παῦλος συνέταξεν.

Vers. 23. *Et abluti corpus aqua pura.* Baptismatis scilicet : pura vero, vel quod puros facit, vel quod non habeat admixtum sanguinem, ut olim cinerea illa. Etsi enim gratia Spiritus in baptismate animas purget, visibile tamen hic visibili Paulus conjunxit. Siquidem in ipso usu baptis-

Variæ lectiones.

[16] ἀοράτῳ ο.



Digitized by Google

matis, corporis causa aqua assumitur. Cum enim nos gemini simus, gemina etiam purificatio est.

*Teneamus spei confessionem immotam.* Hoc est, quam professi sumus spem, eam retineamus stabilem. Speravimus enim in principio fidei, quod et ipsi cœlum ingressuri simus : et professi sumus, quando fœdus fidei feriebamus, resurrectionem mortuorum nos credere, et vitam æternam. Hanc igitur confessionem retineamus.

*Fidelis enim est qui promisit.* Vires nobis largitur uti spem firmam teneamus ; nempe, si dignitatem ejus qui promisit, animo perpendamus. Fidelis enim est, hoc est verus, ipse Christus qui dixit : *Ubi ego sum, et minister meus erit.*

Vers. 24. *Et consideremus nos mutuo ad provocationem charitatis et bonorum operum.* Charitatis perfectionem addit. *Consideremus* enim, inquit, *nos mutuo*, hoc est, **726** inspiciamus, si quis virtute insignis, ut hunc imitemur : non ut invideamus ei, sed potius ut incitemur, ut eadem cum ipso opera perficiamus. Provocatio autem hæc charitatis est, non invidiæ. Ut enim ferrum ferro exacuitur : sic anima cum anima commercium habens, ad eadem ipsam incitat, verumtamen in charitate. Vel conversemini mutuo, quo accendamini ut mutuo diligatis et diligamini.

Vers. 25. *Non deserentes collectionem nostram.* Compertum habet, conventum mutuum dilectionem generare : ideo monet eos ne omittant inter sese congregari, neque separationes et conciliabula prava moliantur. *Ubi enim sunt duo vel tres congregati, illic sum in medio eorum* [39]. Quin etiam Ecclesiæ oratio Petrum a vinculis solvit, et a carcere liberavit.

*Sicut consuetudinis est quibusdam.* Hic accusat eos qui ab Ecclesia separantur.

*Sed consolantes vos ipsos.* Hoc est, ut mutuo alter alteri sitis solatio, admonentes vos vicissim, ac docentes, et consolantes, ac levamen malorum impertientes. *Frater enim a fratre adjutus, quasi civitas firma* [40].

*Ac tanto magis, quanto videtis appropinquantem diem.* Consummationis nimirum. Propediem enim separabimur a mundo hoc, quare ergo nos ipsos alter ab altero dissociamus ? Id vero consolationi eis erat, tentationibus nempe defatigatis, perinde ac alio in loco dicit : *Dominus prope est, nihil sitis solliciti.*

Vers. 26. *Voluntarie enim peccantibus nobis.* Adhortatus est ab his quæ utiliora erant, nempe quod fiduciam habemus, quod peccatorum condonatione donati sumus : nunc a tristioribus terrorem incutit. Observa autem quam propensus est ad ve-

A Ἐπεὶ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ χρείᾳ τοῦ βαπτίσματος, τοῦ σώματος ἕνεκα παραλαμβάνεται τὸ ὕδωρ. Διττῶν γὰρ ὄντων ἡμῶν, διττὴ καὶ ἡ κάθαρσις.

*Κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ.* Τουτέστι, τὴν ὁμολογηθεῖσαν ἡμῖν ἐλπίδα, κατέχωμεν αὐτὴν βεβαίαν. Ἠλπίσαμεν γὰρ ἐν ἀρχῇ τῆς πίστεως, ὅτι καὶ αὐτοὶ εἰς τὸν οὐρανὸν εἰσελευσόμεθα· καὶ ὡμολογήσαμεν ὅτε τὰς συνθήκας τῆς πίστεως ἐποιούμεθα, εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν πιστεύειν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ταύτην τοίνυν τὴν ὁμολογίαν κατέχωμεν.

*Πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος.* Δίδωσιν ἰσχὺν πῶς καθεξόμεν τὴν ἐλπίδα βεβαίαν· ἐὰν ἐννοήσωμεν τὸ ἀξιόπιστον τοῦ ἐπαγγειλαμένου. Πιστὸς γάρ, τουτέστιν ἀληθής, ὁ Χριστὸς ὁ εἰπών· *Ὅτι ὅπου* B *εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται.*

*Καὶ κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων.* Τὸ τέλειον [37] προστίθησι τῆς ἀγάπης. Κατανοῶμεν γάρ, φησὶν, ἀλλήλους· τουτέστιν, ἐπισκοπῶμεν εἴ τις ἐνάρετος, ἵνα τοῦτον μιμώμεθα· οὐχ ἵνα φθονῶμεν, ἀλλ' ἵνα παροξυνώμεθα μᾶλλον εἰς τὸ τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ καλὰ ἔργα ποιεῖν. Ὁ δὲ παροξυσμὸς οὗτος ἀγάπης ἐστὶν, οὐχὶ φθόνου [38]. Ὥσπερ γὰρ σίδηρος σίδηρον ὀξύνει, οὕτω καὶ ψυχὴ πρὸς ψυχὴν ὁμιλοῦσα, παροξύνει αὐτὴν εἰς τὰ αὐτὰ, πλὴν ἐν ἀγάπῃ. Ἢ καὶ ὅτι σύνεσθε ἀλλήλοις, ὥστε ἐκθερμαίνεσθαι εἰς τὸ ἀγαπᾷν καὶ ἀγαπᾶσθαι.

*Μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν.* Οἶδεν ὅτι τὸ συνέρχεσθαι ἀλλήλοις τὴν ἀγάπην C γεννᾷ, διὸ παραινεῖ μὴ ἐγκαταλείπειν τὸ ἐπισυνάγεσθαι, μηδὲ χωρισμοὺς καὶ παρασυναγωγὰς ἐπιτηδεύειν. *Ὅπου γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.* Καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἡ προσευχὴ καὶ Πέτρον ἔλυσε τῶν δεσμῶν, καὶ τῆς φυλακῆς ἀπέλυσε.

*Καθὼς ἔθος τισίν.* Ἐνταῦθα μέμφεται τοῖς χωριζομένοις.

*Ἀλλὰ παρακαλοῦντες ἑαυτούς.* Τουτέστιν, ἀλλήλοις ὄντες εἰς παραμυθίαν, καὶ εἷς τὸν ἕνα νουθετοῦντες, καὶ διδάσκοντες, καὶ παρηγοροῦντες. *Ἀδελφὸς γὰρ ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρά.*

*Καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ βλέπετε ἐγγίζουσαν* D *τὴν ἡμέραν.* Τὴν τῆς συντελείας. Ὅσον γὰρ οὔπω, φησὶ, χωριζόμεθα τοῦ κόσμου τούτου, τί ἑαυτοὺς ἀλλήλων χωρίζομεν; Τοῦτο δὲ παραμυθία ἦν αὐτοῖς, ἀπειρηκόσιν ὑπὸ τῶν πειρασμῶν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· *Ὁ Κύριος ἐγγὺς, μηδὲν μεριμνᾶτε.*

*Ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν.* Προετρέψατο ἀπὸ τῶν χρηστοτέρων, ὅτι παῤῥησίαν ἔχομεν, ὅτι ἀφέσεως ἠξιώθημεν· νῦν καὶ ἀπὸ τῶν σκυθρωποτέρων φοβεῖ. Ὅρα δὲ πῶς ἐστι συγγνωμικός. *Ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων*, φησὶν· ὡς ἐὰν

[39] Matth. xviii, 20. [40] Prov. xviii, 19.

Variæ lectiones.

[37] Ισ. τέλος ο. [38] ἀφθόνου ο.

Digitized by Google

ἀκουσίως, ἐστί τι; μετρία συγγνώμη. Ὅρα δὲ πῶς οὐκ εἶπεν, ἁμαρτόντων, ἀλλ', ἁμαρτανόντων, τουτέστιν, ἐμενόντων τῇ ἁμαρτίᾳ ἀμετανοήτως. Ὡς ἐάν γε μὴ ἐπιμμένωμεν, ἀλλὰ μετάνοιαν ἐνδειξώμεθα, ἔστι συγγνώμη. Ποῦ οὖν οἱ τὴν μετάνοιαν ἀναιρεῖσθαι ἐνταῦθα λέγοντες;

A niam dandam. Ait enim, *voluntarie peccantibus*; adeo ut invito peccantibus facilis parata est venia. Considera autem, quod non dixit, Iis qui peccarunt, sed, *peccantibus*, hoc est, in peccato sine resipiscentia permanentibus. Nam si non permanemus, sed pœnitentiæ specimen exhibuerimus, veniæ certe locus erit. Ubi sunt igitur qui hic pœnitentiam tolli clamant?

*Μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας.* Ἡ τοῦ Χριστοῦ, ἢ πάντων τῶν δογμάτων.

*Post acceptam notitiam veritatis.* Vel Christi, vel omnium dogmatum.

*Οὐκέτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία.* Οὐ τὴν μετάνοιαν ἀναιρῶν λέγει ταῦτα, ὥς τινες παρενόησαν[39], ἀλλὰ δείκνυσιν, ὅτι οὐκ ἔστι δεύτερον βάπτισμα· διὸ οὐδὲ δεύτερος θάνατος τοῦ Χριστοῦ. Θυσίαν γὰρ τοῦτον καλεῖ, ὡς καὶ ἐν τοῖς κατόπιν. Μιᾷ γὰρ θυσίᾳ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκές· τὸ γὰρ βάπτισμα ἡμῶν τὸν θάνατον εἰκονίζει τοῦ Χριστοῦ. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖνος εἷς, οὕτω καὶ τοῦτο ἕν. Τί τοίνυν ἁμαρτάνεις οὕτως ἀδεῶς, μὴ οὔσης ἐλπίδος ὅτι διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀταλαιπώρως ἀπαλείψῃς τὰ ἁμαρτήματα; Καλῶν οὖν ἔργων ἀντιποιοῦ.

B *Jam non relinquitur pro peccatis hostia.* Non ut pœnitentiam auferat, hæc dicit, ut quidam perperam intellexerunt: sed ostendit non esse locum secundo baptismati, ideoque nec secundæ morti Christi. Hostiam enim eam appellat, ut posthac videbimus. Una enim hostia consummavit in perpetuum. Nostrum enim baptisma mortem Christi repræsentat. Ut igitur mors Christi una, sic et baptisma unum. Quid igitur adeo intrepide **727** peccas, cum non sit spes amplius te per baptisma denuo sine labore peccata delere posse? Bona igitur opera tibi vendica.

*Φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζῆλος, ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους.* Ὅρα πῶς οἷον ἐψύχωσε τὸ πῦρ. Καθάπερ γὰρ θηρίον παροξυνόμενον οὐ παύεται ἕως οὗ λάβῃ τινά, καὶ καταφαγὸν κορέσῃ τὸν θυμόν· οὕτω κἀκεῖνο τὸ πῦρ, ζηλοῦν ὑπὲρ τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν τῶν παραβαθεισῶν, καὶ ἀγριαῖνον ὑπὲρ ἐκείνων, ὃν ἂν συλλάβῃ, τοιοῦτον διαβιβρώσκει ἀεί. Οὐ γὰρ εἶπε, φαγεῖν μέλλον, ἀλλ', ἐσθίειν, ἀϊδίως δηλαδή. Ὑπεναντίους δὲ, οὐ μόνον τοὺς ἀπίστους, ἀλλὰ καὶ τοὺς πιστοὺς μὲν, τὰ ἐναντία δὲ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ ἐργαζομένους.

C Vers. 27. *Sed terribilis quædam expectatio judicii et ignis æmulatio, quæ consumptura est adversarios.* Animadverte quomodo ignem, quasi animatus esset, inducit. Perinde enim ut bellua exacerbata non desistit tantisper dum apprehenderit quempiam, quo devorato exsaturet cupiditatem suam: sic et ille ignis pro transgressione mandatorum sæviens, ac propter illa efferatus, quemcunque apprehenderit, devorat semper. Non enim dixit, Manducatura, sed, Devoratura, in sempiternum videlicet. Adversarios autem, non solos infideles, verum ipsos etiam fideles quidem, indigna tamen mandatis Dei patrantes.

*Ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως.* Ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος; δείκνυσι δικαίως γενησομένην τὴν τιμωρίαν, ἵνα καὶ μᾶλλον πιστότερος ὁ λόγος ᾖ. Νόμον δὲ Μωϋσέως λέγει, διότι πολλὰ αὐτὸς διετάξατο.

Vers. 28. *Irritam quis faciens legem Mosis.* A minori ostendit merito futurum supplicium, ut plus fidei orationi suæ conciliet. Legem autem Mosis dicit, quandoquidem multa eis ipse injunxerit.

*Χωρὶς οἰκτιρμῶν, ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει.* Ἡ σύνταξις οὕτως· Ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσι χωρὶς οἰκτιρμῶν ἀποθνήσκει· τουτέστιν, ἐὰν ὁμολογηθῇ ὑπὸ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων, ὅτι παρέβη τὸν νόμον.

D *Sine ulla miseratione, duobus aut tribus testibus moritur.* Constructio est hujusmodi: Si quis legem Mosaicam rejecisset, sub duobus aut tribus testibus sine ulla miseratione moritur: hoc est, si confessum fuerit a duobus tribusve testibus quod prævaricatus sit legem.

*Per quam damnavit mundum.* Hoc est, commonstravit eos supplicio dignos, utpote qui arcam tanto temporis spatio fabricatam videntes, neque sic tamen ad consentiendum adducebantur, aut diluvium futurum credebant.

*Ac justitiæ, quæ est per fidem, hæres est institutus.* Hoc est, lucratus est, ut justus videretur apud Deum: quod justitiæ nomen, inquit, fides ei largita est.

Vers. 8. *Fide vocatus Abraham, obedivit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem.* Quia ad hunc et ad reliquos patriarchas defigerent oculos Hebræi fideles, tanquam qui innumera bona a Deo accepissent, ostensurus est quod nullus unquam quidquam mercedis retulerit. Ait ergo: Fide Abraham obsecutus est, jussus relinquere patriam. Quem autem ille conspexerat, ut imitaretur? Patrem idololatra erat, prophetas non audiverat. Proinde fidei erat, obedire Deo ceu vera loquenti de iis quæ pollicebatur, ac relinquere ea quæ in manibus erant.

*Et exiit nesciens quo iret.* Atqui etiamsi scivisset, quisnam cogebat eum, ut iis omissis quæ in promptu erant, ea persequeretur quæ non essent in promptu? At vero ille, quænam omnino erat illa terra ad quam vocatur, nescivit.

Vers. 9. *Fide demoratus est in terra promissionis, tanquam in aliena.* Terram, inquit, illam quam promiserat Deus sese daturum illi et semini ejus, incoluit tanquam alienam. Quomodo alienam? Nam **734** et Sarrhæ sepulcrum emit, neque tamen dubitavit, neque dixit: Mentitus est Deus; sed credidit quod haud dubie daturus esset hanc is qui promiserat.

*In casulis habitando.* Adeo tanquam in aliena terra illic habitabat, ut ne propriam quidem domum haberet, sed in tentoriis habitaret, quod peregrinorum est alias ad alios fines transeuntium, propterea quod nihil proprii possident.

[48] Luc. II, 26.

Variæ lectiones.

[50] ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια m.

Digitized by Google

*Cum Isaac et Jacob cohæredibus promissionis ejusdem.* Isaac, inquit, et Jacob perinde incoluerunt eam, ut alienam. Philistæi Isaaco invidebant, et Abimelech puteos ejus auferebat et conjugem ipsam, et subinde ad alium atque alium transibat locum. Jacob autem non solum a fratre Esau persecutionem patiens sibi metuebat, verum etiam ex Mesopotamia reversus, emit locum, in quo fixit tabernaculum. Et jam quidem in Bethel, jam vero in Ephrata migrabat, nullo loco certus manens, instar advenæ. Interim tamen et ipsi promissionis hæredes fuerunt, ut pater. Tibi enim dabo, inquit, et semini tuo. Attamen incredduli non fuerunt. A *Μετὰ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ τῶν συγκληρονόμων τῆς ἐπαγγελίας τῆς αὐτῆς.* Καὶ ὁ Ἰσαάκ, φησὶ, καὶ ὁ Ἰακὼβ οὕτω ταύτην κατῴκησαν ὡς ἀλλοτρίαν. Ὁ μὲν Ἰσαὰκ φθονούμενος ὑπὸ τῶν Φιλισταίων, καὶ ἀφαιρούμενος τὰ φρέατα ὑπὸ τῶν περὶ Ἀβιμέλεχ, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτὴν, καὶ ἄλλοτε εἰς ἄλλον τόπον μεταβαίνων. Ὁ δὲ Ἰακὼβ, οὐ μόνον ὡς ἐλαυνόμενος ὑπὸ τοῦ φόβου τοῦ Ἡσαῦ, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς Μεσοποταμίας ἀνελθὼν, ἐξωνήσατο τὸν τόπον, ἔνθα ἔστησε τὴν σκηνήν· καὶ νῦν μὲν εἰς Βαιθὴλ, νῦν δὲ εἰς Ἐφραθὰ μετέβαινεν, ἀστατῶν ὡς πάροικος. Καίτοιγε καὶ αὐτοὶ κληρονόμοι ἦσαν τῆς ἐπαγγελίας, ὡς καὶ ὁ πατήρ. Σοὶ γὰρ δώσω αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματί σου. Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἠπίστησαν.

Vers. 10. *Exspectabat enim fundamenta habentem civitatem.* Eam ob rem, inquit, erant advenæ, et commorabantur in tabernaculis fundamentum non habentibus, quod exspectabant cœlestem urbem, quæ vera fundamenta habeat, quæ semper consistant, neque unquam marcida reddantur. Propterea et Deus animadvertens eos aspernari terrenas promissiones, distulit eas, majores ipsis præparans utpote qui illis digni erant, quæ scilicet de rebus terrestribus non erant. Deinde illi promissionem terrestrium accipientes, eam contemnebant, ac cœlum expetebant. Vos autem, o fideles, cœlesti promissione accepta, terram expetitis: ecqui non ejus vos pudet? B *Ἐξεδέχετο γὰρ τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν.* Διὰ τοῦτο, φησὶ, τὴν γῆν παρῴκουν ἐν σκηναῖς, αἳ θεμέλιον οὐκ ἔχουσι[81], διότι ἐξεδέχοντο τὴν οὐράνιον πόλιν, ἥτις ἀληθινοὺς ἔχει θεμελίους, ἀεὶ ἑστῶτας, καὶ μηδέποτε σαθρουμένους. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς ὁρῶν αὐτοὺς καταφρονοῦντας τῶν γηΐνων ἐπαγγελιῶν, ἀνεβάλετο ταύτας, τὰς μείζους αὐτοῖς[82] ἑτοιμάζων, ὡς ἐκείνων ἀξίοις, οὐ τῶν τῆς γῆς. Εἶτα ἐκεῖνοι γῆς ἐπαγγελίαν λαμβάνοντες, κατεφρόνουν, καὶ τοῦ οὐρανοῦ ἐφίεντο. Ὑμεῖς δὲ, ὦ πιστοὶ, οὐράνιον ἐπαγγελίαν λαβόντες, γῆς ἐπιθυμεῖτε, καὶ πῶς οὐκ αἰσχύνεσθε;

*Cujus artifex et conditor Deus.* Papæ, quantum est urbis istius encomium, architectum habere Deum! C *Ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός.* Βαβαὶ, οἷον τὸ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐγκώμιον, τὸ ἀρχιτέκτονα σχεῖν τὸν Θεόν;

Vers. 11. *Fide et ipsa Sarrha, sterilis cum esset.* Pudefacere valet, quod ait, *Et ipsa Sarrha*, perinde ac si dicat: Femina credidit, et vos non erubescitis, si muliere in animi magnitudine inferiores deprehendamini? Qui vero credidit quæ risit? Profecto credidit, etiamsi riserit: postea enim reprehensa perterrefacta est: quod fidei erat indicium. Planum enim est quod magnum quemdam arbitraretur, adeoque supra hominis esse naturam eum, qui secum loqueretur. *Πίστει καὶ αὐτὴ Σάρρα στεῖρα οὖσα.* Ἐντρεπτικόν ἐστι, *Καὶ αὐτὴ Σάρρα*, ὡσανεὶ ἔλεγεν· Ἡ γυνὴ ἐπίστευσε, καὶ ὑμεῖς οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰ γυναικὸς μικροψυχότεροι εὑρίσκεσθε; Πῶς δὲ ἐπίστευσεν ἡ γελάσασα; Ναὶ ἐπίστευσεν, εἰ καὶ ἐγέλασεν· καὶ γὰρ ὕστερον ἐλεγχθεῖσα ἐφοβήθη· ὅπερ πίστεως ἦν. Δῆλον γὰρ ὅτι μέγαν τινὰ καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπίστευσεν εἶναι τὸν προσδιαλεγόμενον.

*Virtutem ad conceptionem seminis accepit.* Hoc est, confortata est ut reciperet ac contineret dejectum in ipsam semen Abrahami. Vel quia istarum rerum studiosi indagatores asserunt, mulierem **735** etiam veluti semen quoddam a sese conferre, forsan sic accipiendum est, *ad conceptionem seminis*, pro eo quod est, ut et ipsa subministraret semen. D *Δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε.* Τουτέστιν, ἐνεδυναμώθη εἰς τὸ ὑποδέξασθαι καὶ κρατῆσαι τὸ καταβληθὲν εἰς αὐτὴν σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ. Ἢ ἐπειδή φασιν οἱ ταῦτα ἀκριβωσάμενοι, καὶ τὴν γυναῖκα οἷόν τι σπέρμα ἀφ' ἑαυτῆς συνεισάγειν, μήποτε οὕτως ἐκληπτέον τὸ, *εἰς καταβολὴν σπέρματος*, ἀντὶ τοῦ, εἰς τὸ καταβαλεῖν καὶ αὐτὴ σπέρμα.

*Ac præter ætatis tempus peperit.* Paulo ante eam sterilem dixit: nunc ait quod et præter tempus ætatis peperit. Itaque duplicem habebat defectum, unum naturæ, quod sterilis erat: alterum senectutis. *Καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν.* Εἶπεν ἄνω, ὅτι στεῖρα ἦν· νῦν λέγει, ὅτι καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν. Ὥστε διπλῆν εἶχε πήρωσιν[83], τήν τε ἀπὸ φύσεως, ὅτι στεῖρα ἦν, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ γήρως.

*Quia fidelem credidit eum qui promiserat.* Fide- *Ἐπεὶ πιστὸν ἡγήσατο τὸν ἐπαγγειλάμε-*

Variæ lectiones.

[81] Θεμ. οὐκ ἐχούσαις o. [82] ἐκείνοις o. [83] στείρωσιν o.

Digitized by Google

*vor.* Πιστὸν, τουτέστιν ἀληθῆ, ἐπηγγείλατο γάρ· *Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάρρᾳ υἱός.*

A lem, id est verum; promiserat enim: *Circa illud tempus veniam, et erit Sarrhæ filius.*

*Διὸ καὶ ἀφ'* [54] *ἑνὸς ἐγεννήθησαν, καὶ ταῦτα νενεκρωμένου, καθὼς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ὡς ἡ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, ἡ ἀναρίθμητος.* Οὐ τοῦτο μόνον ἐποίησεν ἡ πίστις, τὸ γεννῆσαι, ἀλλ' ὅτι καὶ τοσούτους, ὅσους οὐδὲ αἱ εὔφοροι γυναῖκες. Ὥστε δύο θαύματα. Πῶς δὲ ἦσαν ἀναρίθμητοι; Ἠριθμήθησαν γὰρ πολλάκις. Ἦτοι γοῦν ὑπερβολικῶς τοῦτο εἴρηται κατὰ τὴν συνήθειαν τῆς Γραφῆς, ὡς τό· *Εἴδομεν πόλεις ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ*· ἢ διὰ τοὺς ἀεὶ ἐπιγινομένους εἶπε τὸ ἀναρίθμητον.

VERS. 12. *Propter quod et ab uno orti sunt, eoque emortuo, tanquam sidera cœli in multitudinem, et sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis.* Non hoc tantum effecit fides ut pariat, verum etiam ut tot quot ne fecundæ quidem mulieres. Itaque duo hic sunt miracula. Quomodo autem fuerunt innumerabiles? Nam haud raro numerabantur. Aut igitur hoc hyperbolice dictum est, juxta Scripturæ consuetudinem, ut illud: *Vidimus urbes ad cœlum usque eductas* [55]: aut quod semper nascantur alii, ideo innumerabile dixit.

*Κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ κομισάμενοι* [56] *τὰς ἐπαγγελίας.* Δύο ἐνταῦθα ζητεῖται· πῶς εἰπὼν περὶ τοῦ Ἐνὼχ, ὅτι, *Μετετέθη τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον*· νῦν λέγει, *Ἀπέθανον οὗτοι πάντες;* Καὶ πάλιν, πῶς εἶπε νῦν, ὅτι οὐκ ἔλαβον τὰς ἐπαγγελίας, καίτοιγε τὸν Ἄβελ ἔτι λαλεῖν εἶπε, διὰ τοῦ παρὰ πᾶσι δοξάζεσθαι; Καὶ τὸν Ἐνὼχ μετατεθῆναι, τὸν Νῶε μισθὸν λαβεῖν, τὸ σωθῆναι μετὰ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ τὸ δίκαιον κληθῆναι· καὶ τὸν Ἀβραὰμ παιδοποιῆσαι ἐκ τῆς Σάρρας. Τὸ μὲν οὖν· *Ἀπέθανον οὗτοι πάντες*, δέξαι ἀντὶ τοῦ· Οἱ τεθνηκότες, ὑπεξῃρημένου δηλαδὴ τοῦ μὴ ἰδόντος θάνατον. Τὸ δὲ μὴ λαβεῖν τὰς ἐπαγγελίας, ἀληθὲς περὶ πάντων λεγόμενον. Οὐ γὰρ ἐπὶ τούτοις μόνοις ὁ μεγαλόδωρος Θεὸς διέλυσε τοὺς μισθοὺς τῶν μεγάλων καμάτων τῆς πίστεως, τῷ μὲν Ἄβελ ἐπὶ τῇ παρ' ἀνθρώποις δόξῃ, τῷ δὲ Ἐνὼχ ἐπὶ τῇ μεταθέσει, τῷ δὲ Νῶε ἐπὶ τῇ ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ σωτηρίᾳ, καὶ τῷ Ἀβραὰμ ἐπὶ τῇ παιδοποιΐᾳ· ἀλλὰ δῆλον, ὡς ταῦτα μὲν γεύματα καὶ ἀρραβῶνές εἰσι τῶν ἀληθινῶν ἐπαγγελιῶν, διὰ τοὺς μικροψύχους ἡμᾶς τοῖς ἁγίοις προδιδόμενα, ἵνα ἀπὸ τούτων καὶ περὶ ἐκείνων πιστεύωμεν. Ἄλλα δέ τινα μεγάλα, καὶ ἃ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἡτοίμασται αὐτοῖς, ἃ οὔπω ἔλαβον, ὥσπερ καὶ ὁ Κύριός φησιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι ἑκατονταπλασίονα λήψεσθαι τὸν ἀποταξάμενον, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ζωὴν αἰώνιον.

VERS. 13. *Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus.* Duo hic quæruntur: Quomodo cum de Enoch dixisset: *Translatus est ne videret mortem*, nunc dicat, *Mortui sunt isti omnes?* Ac rursus, qui dixerit nunc, eos non accepisse promissiones, cum Abelum tamen adhuc loqui affirmarit, quandoquidem apud cunctos celebretur? Deinde ipsum Enoch translatum esse, ac Noe mercedem accepisse, ut conservaretur ipse cum domo sua, et ut justus vocaretur: Abrahamum etiam liberos procreasse ex Sarrha. Proinde istud; *Mortui sunt isti omnes*, accipe pro: Mortui quidem sunt, excepto eo qui mortem non vidit. At vero quod non acceperint promissiones, vere de omnibus dictum est. Non enim per hæc tantum munificentisssimus Deus persolvit magnorum fidei laborum mercedes, Abelo quidem per gloriam apud homines, Enoch vero per translationem, tum Noe ipsi per conservationem ex diluvio, deinde Abrahæ per filii procreationem: verum perspicuum est hæc esse veluti gustus quosdam et arrhabones verarum promissionum, propter pusillanimitatem nostram sanctis prius tradita, ut ab his docti, de illis etiam in fide firmemur. Alia porro quædam ingentia, et quæ in cor hominis non conscenderunt, parata sunt eis, quæ nondum acceperunt, sicut et Dominus dixit in Evangelio, fore ut is qui omnibus renuntiasset, centuplum in hoc sæculo reciperet [57], et vitam æternam in futuro.

*Ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς ἰδόντες καὶ ἀσπασάμενοι.* Ἐνταῦθα αἰνίττεται αὐτοὺς τὰ περὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῶν ἀῤῥήτων ἀγαθῶν μυστήρια καὶ ἰδόντας καὶ ἀσπασαμένους, τουτέστιν ἡσθέντας, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πλεόντων, καὶ πόρρωθεν ὁρώντων πόλεις ποθουμένας, ἃς πρὶν ἢ εἰσελθεῖν εἰς αὐτὰς, προφθάνοντες οἰκειοῦνται τῇ προσρήσει. Ἢ καὶ τοὺς περὶ Ἀβραάμ φησιν, ὅτι αὐτοὶ μὲν οὐκ ἔλαβον τὰς ἐπαγγελίας τὰς περὶ τῆς γῆς, πόρρωθεν δὲ προεῖδον αὐτὰς, τουτέστι, πρὸ τεσσάρων γενεῶν· ὅτι οἱ ἔκγονοι αὐτῶν ἐξ Αἰγύπτου ἀνιόντες κληρονομήσουσι ταύτας. Αὕτη δὲ

*Propter longe eas aspicientes et salutantes.* **736** Hic innuit eos de regno cœlorum, et resurrectione, et ineffabilibus bonis mysteria tum vidisse tum salutasse, hoc est sensisse, sumpta metaphora a navigantibus et procul cernentibus urbes desideratas, quas, priusquam ingrediantur in eas, prævenientes familiariter salutant. Vel Abrahamum cum sua sobole sua intelligit, quoniam ipsi non acceperunt promissiones de terra, a longe autem prævideruntas, hoc est, ante quatuor generationes: quod posteri eorum ex Ægypto ascendentes, hæreditatem earum adirent. Hæc autem

[54] Num. XIII, 29. [57] Matth. XIX, 29.

Variæ lectiones.

[54] ἐξ o. [56] λαβόντες o.

Digitized by Google

enarratio non sequitur ea quæ diximus ad istud, *Isti omnes*, ut quæ soli Abrahamo ejusque nepotibus conveniat.

A ἡ ἐξήγησις οὐκ ἀκολουθεῖ τοῖς εἰρημένοις εἰς τό· *Οὗτοι πάντες*, ὡς ἁρμόζουσα μόνοις τοῖς περὶ Ἀβραάμ.

*Et confessi quod peregrini sint et hospites super terram.* Non solum in terra promissa, verum etiam in toto terrarum orbe. Propterea haud æquum censebant istam accipere; non enim ipsa digni fuerunt patres illi, sed cœlo. Posteri autem eorum acceperunt eam: illi terra fuerunt digni. Peregrinum autem et advenam se esse Abrahamus apud Chetæos disertis verbis professus est. Quinetiam omnes tales fuerunt, ut David testatur, *Advena ego sum* [48], dicens, *sicut et omnes patres mei.*

*Καὶ ὁμολογήσαντες ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς.* Οὐ μόνον τῆς ἐπηγγελμένης, ἀλλὰ πάσης τῆς οἰκουμένης [66]. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἠξίουν ταύτην λαβεῖν. Οὐ γὰρ ἦσαν αὐτῆς ἄξιοι, ἀλλὰ τοῦ οὐρανοῦ. Οἱ δὲ ἔκγονοι αὐτῶν ἔλαβον ταύτην· ἐκεῖνοι γὰρ ἦσαν τῆς γῆς ἄξιοι. Ξένος δὲ εἶναι καὶ πάροικος ὡμολόγησεν ὁ Ἀβραὰμ πρὸς τοὺς Χετταίους αὐταῖς λέξεσι. Πλὴν καὶ πάντες τοιοῦτοι ἦσαν, καὶ μαρτυρεῖ Δαβίδ, *Πάροικος ἐγώ εἰμι, λέγων, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου.*

Vers. 14, 15, 16. *Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent, de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi. Nunc autem meliorem appetunt, cœlestem.* Confitentes, inquit, seipsos hospites, significant, hoc est, indicant se patriam inquirere. Videamus igitur qualem patriam inquirant: terrestremne quam reliquerant, ut Abraham Mesopotamiam? Atqui licebat ei reverti ad eam. Quoniam vero reversus non est, manifestum est quod neque hujus meminerit, neque hæc fuerit patria ejus; cæterum aliam expetebat meliorem, nempe cœlestem, in quam nondum opportunum erat ei conscendere.

*Οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγοντες, ἐμφανίζουσιν ὅτι πατρίδα ἐπιζητοῦσι. Καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον ἀφ' ἧς, ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι. Νυνὶ δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τουτέστιν ἐπουρανίου.* Λέγοντες, φησὶν, ἑαυτοὺς ξένους, ἐμφανίζουσιν, ἀντὶ τοῦ, δεικνύουσιν, ὅτι πατρίδα ἐπιζητοῦσιν. Ἴδωμεν οὖν ποταπὴν πατρίδα ἐπιζητοῦσι· τὴν γήϊνον ἣν κατέλειψαν, ὡς Ἀβραὰμ τὴν Μεσοποταμίαν; Καὶ μὴν ἐξῆν αὐτῷ ὑποστρέψαι εἰς ἐκείνην. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ὑπέστρεψε, πρόδηλον ὡς οὔτε ταύτης ἐμνημόνευσεν, οὔτε αὕτη ἦν αὐτῷ πατρὶς, ἀλλ' ἄλλης ἐπεθύμει κρείττονος, τουτέστιν ἐπουρανίου, εἰς ἣν οὔπω εἶχε καιρὸν ἀναβῆναι.

*Ideo non confunditur Deus, vocari Deus eorum.* Ob hujuscemodi, inquit, eorum virtutem Deus adeo eos magni facit, ut cum sit totius mundi Deus, tum invisibilis, tum ejus qui sub visum nostrum cadit, non erubescit peculiariter vocari eorum Deus, perinde quasi ipsi omnibus creaturis sint æquiparandi. Vel potius, Deus mundi quidem visibilis Deus dicitur, tanquam Conditor et Dominus; qua ratione ethnicorum etiam est Deus: horum autem veluti amicus, quod majus est.

*Διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς, Θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν.* Διὰ τὴν τοιαύτην αὐτῶν ἀρετὴν ὁ Θεὸς, φησὶν, οὕτως ἔχει αὐτοὺς μεγάλους, ὥστε τοῦ κόσμου παντὸς ὢν Θεὸς, τοῦ τε ἀοράτου καὶ τοῦ ὁρωμένου, οὐκ ἐπαισχύνεται ἰδίως καλεῖσθαι αὐτῶν Θεὸς, ὡς ἰσοτίμων ὄντων πάσης τῆς κτίσεως· μᾶλλον δὲ τοῦ μὲν ὁρατοῦ κόσμου Θεὸς λέγεται ὁ Θεὸς, ὡς ποιητὴς καὶ Κύριος· κατὰ τοῦτο δὲ καὶ Ἑλλήνων Θεός· τούτων δὲ, ὡς φίλος, ὁ μεῖζον.

*Pararit enim illis civitatem.* Adeo eum illorum non pudet, sed familiares eos habet, ut et urbem quam illi desiderabant, nempe cœlestem, paraverit eis.

*Ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν.* Τοσοῦτον οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς, ἀλλ' οἰκείους ἔχει, ὥστε καὶ τὴν πόλιν, ἣν ἐπεθύμουν τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἡτοίμασεν αὐτοῖς.

Vers. 17. *Fide obtulit Abraham Isaacum, quum tentaretur.* Major omnibus in fide Abrahamus. Hic enim non solum natura pugnabat, sed et verbum Dei cum mandato divino. Is enim qui dixerat, *Tibi et semini tuo dabo terram* [49], is imperat, *Macta filium tuum.* Propterea dicitur tentari Abrahamus, non quod Deus opus haberet experiri ejus virtutem, verum ut nos experientia ipsa et operibus discamus virtutem ejus. Observa autem quod tentationes adeo utiles sunt, ut nedum ab aliis Deus permittat eas superinduci fidelibus, verum ipse etiam tentet, ut probatiores ostendat.

**737**

*Πίστει προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος.* Μεῖζων πάντων τῇ πίστει ὁ Ἀβραάμ. Ἐνταῦθα γὰρ οὐ μόνον φύσις ἐμάχετο, ἀλλὰ καὶ λόγος Θεοῦ θείῳ προστάγματι. Ὁ γὰρ εἰπὼν· *Σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν*, οὗτος προστάσσει, *Σφάξον τὸ τέκνον* [67] *σου.* Διὸ λέγεται πειράζεσθαι Ἀβραὰμ, οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ δεομένου μαθεῖν τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς τῇ πείρᾳ αὐτῇ καὶ τοῖς ἔργοις μάθωμεν τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ. Σημείωσαι δὲ, ὅτι τοσοῦτον ὠφέλιμοι οἱ πειρασμοί, ὥστε οὐ μόνον παρ' ἄλλων συγχωρεῖ Θεὸς ἐπάγεσθαι τούτους τοῖς πιστοῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς πειράζει, ἵνα δοκιμωτέρους δείξῃ.

Vers. 17, 18, 19. *Et unigenitum offerebat, qui*

*Καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγε-*

[48] Psal. xxxviii, 13. [49] Gen. xv, xvii.

Variæ lectiones.

[66] γῆς o. [67] σπέρμα o.

Digitized by Google

λίας δεξάμενος [58], πρὸς ὃν ἐλαλήθη· Ὅτι ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα· Λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγεῖραι δυνατὸς ὁ Θεός. Τοῦτο τὸ θαυμαστὸν, ὅτι ἕτερον μὴ ἔχων παῖδα, δι' οὗ προσεδόκα τὴν ἐπαγγελίαν ἐκβήσεσθαι, ἀλλὰ τοῦτον μόνον, ὅμως προσήνεγκεν αὐτόν. Πόθεν γοῦν; ἀπὸ πολλῆς πίστεως. Ἐπίστευσε γὰρ ὅτι δύναται ὁ Θεὸς καὶ μετὰ τὸ σφαγῆναι, ἐκ νεκρῶν ἐγείρας αὐτὸν, τὴν ἐπαγγελίαν πληρῶσαι, καὶ δι' αὐτοῦ ἀναβεβιωκότος πληθύναι τὸ σπέρμα. Πῶς δὲ μονογενὴς ἦν Ἰσαάκ, ὅπουγε καὶ τὸν Ἰσμαὴλ εἶχε; Ἀλλ' ὅσον κατὰ τὸν ἐπαγγελίας λόγον μονογενής· οὗτος γὰρ καὶ κυρίως σπέρμα. Ἐν Ἰσαὰκ γὰρ κληθήσεταί σοι σπέρμα.

*promissiones acceperat, ad quem dictum erat: In Isaac vocabitur tibi semen. Arbitrans quod et a mortuis suscitare potens sit Deus.* Hoc sane valde est admirandum, quod cum alium non haberet filium, per quem promissionem evenire speraret, præter hunc solum, eum tamen obtulerit. Unde scilicet? ex multa et ingenti fide. Credidit enim quod possit Deus post cædem, a mortuis ipso suscitato, complere promissionem, ac per ipsum redivivum multiplicare semen. Quomodo autem unigenitus erat Isaac, cum et Ismaelem haberet? At quatenus ad promissionem pertinet, unigenitus erat: ille namque proprie semen erat. *In Isaac enim vocabitur tibi semen.*

Ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο. Τί ἐστι τὸ, ἐν παραβολῇ; ἀντὶ τοῦ, ἐν τύπῳ, εἰς ἔνδειξιν μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστόν. Ὥσπερ γὰρ τότε ὁ μὲν Ἰσαὰκ ἀφείθη, ὁ δὲ κριὸς ἐσφάγη· οὕτως ὁ εἷς Χριστὸς, Θεὸς ὢν καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, κατὰ μὲν τὸ ἀνθρώπινον ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη, ἡ δὲ θεότης ἀπαθὴς διέμεινε. Καὶ ἄλλως δὲ, ὁ Ἀβραὰμ τύπος ἦν τοῦ Θεοῦ Πατρὸς, ὁ Ἰσαὰκ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ ἔμελλεν ὁ Θεὸς τὸ μέγα τοῦτο καὶ ὑπὲρ νοῦν μυστήριον οἰκονομῆσαι, καὶ δοῦναι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν, σφόδρα φιλάνθρωπος ὢν· οὐδὲ τοῦτο ἠβουλήθη ὡς χάριν αὐτοῦ ἰδίαν δοῦναι, ἀλλ' ὡς ὀφειλὴν ἀποδοῦναι. Ὡσανεὶ τοιαῦτα λέγων· Οὐδὲν καινὸν δίδωμι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ὑπὲρ αὐτῆς τὸν Υἱόν μου θύων. Ὁ γὰρ Ἀβραὰμ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἀνήνεγκεν ὑπὲρ ἐμοῦ σφαγιάσαι. Ὥστε τὴν ὀφειλὴν ἀποδίδωμι, οὐ χάριν δίδωμι. Ἢ τὸ, ἐν παραβολῇ, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ κριῷ ἐκομίσατο αὐτὸν ὁ Ἀβραὰμ, τουτέστιν, ἐν τῇ ἀντιδόσει τοῦ κριοῦ· ὃς κριὸς τύπος ἦν τοῦ Ἰσαὰκ, τουτέστιν, ἀντίτυπος τοῦ Ἰσαὰκ ἐσφάγη.

*Unde et ipsum in parabola accepit.* Quid est quod ait, *In parabola?* id est, in figura, ad demonstrationem mysterii quod in Christo erat. Ut enim tum Isaac dimissus est, aries autem cæsus: sic unus Christus, qui et Deus est et homo, secundum humanam naturam, pro nobis immolatus est, Deitas vero expers passionis permanebat. Quin etiam Abraham fuit typus Dei Patris, Isaac vero Filii Dei: quandoquidem Deus ceu supra modum clemens et benignus, magnum hoc et humani ingenii captum exsuperans mysterium dispensaturus esset, ac Filium suum pro nobis daturus; neque hoc voluit ceu donum suum proprium ex gratia dare, sed veluti debitum reddere. Perinde quasi dicat: Nihil novi humanæ naturæ impertio, Filium meum pro ipsa immolans. Abraham enim pro me et in mei gratiam filium suum immolare sustinuit. Itaque debitum reddo, non gratiam do. Vel, *in similitudine* hoc est, in ariete obtulit ipsum Abraham, hoc est in permutatione arietis: qui aries typus erat Isaaci, hoc est, figura Isaaci cæsa erat.

Πίστει περὶ μελλόντων εὐλόγησεν Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἡσαῦ. Πόθεν γὰρ ἐπηγγέλετο τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ τοσαῦτα ἀγαθὰ αὐτὸς ἐν ξένῳ [59] καθήμενος, εἰ μὴ ἐπίστευσεν, ὅτι ὁ Θεὸς δώσει τὰ ἐπηγγελμένα; Τί δέ ἐστι, περὶ μελλόντων; Ἢ ὅτι τῶν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, τὴν γὰρ ἀνάστασιν ᾔδεσαν, καὶ νοηταὶ ἦσαν αἱ εὐλογίαι, ἢ περὶ τῶν ἐν τῇ γῇ ἀγαθῶν, ὧν ἔμελλον αὐτοὶ λαμβάνειν, ἢ οἱ ἐξ αὐτῶν τεχθησόμενοι. Προτάττει δὲ τὸν Ἰακὼβ τοῦ Ἡσαῦ, ὡς ἐνάρετον, καὶ ὡς τὰ πρωτοτόκια εἰληφότα, καὶ ἐν πᾶσιν ἄξιον προτάττεσθαι.

VERS. 20. *Fide de futuris benedixit Isaac Jacob et Esau.* Unde enim promisisset filiis suis tanta bona, ipse in peregrina terra considens, nisi Deum promissa daturum **738** credidisset? Quid vero est quod ait, *de futuris?* Vel de iis quæ contingent in futuro sæculo, resurrectionem enim norant, et spirituales fuerunt promissiones, vel de terræ bonis quæ ipsi accepturi erant, vel ex ipsis oriundi. Præfert autem Jacob ipsi Esau, ceu cum qui virtute claruerit, et qui jus primogenituræ acceperit, ac in omnibus dignus erat qui præferretur.

Πίστει Ἰακὼβ ἀποθνήσκων ἕκαστον τῶν Υἱῶν Ἰωσὴφ εὐλόγησε, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Υἱοὶ Ἰωσὴφ, ὁ Μανασσῆς καὶ ὁ Ἐφραΐμ· καὶ ὁ μὲν Μανασσῆς πρῶτος [60]· ὁ δὲ Ἐφραΐμ, ὕστερος· ὅμως Ἰακὼβ εὐλόγησε τὸν Ἐφραΐμ μείζοσιν εὐλογίαις, καὶ τῇ τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἐναλλάγδην ἐπιθέσει, καὶ τοσοῦτον ἐπίστευσεν ὅτι ἐκβήσονται αἱ εὐλογίαι, καὶ βασιλεύσει ἡ τοῦ Ἐφραΐμ φυλὴ, ὥστε καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ἔδειξε. Προσεκύνησε γὰρ τῷ Ἰωσὴφ, τὴν παντὸς τοῦ λαοῦ

VERS. 21. *Fide Jacob moriens singulos filiorum Joseph benedixit, et adoravit ad fastigium virgæ ejus.* Filii Joseph, Manasses et Ephraim: Manasses quidem prior erat, Ephraim vero posterior: attamen Ephraim Jacob majoribus benedictionibus benedixit, dextræque manus per transversum impositione, ac in tantum credidit eventuras benedictiones, et quod tribus Ephraim regnatura erat; ut et operibus ipsis commonstraverit. Adoravit enim Josephum, totius populi adorationem denuntians. Quomodo

Variæ lectiones.

[58] ἀναδεξ. o. [59] ἐν ξένῃ m. [60] πρότερος m.

Digitized by Google

autem adoravit? ad summitatem virgæ ejus, hoc est, innixus virgæ ob senectutem. Nonnulli vero inquiunt, *ad summitatem virgæ Joseph adoravit*, regni sceptrum per virgam adorandum significans.

προσκύνησιν δηλῶν. Πῶς δὲ προσεκύνησεν; ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ [61], τουτέστιν, ἐπερειδεὶς τῇ ῥάβδῳ διὰ τὸ γῆρας. Τινὲς δὲ, *ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου τοῦ Ἰωσὴφ*, φασὶ, προσεκύνησε, σημαίνων τὸ τῆς βασιλείας σκῆπτρον διὰ τῆς ῥάβδου προσκυνηθήσεσθαι μέλλον.

Vers. 22. *Fide Joseph moriens de exitu filiorum Israel memoratus est, ac de ossibus suis mandavit.* Adeo, inquit, credidit Israelitas ex Ægypto liberandos, ut et adjurarit ipsos ut ossa sua secum asportarent. Hoc autem fecit, non quod sepulcri cura duceretur, qui enim adeo sapiens ignorasset Domini esse terram? verum ut perfectam certitudinem populo daret, quod promissio Dei omnino eveniet, atque egredientur: et quod tantopere Deo placeat, quod in Ægypto ipsi non permaneant propter loci impietatem, ut ne ipsi quidem placuerit ut vel ossa ejus in Ægypto reconderentur.

*Πίστει Ἰωσὴφ τελευτῶν περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐμνημόνευσε, καὶ περὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἐνετείλατο.* Τοσοῦτον, φησὶν, ἐπίστευσεν ὅτι ἐλευθερωθήσονται οἱ Ἰσραηλῖται τῆς Αἰγύπτου, ὥστε καὶ ὥρκωσεν αὐτοὺς, ἵνα τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ συνανενέγκωσι. Τοῦτο δὲ ἐποίησεν, οὐχ ὅτι μνημείων ἐφρόντιζε· πῶς γὰρ ὁ οὕτω σοφὸς οὐκ ᾔδει ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ γῆ; ἀλλ' ἵνα τελείαν πληροφορίαν τῷ λαῷ δῷ, ὅτι πάντως ἡ ἐπαγγελία τοῦ Θεοῦ ἐκβήσεται, καὶ ἐξελεύσονται. Καὶ ὅτι τοσοῦτόν ἐστι θεάρεστον τὸ μὴ ἐναπομεῖναι αὐτοὺς τῇ Αἰγύπτῳ διὰ τὴν ἐκεῖ ἀσέβειαν, ὥστε οὐδὲ αὐτῷ ἀρεστὴ ἡ ἐν Αἰγύπτῳ τῶν ὀστῶν κατάθεσις.

Vers. 23. *Fide Moses natus, occultatus est mensibus tribus a parentibus suis, eo quod vidissent elegantem infantem, et non timuerunt regis edictum.* Enumeratis magnis viris qui fide transegerint ea quæ fecerint, de parentibus etiam Mosis obscuris quibusdam loquitur, ruborem eliciens infirmis illis, et pusillo animo imbutis, quandoquidem hujusmodi viris inferiores sint. In progressu scortorum etiam mentionem facit, ut pudorem majorem inducat. Ait igitur: Quam ob causam abdiderunt eum ad trimestre spatium, cum mandatum regis publicatum esset, masculos Hebræos e medio tollendos? Quare non metuerunt? Planum sane est credidisse eos a Domino puerum conservandum. Unde vero crediderunt quod servandus erat? Quoniam conspexerunt puerum elegantem, hoc **739** est pulchrum, aspectu gratiosum, crediderunt que eum ista amabilitate ab ipsis statim incunabilis a Deo donatum. Nam, ut aiunt, abjecturi eum erant; cæterum cum blande arrisisset, dimiserunt: adeo omnia ipsi divina erant.

*Πίστει Μωσῆς γεννηθεὶς ἐκρύβη τρίμηνον ὑπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ, διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον, καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως.* Καταλέξας ἄνδρας μεγάλους, πίστει ἐργασαμένους ἃ ἐποίησαν, λέγει καὶ περὶ τῶν γονέων τοῦ Μωϋσέως, ἀσήμων τινῶν, ἐντρέπων τοὺς ὀλιγοψυχοῦντας ἐκείνους, εἴγε τοιούτων ἀνδρῶν τὰ δεύτερα φέρονται. Προϊὼν δὲ, καὶ πόρνας εἰς μέσον παράγει [62], ἵνα πλέον ἐντρέψῃ. Φησὶν οὖν, τίνος ἕνεκεν ἐκρυψαν τρίμηνον, καὶ ταῦτα, προστάγματος ὄντος τὰ ἄῤῥενα φονεύεσθαι; Πῶς οὐκ ἐφοβήθησαν; Ἢ δῆλον, ὡς ἐπίστευσαν ὅτι σωθήσεται. Πόθεν δὲ ἐπίστευσαν ὅτι σωθήσεται; ὅτι εἶδον τὸ παιδίον ἀστεῖον, τουτέστιν ὡραῖον, τῇ ὄψει χαρίεν, καὶ ἐπίστευσαν ὅτι ὁ Θεὸς ἐχαρίτωσεν αὐτὸ εὐθὺς ἐν σπαργάνοις. Φασὶ γάρ τοι, ὅτι καὶ ἔμελλον ῥίψαι αὐτὸ, ἀλλὰ προσμειδιάσαν μετὰ χάριτος ἀφῆκαν· οὕτως ἦσαν αὐτῷ θεῖα πάντα.

Vers. 25. *Fide Moses grandis factus, negavit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens potius affligi cum populo Dei, quam temporariam peccati habere jucunditatem.* Pervenit ad exemplum ipsis familiarissimum, Mosen videlicet: propterea immoratur, fusius illud tractans. Constructio autem est hujusmodi: Fide Moses renuit dici filius filiæ Pharaonis. Quando? magnus factus, hoc est, cum in virum jam crevisset. Perspicuum enim est eum majora expectasse accepturum sese. Verbum autem, *negavit*, intensum odium significat, ac propensam ejus a regia Pharaonis abalienationem. Animadverte vero, quomodo peccatum nominarit, *non affligi una cum fratribus*. Hoc per prophetas objicit Deus: *Nihil patiebantur super contritione Josephi* [63], et rursus: *Non est egressu ad plangendum*

*Πίστει Μωσῆς μέγας γενόμενος, ἠρνήσατο λέγεσθαι Υἱὸς θυγατρὸς Φαραὼ, μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν.* Ἦλθεν ἐπὶ τὸ μάλιστα οἰκειότατον αὐτοῖς ὑπόδειγμα τὸν Μωσῆν, διὸ καὶ ἐπιμένει πλατύνων τὰ τούτου. Ἡ δὲ σύνταξις οὕτω· Πίστει Μωσῆς ἠρνήσατο λέγεσθαι Υἱὸς θυγατρὸς Φαραώ. Πότε; Μέγας γενόμενος; τουτέστιν ἀνδρωθεὶς ἤδη. Πρόδηλον γὰρ ὅτι μείζονά τινα προσεδόκα ἀντιλαβεῖν. Τὸ δὲ, ἠρνήσατο, τὸ ἐπιτεταμένον μῖσος δηλοῖ, καὶ τὴν ἐνδιάθετον πρὸς τὰ βασίλεια ἀλλοτρίωσιν. Ὅρα δὲ πῶς ἁμαρτίαν ὀνομάζει τὸ *μὴ συγκακουχεῖσθαι τοῖς ἀδελφοῖς*. Τοῦτο καὶ διὰ τῶν προφητῶν ὀνειδίζει ὁ Θεός· *Οὐκ ἔπασχον οὐδὲν ἐπὶ τῇ συντριβῇ τοῦ Ἰωσήφ*. Καὶ πάλιν· *Οὐκ ἐξῆλθεν ἀνακόψασθαι οἶκον ἐχόμενον αὐτῆς*. Καὶ

[63] Amos VI, 6.

Variæ lectiones.

[61] τοῦ Ἰωσήφ o. [62] παράξει o.

Digitized by Google

ἐπὶ μὲν τοὺς καταστενάζοντας ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ δίδοται τὸ σημεῖον· τοὺς δὲ μηδὲν τοιοῦτον πάσχοντας κόπτειν κελεύονται οἱ ἄγγελοι. Εἰ δὲ οἱ μὴ συγκακουχούμενοι ἑκόντες τοῖς κακοπαθοῦσιν, ἁμαρτάνουσι, τί λογιστέον περὶ τῶν κακουχούντων καὶ κακοποιούντων; *Πρόσκαιρον οὖν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν* τὴν τῆς βασιλείας τρυφῆς μετουσίαν ὁλοῖ[63].

A *vicinam domum.* Ac super ingemiscentes in Ezechiele datum est signum : eos vero qui nihil hujusmodi paterentur, angeli jubentur exscindere. Quod si ii qui voluntarie una cum afflictis non affliguntur, peccant ; quid, quæso, de iis cogitandum est, qui male tractant alios, et ipsi male faciunt ? Ergo per *temporariam peccati jucunditatem* regiarum deliciarum participationem significat.

*Μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν Αἰγύπτου θησαυρῶν τὴν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ.* Οὐκ εἶπε, τὰ ἐν οὐρανοῖς ἀποκείμενα ἀγαθὰ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρετὴν ἐκείνου δεικνὺς, καὶ αὐτοὺς ἀνακτώμενος, *τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ* εἶπεν. Ὥσπερ γὰρ ὕστερον τὸν Χριστὸν ὠνείδιζον οἱ παρ' αὐτοῦ εὐεργετούμενοι, καὶ τελευταῖον ἐσταύρωσαν· οὕτω καὶ πρότερον Μωσῆν οἱ παρ' αὐτοῦ εὐεργετούμενοι. Ὁ γὰρ ἐκ τοῦ Αἰγυπτίου ῥυσθεὶς ὑπὸ Μωσέως Ἑβραῖος, αὐτὸς ἐκεῖνος αὔριον εἶπεν αὐτῷ· *Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς; μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες τὸν Αἰγύπτιον;* Καθόλου γὰρ τὸ παρὰ τῶν οἰκείων καὶ εὐεργετουμένων ὀνειδίζεσθαι ἢ κακουχεῖσθαι, ὀνειδισμός ἐστι τοῦ Χριστοῦ. Καὶ πᾶς ὁ διὰ τὸ καλὸν κατὰ τοῦ πράττοντος αὐτὸ γινόμενος ὀνειδισμὸς, καὶ ἁπλῶς ἡ μάτην ἐπίθεσις, ὀνειδισμός ἐστι τοῦ Χριστοῦ. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἐδυσφημεῖτο, φίλος τελωνῶν ἀκούων, διὰ τὸ συνεσθίειν ἐκείνοις ἐπὶ σωτηρίᾳ αὐτῶν. Ὥσπερ οὖν ἡ ἄνεσις, τῆς ἁμαρτίας ἐστὶν, οὕτως ὁ ὀνειδισμὸς τοῦ Χριστοῦ. Μὴ τοίνυν ἀγανακτεῖτε ὑμεῖς παρὰ τῶν συμφυλετῶν θλιβόμενοι, πρὸς τὸν Μωσῆν τὸν οὕτως ἔνδοξον ἀποβλέποντες, καὶ τὸ μεῖζον, τὸν Χριστόν. Ὀνειδισμὸς τοῦ Χριστοῦ καὶ ὁ ἐπὶ τῇ πέτρᾳ κατὰ Μωσέως γογγυσμός. Χριστὸς γὰρ[64] ἦν ἡ πέτρα.

B

C

Vers. 26. *Majores divitias existimans Ægypti thesauris improperium Christi.* Non dixit, quæ in cœlis reposita sunt bona, verum virtutem ejus demonstrans, et illos refovens atque erigens, *improperium Christi*, dixit. Quemadmodum enim postea Christum contumelia afficiebant, qui ab eo beneficia acceperant, ac tandem cruci affixerunt : sic et antea Mosen ignominia notabant ii in quos beneficia contulerat. Qui enim ab Ægyptio per Mosen liberatus erat Hebræus, ille ipse postero die dixit ei : *Quis te constituit principem et judicem super nos? numquid me occidere vis, perinde ac interfecisti Ægyptium*[61] ? Omnino enim a domesticis et beneficio affectis contumelia affici vel affligi, Christi est opprobrium. Quinetiam omnis contumelia adversus eum qui bonum facit, ac simpliciter molitio frustra suscepta, Christi est opprobrium. Sic enim et Dominus diffamabatur, dicebaturque publicanorum amicus, quod cum illis cibum caperet propter eorum salutem. Ut igitur deliciæ sunt peccati, sic improperium est Christi. Ne igitur ægre feratis vos, si a contribulibus affligamini, ad Mosen virum tam celebrem et inclytum respicientes, et quod majus est, in ipsum **740** Christum. Sic contumelia erat Christi murmur apud petram contra Mosen factum. Nam petra erat Christus.

*Ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν.* Τοῖς τῆς πίστεως δηλαδὴ ὀφθαλμοῖς.

*Aspiciebat enim ad remunerationem.* Fidei nimirum oculis.

*Πίστει κατέλιπεν Αἴγυπτον, μὴ φοβηθεὶς τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως.* Τί λέγεις; καὶ μὴν ἐν τῇ Ἐξόδῳ γέγραπται· *Ἐφοβήθη δὲ Μωσῆς, ὅτι ἐμφανὲς ἐγένετο τὸ ῥῆμα.* Ἀλλὰ τὸ, *μὴ φοβηθεὶς*, ἐνταῦθα δέξαι, ὡς πρὸς τὸ πάλιν ἐπιστῆναι τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ ἀναδέξασθαι τὴν ἡγεμονίαν τῶν Ἑβραίων. Φοβουμένου μὲν γὰρ ἦν τὸ μηδόλως ὑποστρέψαι, μηδὲ ἐγχειρίσαι οἷς καὶ πρώην. Ἐπεὶ δὲ πάλιν ὑπέστρεψεν, ἔδειξεν ὅτι πιστεύει τῷ Θεῷ. Πῶς οὖν οὐκ ἔμεινεν ἐν Αἰγύπτῳ, ἀλλὰ κατέλιπε τὴν Αἴγυπτον, εἴγε οὐκ ἐφοβεῖτο; Ὅτι τὸ εἰς πρόοπτον κίνδυνον ἐπιῤῥίπτειν ἑαυτὸν, καὶ λέγειν, εἰ ἄρα σώσει με ὁ Θεὸς, ἐκπειράζοντός ἐστι τὸν Θεὸν, καὶ διαβολικόν· Ὥσπερ καὶ ὁ διάβολος τῷ Κυρίῳ ἔλεγε· *Βάλε σεαυτὸν κάτω.* Ἢ τὸ, *Οὐ φοβηθεὶς τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως*, οὕτω νόησον, ὅτι ἔφυγε πιστεύσας, ὅτι διαδράσει, καὶ οὐκ ἐπιδιώξεται αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, ὡς θυμούμενος κατ' αὐτοῦ, οὐδὲ εἰ καὶ ἐπιδιώξει, κατα-

D

Vers. 27. *Fide reliquit Ægyptum, non veritus indignationem regis.* Ecquid ais? In Exodo tamen scriptum est : *Perterrefactus est autem Moses, quia res isthæc patefacta erat.* Cæterum, *non veritus*, hic accipe, quasi dixisset, Ægypto rursus præesse, atque Hebræorum præfecturam suscipere. Nam non omnino reverti neque ea quæ prius aggredi, metuentis erat. Quia vero reversus est, indicavit se fidem adhibere Deo. Quare igitur non mansit in Ægypto, sed reliquit eam si non metuebat? Quoniam in manifestum periculum seipsum conjicere, ac dicere, Fortasse me servabit Deus, tentantis est Deum, ac plane diabolicum : sicut et Satanas Domino dicebat : *Mitte te deorsum*[62]. Vel, *non veritus indignationem regis*, hunc ad modum intellige, nempe quod fugerit credens quod sit evasurus, neque persecuturum regem, tanquam succensentem ipsi, nec etiamsi persequeretur, ap-

[61] Exod. II, 14. [62] Matth. IV, 6.

Variæ lectiones.

[63] λέγει o. [64] δὲ o.

Digitized by Google

prehensurum. Hujus autem rei signum est, quod in vicinia morari selegerit, atque ibi latuerit. Proinde fidei et hoc est.

*Invisibilem enim tanquam videns, sustinuit.* Perinde enim quasi videret Deum secum conversantem, sic omnia constanter tolerabat. Plurimum enim ad patientiam confert, habere semper in mente Deum, perinde ac David inquit : *Providebam Dominum in conspectu meo* [63], et quæ sequuntur.

A λήψεται. Τούτου δὲ σημεῖον, ὅτι καὶ ἐκ γειτόνων διατρίβειν εἵλετο καὶ ἔλαθεν. Ὥστε τῆς πίστεως τοῦτο.

*Τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησεν.* Ὡσανεὶ γὰρ ὁρῶν τὸν Θεὸν συνόντα αὐτῷ, οὕτως ἐκαρτέρει πάντα. Μεγάλης γὰρ ὑπομονῆς ποιητικὸν τὸ ἔχειν ἀεὶ ἐν νῷ τὸν Θεόν· ὡς καὶ ὁ Δαβὶδ φησι. *Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου* · καὶ τὰ ἑξῆς.

Vers. 28. *Fide celebravit Pascha et effusionem sanguinis, ne qui vastabat primogenita, tangeret eos.* Paulus ubique obiter mysterium interponit, quemadmodum hoc in loco inter consolandum Paschatis sacramenti meminit. Effusio enim sanguinis illius, hoc est, inunctio postium, Dominici sanguinis effusionem significabat, quo peruncti, fugimus in nocte vitæ hujus exterminantem non peruncti primogenita. Moses igitur cum tum credidisset sanguinis inunctionem conservaturam primogenita, demandabat populo hoc facere. Atqui ille agni sanguis erat. Attamen quatenus sanguinis Christi figura erat, tantam vim et virtutem demonstrabat. Vos autem vero sanguine peruncti, non confiditis isto communiri ? Imo certe. Porro, Pascha celebravit, hoc est, esum agni, et azymorum, et lactucarum agrestium, et credidit populum ex Ægypto egressum conservatum iri. Erat autem ratio cœnæ illius egressui ipsorum accommoda.

*Πίστει πεποίηκε τὸ Πάσχα, καὶ τὴν πρόσχυσιν τοῦ αἵματος, ἵνα μὴ ὁ ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα, θίγῃ αὐτῶν.* Πανταχοῦ ὁ [64] Παῦλος ἐν παρέργῳ παρεμβάλλει μυστήριον, ὥσπερ οὖν καὶ ἐνταῦθα ἐν τάξει παρακλήσεως τὸ τοῦ Πάσχα μυστήριον καταλέγει. Ἡ γὰρ πρόσχυσις αἵματος ἐκείνου, τουτέστιν ἡ χρίσις τῶν φλιῶν, τὸν τοῦ δεσποτικοῦ αἵματος ἐδήλου, δι' οὗ χριόμενοι, φεύγομεν τὴν ἐν τῇ νυκτὶ τοῦ βίου τούτου ὀλοθρεύοντα τὰ πρωτότοκα τῶν μὴ κεχρισμένων. Ὁ Μωσῆς τοίνυν τότε πιστεύσας, ὅτι τοῦ αἵματος ἡ χρίσις φυλάξει τὰ πρωτότοκα, παρῄγγειλε τῷ λαῷ τοῦτο ποιῆσαι. Καίτοι ἐκεῖνο ἀμνοῦ αἷμα ἦν· ἀλλ' ὅμως, καθὸ ἐτύπου τὸ τοῦ Χριστοῦ αἷμα, τοσαύτην ἰσχὺν ἔδειξεν. Ὑμεῖς δὲ τῷ ἀληθινῷ αἵματι χρισθέντες, οὐ θαρρεῖτε τούτῳ τειχίζεσθαι; Ναὶ μήν. Καὶ τὸ Πάσχα ἐτέλεσε, τουτέστι τὴν βρῶσιν τοῦ ἀμνοῦ, καὶ τῶν ἀζύμων, καὶ τῶν πικρίδων, καὶ ἐπίστευσεν ὅτι ὁ λαὸς ἐξελθὼν τῆς Αἰγύπτου διασωθήσεται. Ἐξόδιος γὰρ ἦν ὁ τρόπος τοῦ δείπνου ἐκείνου.

Vers. 29. *Fide transierunt mare Rubrum, tanquam* 741 *per aridam.* Ne dicant, Ut quid profers in medium viros inimitabiles ? protulit et populum in exemplum. Imitamini enim, inquit, istos saltem e vulgo, qui crediderunt sese haud submergendos aqua, sicque ausi fuerunt, confidentes Deo quod veluti peraridam sint pertransituri : adeo quæ sunt impossibilia, fides possibilia efficit. Quare itaque vos diffiditis?

*Quod experti Ægyptii, devorati sunt.* Ac nemo, inquit, dicere potest, quod imaginarium erat, aqua non erat. Nam quod mare erat, Ægyptii sunt indicio, utpote qui ingredi quidem tentabant, absorpti vero sunt ab eo, toto simul contra eos permoto, quod in transitu Hebræorum instar muri erectum constiterat : perinde ac postea flamma adversum tres pueros parata, commonstravit quod flamma erat, cum Babylonios devorarit : itidem Danielis leones, qui delatores ejus dilaniarunt.

*Πίστει διέβησαν τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, ὡς διὰ* [66] *ξηρᾶς.* Ἵνα μὴ λέγωσι, τί φέρεις εἰς μέσον ἀμιμήτους ἄνδρας; ἤνεγκε καὶ λαὸν εἰς ὑπόδειγμα. Μιμήσασθε γάρ, φησὶ, τούτους γοῦν τοὺς τοῦ πλήθους, οἳ ἐπίστευσαν ὡς οὐκ ἐπικλύσει αὐτοὺς τὸ ὕδωρ, καὶ οὕτω κατετόλμησαν, θαρρήσαντες τῷ Θεῷ, ὅτι ὡς διὰ ξηρᾶς ἐλεύσονται· οὕτω τὰ ἀδύνατα δυνατὰ ποιεῖ ἡ πίστις· καὶ πῶς ὑμεῖς ἀπιστεῖτε;

*Ἧς πεῖραν λαβόντες Αἰγύπτιοι, κατεπόθησαν.* Καὶ οὐκ ἔχει τις εἰπεῖν, φησὶν, ὅτι κατὰ φαντασίαν ἦν; Ὕδωρ οὐκ ἦν· ὅτι γὰρ θάλασσα ἦν, ἔδειξαν οἱ Αἰγύπτιοι, πειράσαντες μὲν εἰσελθεῖν, καταποθέντες δὲ ὑπ' αὐτῆς, ἀθρόας κινηθείσης κατ' αὐτῶν, τῆς ἐν τῇ διαβάσει τῶν Ἑβραίων ὡς τεῖχος ἱσταμένης· ὥσπερ καὶ ὕστερον ἡ κατὰ τοὺς τρεῖς παῖδας φλὸξ, ἔδειξε φλὸξ οὖσα, ὅτε τοὺς Βαβυλωνίους διεβοσκήθη· καὶ οἱ κατὰ τὸν Δανιὴλ λέοντες τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ λαφύξαντες.

Vers. 30. *Fide muri Jericho corruerunt, circumdati ad septem dies.* Fide : Deo enim istud mandante, neque Josue neque populus hæsitabant, nec dixerunt, Ecquid hoc est ? Num tubarum sonitus naturam habet dejiciendi lapides et munitiones ? Sed enim crediderunt sic fore, et sic factum est.

*Πίστει τὰ τείχη Ἰεριχὼ ἔπεσε, κυκλωθέντα ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας.* Πίστει· τοῦ γὰρ Θεοῦ προστάξαντος, οὐ διεκρίθησαν ὅ τε Ἰησοῦς καὶ ὁ λαὸς, καὶ εἶπον, Τί τοῦτο; Σαλπίγγων ἦχος φύσιν ἔχει καταβάλλειν λίθους καὶ ἐπάλξεις; ἀλλ' ἐπίστευσαν ὅτι ἔσται, καὶ ἐγένετο.

[63] Psal. xv, 8.

Variæ lectiones.

[64] πολλαχοῦ καὶ ὁ o. [66] ἐπὶ o.

Digitized by Google

*Πίστει Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς* A *ἀπειθήσασι, δεξαμένη τοὺς κατασκόπους μετ' εἰρήνης*[47]. Ἰδοὺ, ὅπερ καὶ ἀνωτέρω εἶπον, ἀτιμότατον πρόσωπον παράγει, ἵνα ἐντρέψῃ καὶ διὰ τούτου εἴγε τοιαύτης γυναικὸς ἧττους φαίνοιντο, καὶ ἅμα δείξῃ καὶ τὴν δύναμιν τῆς πίστεως μεγάλην οὖσαν, εἴγε καὶ ἐν τοῖς κατεγνωσμένοις τοιαῦτα κατορθοῖ. Πίστιν οὖν ἐνεδείξατο καὶ αὕτη, κρύψασα τοὺς ἄνδρας ζητουμένους ὡς κατασκόπους. Οὐκ ἂν δὲ ἔκρυψεν, εἰ μὴ ἐπίστευσεν ὅτι ἁλώσεται ἡ πόλις. Οὕτω γὰρ ἔφη· *Ἐπίσταμαι ὅτι λήψεσθε τὴν χώραν ταύτην· ἠκούσαμεν γὰρ τὰ ἔργα ὑμῶν.* Καὶ αὐτὴ μὲν τοῖς ἀκουσθεῖσιν ἐπίστευσεν· οἱ δὲ μὴ πιστεύσαντες τοῖς τοῦ Θεοῦ θαυμασίοις, ἀπώλοντο.

*Καὶ τί ἔτι λέγω;* Καταλύσας τὸν λόγον εἰς τὴν πόρνην, καὶ ἱκανῶς δυσωπήσας αὐτοὺς ἀπὸ τῆς τοῦ B προσώπου ποιότητος, λοιπὸν συντομίας χάριν κατὰ μέρος μὲν πᾶσιν οὐκ ἐπεξέρχεται, ἵνα μὴ ἀπειρόκαλος δόξῃ· πλὴν οὔτε πάντη ἀποσιωπᾷ, ἀλλὰ δοκῶν παραλείπειν, οὐ παραλείπει· καὶ οὕτως οὔτε τὸν ἀκροατὴν ἀποκναίει, καὶ οὐδὲν ἧττον κατασκευάζει διὰ πλειόνων ὃ βούλεται.

*Ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος.* Ποῖος; ἢ ὁ πᾶς· εἴρηται δὲ τοῦτο, ὡς σύνηθες ἡμῖν λέγειν, ὑπερβολικῶς· ἢ ὁ τῇ Ἐπιστολῇ σύμμετρος.

*Περὶ Γεδεὼν, Βαράκ τε, καὶ Σαμψὼν, καὶ Ἰεφθάε, Δαβίδ τε, καὶ Σαμουὴλ, καὶ τῶν προφητῶν.* Ζητοῦσί τινες, τίνος ἕνεκεν Ἰεφθάε καὶ Σαμψὼν καὶ Βαρὰκ τίθησιν ἐνταῦθα. Τί λέγεις; Τὴν πόρνην θεὶς, τούτους οὐ θήσει; Μὴ γάρ μοι τὸν C ἄλλον αὐτῶν εἴποις βίον, ἀλλ' εἰ μὴ ἔλαμψαν ἐν τῇ πίστει, τοῦτο σκόπει. Οὐ γὰρ βίων ἐξέτασιν ποιεῖται, ἀλλὰ πίστεως ἔνδειξιν.

*Οἱ διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βασιλείας.* Οἱ περὶ τὸν Γεδεών.

*Εἰργάσαντο δικαιοσύνην.* Τίνες; αὐτοὶ οὗτοι καὶ ὁ Σαμψών. Καὶ γὰρ τοὺς ἐχθροὺς τῶν συγγενῶν καὶ ὁμοφύλων ἠμύναντο, τοῖς μὲν οἰκείοις φιλάνθρωποι φανέντες, τοῖς δὲ ἀδικοῦσιν ἐχθροῖς ἐπεξελθόντες. Τοῦτο δὲ δικαιοσύνης, τὸ ἑκάστῳ ἀπονέμειν τὸ κατ' ἀξίαν.

*Ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν.* Οἷον ὁ Δαβίδ. *Ὤμοσε* γὰρ, φησὶ, *Κύριος τῷ Δαβίδ· Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου.* Ὅπερ D αἰσθητῶς μὲν εἰς Σολομῶντα ἀπέβη, νοητῶς δὲ, εἰς τὸν Κύριον Ἰησοῦν τὸν ὄντως Σολομῶντα, τὸν εἰρηνικὸν, τὸν εἰρήνην αὐτόχρημα. Τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύεται Σολομῶν, εἰρηνικός.

*Ἔφραξαν στόματα λεόντων.* Ὁ Δανιὴλ καὶ ὁ Σαμψών.

*Ἔσβεσαν δύναμιν πυρός.* Οἱ τρεῖς παῖδες. Οὐκ εἶπε δὲ, Ἔσβεσαν πῦρ, ἀλλὰ, *Δύναμιν πυρὸς*, ὃ καὶ μεῖζον· ἐξαπτόμενον γὰρ, ὅλως δύναμιν τοῦ καίειν οὐκ εἶχε κατ' αὐτῶν.

[47] Psal. CXXXI, 11.

VERS. 31. *Fide Rahab meretrix non periit cum inobedientibus, excipiens exploratores in pace.* Ecce, quod et supra dixi, contumeliosissimam personam producit, ut pudefaciat eos, cum tali muliercula inferiores esse videantur, ac simul ut fidei potentiam magnam esse ostendat, cum vel in reprobis talia efficiat. Fidem igitur ipsa submonstravit, cum abderet viros qui quærebantur ceu exploratores. Non occuluisset autem, nisi credidisset urbem esse intercipiendam. Sic enim dixit: *Compertum habeo quod capietis hunc locum: audivimus enim opera vestra.* Et ipsa quidem auditis credidit: qui vero Dei mirandis rebus gestis non adhibuerunt fidem, perierunt.

VERS. 32. *Ecquid adhuc dicam?* Postquam sermonem in meretricem finiisset, ac abunde satis eis a personæ qualitate pudorem induxisset, deinceps compendii gratia sigillatim omnes alios non explicat, ne ineptus esse videatur: verum nec omnino tamen reticet, sed visus prætermittere, non prætermittit. Sic neque auditorem tædio afficit, ac nihilominus quæ vult pluribus conficit.

*Deficiet enim me tempus renarrantem.* Quale tempus? Vel universum: dictum autem est istud ut solemus nos loqui, hyperbolice: vel tempus quod Epistolæ convenit.

*De Gedeon, Barac, Sampson et Jephthe, David, Samuel, et prophetis.* **742** Quærunt nonnulli, qua de causa Jepthe et Sampson et Barac hic ponat. Quid ais? Qui scortum posuit, hos prætermitteret? Nec enim est quod reliquam eorum vitam mihi recenseas; sed num in fide resplenduerint, hoc tecum reputa. Non enim vitarum explorationem facit, sed fidei indicationem.

VERS. 33. *Qui per fidem vicerunt regna.* Hi scilicet qui cum Gedeone militarunt.

*Operati sunt justitiam.* Quinam? Illi ipsi, et Sampson. Etenim hostes congenerum et contribulium suorum ulti sunt, domesticis et amicis suis clementes visi: adversus autem vim inferentes hostes, insurgentes. Justitiæ porro istud munus est, unicuique pro merito tribuere.

*Adepti sunt promissiones.* Ut David. *Juravit* enim, inquit, *Dominus Davidi: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*[48]. Quod sensibiliter quidem in Salomone evenit, spiritualiter autem in Domino Jesu qui vere Salomon, pacificus, ac reipsa pax est. Id enim Salomon valet, si interpreteris, pacificus videlicet.

*Obturaverunt ora leonum.* Daniel et Sampson.

VERS. 34. *Exstinxerunt impetum ignis.* Tres pueri. Non dixit autem, Exstinxerunt ignem, sed, *Vim ignis*, quod majus est. Etiamsi enim accenderetur, virtutem tamen urendi adversum ipsos non habebat.

[48] Psal. CXXXI, 11.

Variæ lectiones.

[47] ἐν εἰρήνῃ o.



Digitized by Google

*Effugerunt aciem gladii.* Hi quoque tres pueri, vel ut magis proprie dicamus, Elias gladium Jezabelis, et ipse David Sauli. A

*Confortati sunt ab infirmitate.* Ex captivitate Babylonis reversi : nihil enim ab ossibus mortuorum differebant, ut apud Ezechielem dictum est. Quinetiam Ezechias ægrotans, vitæ appendicem accepit.

*Fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum.* Hæc et illis ipsis a Babylone reversis quadrant. Nam finitimas gentes semper invidentes eis, ac insurgentes tum magis quam antea, Dei tamen virtuti confidentes, per fidem debellarunt. Conveniunt etiam Sampsoni potissimum.

Vers. 35. *Acceperunt mulieres ex resurrectione* B *mortuos suos.* Sareptana per Eliam et Sunamitis per Elisæum.

*Alii autem distenti sunt.* Hoc est, decollati sunt, ut Joannes, ut Jacobus, filius Zebedæi. Quidam autem *distendi*, pro fustibus verberari, acceperunt.

*Non suscipientes redemptionem.* Hoc est, potuissent non reprehendere quos **743** reprehendebant, ac liberari ab eo quod ipsis inferebatur supplicio, verum noluerunt hoc.

*Ut meliorem resurrectionem assequerentur.* Meliorem, non talem, qualem pueri mulierum : vel meliorem respectu aliorum mortalium. Sancti enim ad occursum Domini splendidi in nubes attollentur, quod alio in loco ἐξανάστασιν vocat. Præterea et in C vitam æternam. Reliqui autem infra manebunt, et ad supplicium æternum ipsis erit resurrectio.

Vers. 36. *Alii vero ludibria.* Quemadmodum Elisæus illusus a pueris, vel Sampson ab alienigenis, postquam effodissent ei oculos.

*Et verbera experti.* Et multi prophetarum, et Petrus postea, et Joannes.

*Insuper vincula et carcerem.* Ut Jeremias, Michæas, et apostoli postea.

Vers. 37. *Lapidati sunt.* Ut Nabuthe, ac Stephanus postea.

*Secti sunt.* Isaias a Manasse, quem et lignea serra aiunt sectum esse, ut eo tristius et acerbius D esset supplicium, cum ita supra modum cruciaretur.

*In occisione gladii mortui sunt.* Ut Michæas, et Zacharias, et Joannes, et Jacobus. Animadverte autem quomodo alii quidem per fidem ora gladii evaserint, alii vero in occisione gladii mortem obierint. Hujusmodi enim res fides est, quæ et magna perficit, et magna patitur, et nihil tamen pati se æstimat. Qui igitur vos nihil adhuc tale passi, mœretis ac tristes estis ?

*Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis.* Ut

Ἔφυγον στόματα μαχαίρας. Καὶ οἱ τρεῖς παῖδες, ἢ ὁ Ἠλίας, οἰκειότερον εἰπεῖν, τῆς Ἰεζάβελ, καὶ Δαβὶδ δὲ αὐτὸς τῆς τοῦ Σαούλ.

Ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας. Καὶ οἱ ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντες· νεκρῶν γὰρ ὀστέων οὐδὲν διέφερον, ὡς παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ εἴρηται. Ἀλλὰ μὲν καὶ Ἐζεκίας ἀσθενήσας, προσθήκην ζωῆς ἔλαβεν.

Ἐγερθήσαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ παρεμβολὰς ἐκλιναν ἀλλοτρίων. Ταῦτα καὶ αὐτοῖς μὲν τούτοις τοῖς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανελθόσιν ἁρμόττει. Καὶ γὰρ τὰ πρόσικα ἔθνη ἀεὶ διαφθονοῦντα αὐτοῖς, καὶ ἐπιτιθέμενα μᾶλλον τότε, θαῤῥοῦντες ὅμως τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, διὰ πίστεως κατεπολέμησαν [68]. Ἁρμόττει δὲ καὶ τῷ Σαμψὼν μάλιστα.

Ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν. Ἡ Σαραφθία διὰ τοῦ Ἠλιοῦ, καὶ ἡ Σουναμῖτις διὰ τοῦ Ἐλισαίου.

Ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν. Τουτέστιν ἀπετμήθησαν, ὡς Ἰωάννης, ὡς Ἰάκωβος, ὁ Ζεβεδαίου. Τινὲς δὲ τὸ, τυμπανισθῆναι, ῥοπάλοις τυφθῆναι εἶπον.

Οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν. Τουτέστιν, ἠδύναντο μὴ ἐλέγχειν οὓς ἤλεγχον, καὶ λυτρωθῆναι τῆς ἐπαγομένης αὐτοῖς τιμωρίας, ἀλλ' οὐκ ἠθέλησαν τοῦτο.

Ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσι. Κρείττονος, οὐ τοιαύτης, οἵας τὰ παιδία τῶν γυναικῶν· ἢ κρείττονος παρὰ τὴν τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων. Οἱ μὲν γὰρ ἅγιοι εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου λαμπροὶ ἐν νεφέλαις ἁρπάσονται, ὅπερ ἀλλαχοῦ ἐξανάστασιν ὀνομάζει. Καὶ ἄλλως, ὅτι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Οἱ δὲ λοιποὶ κάτω τε μενοῦσι, καὶ εἰς κόλασιν αἰώνιον ἡ ἀνάστασις αὐτοῖς.

Ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν. Ὡς ὁ Ἐλισσαῖος παιζόμενος ὑπὸ τῶν παιδαρίων, ἢ ὁ Σαμψὼν ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, μετὰ τὸ ἐκκοπῆναι, τοὺς ὀφθαλμούς.

Καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον. Καὶ πολλοὶ τῶν προφητῶν, καὶ Πέτρος ὕστερον, καὶ Ἰωάννης.

Ἔτι δὲ δεσμῶν καὶ φυλακῆς. Ὡς Ἱερεμίας καὶ Μιχαίας, καὶ οἱ ἀπόστολοι ὕστερον.

Ἐλιθάσθησαν. Ὡς ὁ Ναβουθαὶ, καὶ ὁ Στέφανος δὲ ὕστερον.

Ἐπρίσθησαν. Ὧν ὁ Ἡσαΐας ὑπὸ Μανασσῆ, ὃν καὶ ξυλίνῳ πρίονί φασι πρισθῆναι, ἵνα ἀλγεινοτέρα αὐτῷ εἴη ἡ τιμωρία ἐπὶ πλεῖον κολαζομένῳ.

Ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. Ὡς Μιχαίας, καὶ Ζαχαρίας, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἰάκωβος. Ὅρα δὲ πῶς οἱ μὲν ἀπὸ πίστεως στόματα μαχαίρας ἔφυγον, οἱ δὲ ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. Τοιοῦτον γὰρ ἡ πίστις καὶ ἀνύει μεγάλα, καὶ πάσχει μεγάλα, καὶ οὐδὲν οἴεται πάσχειν. Πῶς οὖν ὑμεῖς μήπω μηδὲν τοιοῦτον παθόντες, ἀδημονεῖτε;

Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν.

Variæ lectiones.

[68] κατετόλμησαν ο.

Digitized by Google

Ὡς οἱ περὶ Ἠλίαν, οὕτως ἦσαν ἀκτήμονες. Ἐπειδὴ γὰρ οὔπω τοσαύτην εἶχον ὑπόληψιν περὶ τῶν ἀποστόλων, μετὰ τὸ ἐκείνων μνησθῆναι, ἐπὶ τὸν προφήτην τὸν ἔνδοξον καὶ ἀναληφθέντα ἦκεν. Τὸ δὲ, *Περιῆλθον*, τὸ διώκεσθαι αὐτοὺς δηλοῖ καὶ ἀστατεῖν. Μηλωτὴ δὲ, τὸ τοῦ *μήλου*, ἤτοι τοῦ προβάτου δέρμα.

A Elias, et qui cum eo erant ; adeo rerum possessione carebant. Quia enim nondum tantam de apostolis opinionem conceperunt, postquam illorum mentionem fecisset, ad inclytum prophetam qui in cœlum sublatus, venit. Quod autem ait : *Circumierunt*, eos persecutionem esse passos indicat, et in uno loco non potuisse morari : *Melote* autem, ovis vel pecudis est pellis.

Ὑστερούμενοι. Ὡς αὐτὸς οὗτος Ἠλίας καὶ Ἐλισσαῖος. Γυναῖκες γὰρ αὐτοὺς ἔτρεφον.

Θλιβόμενοι, κακουχούμενοι. Οὐ μικρὰ γὰρ Ἠλίαν Ἰεζάβελ ἔθλιβε διώκουσα.

*Egentes.* Ut ille ipse Elias et Elisæus. Mulieres enim eos alebant.

*Angustiati, afflicti.* Haud parum enim Eliam Jezabel persecutione sua afflixit.

Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. Οὐκ ἔχετε, φησὶν, εἰπεῖν ὅτι ἁμαρτωλοὶ ὄντες, τοιαῦτα [69] ἔπασχον, ἀλλὰ τοιοῦτοι, οἷοι καὶ τοῦ κόσμου αὐτοῦ τιμιώτεροι εἶναι. Κόσμον δὲ, καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὴν κτίσιν αὐτὴν φησιν ἡ Γραφή. Κάνταῦθα οὖν ἀμφότερα. Ἐὰν πᾶσαν οὖν, φησὶ, τὴν κτίσιν μετὰ τῶν ἐν αὐτῇ ἀνθρώπων ἀντιστήσῃς ταύτοις, οὐδὲν ἀντάξιον εὑρήσεις τούτων. Ἐνταῦθα δὲ διανίστησιν αὐτῶν τὰς καρδίας, ὥστε μηδὲν ζητεῖν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, εἴγε ὁ κόσμος οὐκ ἔστιν ἄξιος τῶν ἁγίων. Ὕβρις γάρ σου ἐστὶν, ἐὰν ἐνταῦθα λάβῃς τὸν μισθόν· ἔδειξας γὰρ σαυτὸν οὐδαμινῶν ὄντα ἄξιον. Εἰ πᾶς ὁ κόσμος οὐκ ἔστιν ἄξιος ἑνὸς ἁγίου, τί μέρος ζητεῖς ;

B Vers. 38. *Quibus dignus non erat mundus.* Non potestis dicere, inquit, quod peccatores cum essent, hæc sint passi : verum tales fuerunt, ut et ipso mundo honoratiores essent. Mundum autem et hominum multitudinem, et mundi structuram Scriptura appellat. Utraque autem hic accipiuntur. Si itaque universam, inquit, mundi structuram cum hominibus qui in eo sunt cum istis conferas, nihil invenies quod illis dignitate respondeat. Hic autem excitat eorum **744** corda, ut nihil mundanum quærant : siquidem mundus est indignus sanctis. Injuria enim tua est, si hic acceperis mercedem. Monstrasti enim teipsum nullius esse pretii. Si universus mundus non est dignus uno sancto, quid partem quæritis ?

Ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. Ὡς Ἠλίας, καὶ οἱ προφῆται δὲ οἱ ὑπὸ Ἀβδίου τρεφόμενοι κρύβδην ἐν τῷ σπηλαίῳ. Οὐδὲ τὴν ἐρημίαν, φησὶ, μετὰ ἀδείας οἰκεῖν συνεχωροῦντο, ἀλλὰ κἀκεῖθεν ἠλαύνοντο τῷ φόβῳ, καὶ ἄλλοτε ἀλλαχοῦ ἐπλανῶντο. Ἀλλ' ὅμως ἐπίστευον παράκλησιν αἰώνιον λήψεσθαι παρὰ Θεοῦ, καὶ ὑπέμενον ταῦτα.

*In solitudinibus errantes, et montibus, et speluncis et cavernis terræ.* Ut Elias, et prophetæ, qui clanculum ab Abdia in spelunca alebantur. Neque solitudinem, inquit, sine timore incolere permittebantur, verum inde etiam metu abigebantur, et nunc hic, nunc illic oberrabant. Attamen credebant sese consolationem æternam accepturos a Deo, ideoque hæc patiebantur.

C

*Νῦν δὲ ἐπήγγελται λέγων· Ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω, οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν.* Δύο σεισμοὺς ἔχομεν ἀπὸ τῆς Γραφῆς γεγενημένους· πρότερον μὲν τὸν ἐπὶ τῆς [84] Σινᾶ νομοθεσίας· *Γῆ* γάρ, φησὶν ὁ Δαβὶδ, *ἐσείσθη* · δεύτερον δὲ τὸν ἐπὶ τῆς ἐν σαρκὶ ἐπιδημίας. *Ἐσείσθη* γάρ, φησὶ, *πᾶσα Ἱερουσαλὴμ* · καὶ, *Σεισθήσεται τὰ χειροποίητα τῆς Αἰγύπτου.* Ἐσείσθησαν γὰρ, τουτέστι τῆς τοῦ πλανᾶν τοὺς ταῦτα σεβομένους στάσεως ἀπεκινήθησαν, καὶ κατεβλήθη ἡ ἰσχὺς αὐτῶν. Τὸ οὖν, *Ἔτι ἅπαξ*, τρίτον σεισμὸν δηλοῖ, τὸν μετὰ τὸν δεύτερον συμβησόμενον, ἤγουν τὴν ἐπὶ τῇ συντελείᾳ τοῦ κόσμου καινοτομίαν, ὅτε μεταστήσονται τὰ πάντα, ἀπὸ τῆς φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν ἐναλλαττόμενα. Ἀγγαίου [85] δὲ τὸ ῥητόν. C

*Nunc autem promisit dicens: Adhuc semel ego concutio non solum terram, sed et cœlum.* Duos motus fuisse ex Scriptura tenemus. Prior erat, cum in monte Sina lex sanciretur. *Terra* enim, inquit David, *mota est* [71]. Alter, cum in carnem Christus venisset. *Mota est* enim, inquit, *universa Jerusalem* [72] : et, *Concutientur idola manufacta Ægypti* [73]. Concussa sunt enim, hoc est, a statione sua sublata sunt, ne suos fallant cultores, ac dejectum est robur ipsorum. Quod ergo ait, *Adhuc semel*, tertiam concussionem significat, quæ post secundam est eventura : vel eam, quæ in mundi consummatione futura est, innovationem, quando cuncta immutabuntur, a corruptibilitate ad incorruptionem alteranda. Aggæi autem prophetæ hoc dictum est.

*Τὸ δὲ, Ἔτι ἅπαξ, δηλοῖ τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν, ὡς πεποιημένων.* Τουτέστι, τῆς φθαρτῆς κτίσεως τὴν μετάθεσιν, τῆς ἐχούσης φύσιν σαλεύεσθαι, ἅτε δὴ πεποιημένης, τουτέστιν, ἀρχὴν λαβούσης τοῦ εἶναι, καὶ ἀναγκαίως δηλαδὴ καὶ τέλος ἐχούσης. Πᾶν γὰρ τὸ ποιηθὲν, ἤρξατο, καὶ διὰ τοῦτο, ὅσον γε τῇ οἰκείᾳ φύσει καὶ τελευτὴν ἔχει. Καὶ γὰρ καὶ οἱ ἄγγελοι κατὰ φύσιν μὲν οὐκ ἀτελεύτητοι, ἐπειδὴ οὐδὲ ἄναρχοι· χάριτι δὲ θείᾳ τὸ ἀτελεύτητον ἔλαβον. D

Vers. 27. *Quod autem, Adhuc semel, dicit, declarat mobilium translationem, tanquam factorum.* Hoc est, corruptibilis creaturæ transmutationem, cui natura est ut moveatur, ut quæ facta sit, id est, principium acceperit essentiæ, ac necessario etiam finem habeat. Omne enim **755** quod factum est, exordium habuit : unde quatenus ad naturam ejus attinet, finem etiam habiturum est. Nam angeli secundum naturam quidem non carent fine, quandoquidem ne principio quidem carent : gratia autem divina, quod fine careant, sintque immortales, acceperunt.

*Ἵνα μένῃ τὰ μὴ σαλευόμενα.* Τουτέστι τὰ

*Ut maneant ea quæ sunt immobilia.* Hoc est, fu-

[71] Psal. LXXV, 9. [72] Matth. II, 3. [73] Isa. XIX, 1.

Variæ lectiones.

[83] τῶν ἐφεξ. o. [84] γῆς ἐν Σ. ν. o. [85] αὐτοῦ o.

Digitized by Google

tura bona. Cum enim mutata fuerint hæc corruptibilia, omnia tum justis eventura incorruptibilia erunt et inconcussa, nulli seu translationi seu permutationi obnoxia.

A μέλλοντα ἀγαθά. Ἐπειδὴν γὰρ ἀλλαγῇ ταῦτα τὰ φθαρτὰ, πάντα τὰ τότε τοῖς δικαίοις ἐσόμενα ἔσται ἄφθαρτα καὶ ἀσάλευτα, μηδεμίαν μετάθεσιν ἢ ἀλλαγὴν ὑφιστάμενα.

Vers. 28. *Itaque regnum immobile suscipientes, habeamus gratiam.* Quandoquidem, inquit, talibus ornandi simus bonis, immutabilibus scilicet et inconcussis, ac tale tantumque regnum accipiemus, hinc jam arrham ejus sumentes, spiritualia charismata, *habeamus gratiam* : hoc est, non doleamus, neque decidamus animo, sed gratias agamus ei qui talia cum dedit, tum daturus est.

Διὸ *βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες, ἔχωμεν χάριν*[86]. Ἐπειδὴ, φησὶ, τοιούτων μέλλομεν ἀξιοῦσθαι ἀγαθῶν, ἀμεταθέτων καὶ ἀσαλεύτων, καὶ τοιαύτην βασιλείαν παραλαμβάνομεν, ἐντεῦθεν ἤδη ἀῤῥαβῶνας αὐτῆς δεχόμενοι τὰ πνευματικὰ χαρίσματα, *ἔχωμεν χάριν* · τουτέστι, μὴ ἀλγῶμεν, μηδὲ ἀποδυσπετῶμεν, ἀλλ' εὐχαριστῶμεν τῷ τοιαῦτα καὶ ἤδη δόντι, καὶ μέλλοντι δώσειν.

*Per quam servimus, placentes Deo. Per quam*, gratiarum actionem scilicet. Si enim grati fuerimus, tum Deo ita inservimus, ut bene ei placeamus, ac veluti scientes qualem Dominum habeamus. Nisi enim et pro tranquillitate et pro afflictionibus grati sumus, neque eum ita colimus, ut ei gratum sit. Quis enim servus, qui murmuret adversus dominum (murmurat enim, qui ei prout decet, non servit) gratum hero exhibet ministerium? Propterea et hic ipse alio in loco dicit, *Nolite murmurare*[74]; et iterum : *Omnia facite sine murmurationibus*[75]. Israelitæ vero in deserto ceciderunt, ut murmuratores.

B *Δι' ἧς λατρεύομεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ. Δι' ἧς*, εὐχαριστίας. Ἐὰν γὰρ ὦμεν εὐχάριστοι, τότε καὶ λατρεύομεν εὐαρέστως, καὶ ὡς εἰδότες ποῖον Δεσπότην ἔχομεν. Ἐὰν γὰρ μὴ εὐχαριστοῦμεν καὶ ὑπὲρ ἀνέσεων καὶ ὑπὲρ θλίψεως, οὐδὲ λατρεύομεν εὐαρέστως. Τίς γὰρ δοῦλος γογγύζων κατὰ τοῦ δεσπότου (γογγύζει γὰρ ὁ μὴ ὡς δεῖ τούτῳ δουλεύων), δουλεύει εὐαρέστως; Διὸ καὶ αὐτὸς οὗτος ἀλλαχοῦ φησι, *Μὴ γογγύζετε* · καὶ αὖθις, *Πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν*. Καὶ Ἰσραηλῖται δὲ ἔπεσον ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὡς γογγυσταί.

*Cum reverentia et religione.* Hoc est, nihil impudens loquamur, nihil inverecundum, sed vel habitus externus verecundiam habeat erga homines, et religionem erga Deum.

*Μετὰ αἰδοῦς*[87] *καὶ εὐλαβείας*. Τουτέστι, μηδὲν ἰταμὸν φθεγγώμεθα, μηδὲν ἀναίσχυντον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔξω σχῆμα αἰδῶ ἐχέτω πρὸς ἀνθρώπους, καὶ εὐλάβειαν πρὸς Θεόν.

Vers. 29. *Etenim Deus noster ignis consumens est.* Quoniam Veteris Testamenti res terribiles fuisse ostendit, Novi vero nihil hujusmodi habere; ne illarum mansuetudinem despicatui habeant, ait : *Cum reverentia et religione gratias agamus Deo.* Anima enim quæ in afflictionibus desperat, pudorem abjicit. Vel quia servitus nostra cum reverentia et religione fieri solet. Nam Deus noster ignis est, ac oportet religiosos esse nos, ne veluti contemptores ac negligentes consumamur. *Reverentes* enim, inquit, *facite filios Israel.* Porro istud consolationem eis præbet, siquidem ejusmodi habeamus Deum, qui possit adversarios nostros consumere.

C *Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον.* Ἐπειδὴ τὰ μὲν τῆς Παλαιᾶς φοβερὰ ἔδειξε, τὰ δὲ τῆς Καινῆς οὐδὲν ἔχοντα τοιοῦτον · ἵνα μὴ καταφρονήσωσι τῆς πραότητος, φησί· *Μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας εὐχαριστῶμεν τῷ Θεῷ.* Ψυχὴ γὰρ ἐν ταῖς θλίψεσιν ἀπαναισχυντεῖ ἀπογινώσκουσα. Ἢ ὅτι ἡ λατρεία ἡμῶν μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας πέφυκε γίνεσθαι. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ ἐστι, καὶ δεῖ εὐλαβεῖς εἶναι ἡμᾶς, ἵνα μὴ καταναλωθῶμεν ὡς καταφρονηταὶ καὶ ἀδιάφοροι. *Εὐλαβεῖς* γὰρ, φησὶ, *ποιήσατε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ.* Τοῦτο δὲ καὶ παράκλησιν αὐτοῖς φέρει, εἴγε τοιοῦτον ἔχομεν Θεὸν, δυνάμενον τοὺς ὑπεναντίους ἡμῶν καταναλῶσαι.

## 756 CAPUT XIII.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Vers. 1, 2. *Charitas fraternitatis maneat. Hospitalitatis ne obliviscamini.* Non dixit, Comparate fratrum charitatem et hospitalitatem : habebant enim has, ut videtur : verum, quia ob frequentes afflictiones periculum erat ne circa has virtutes flaccescerent, *Charitas*, inquit, *fraterna maneat*, stabilis consistat, ne sinatis eam effugere vos. Ac *hospitalitatis*, inquit, *ne obliviscamini.* Tanquam enim spoliati essent facultatibus suis, fortasse parcius se gerebant. Vel in futurum eos munit.

D *Ἡ φιλαδελφία μενέτω. Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε.* Οὐκ εἶπεν, ὅτι Κτήσασθε φιλαδελφίαν καὶ φιλοξενίαν · εἶχον γὰρ ταύτας, ὡς ἔοικεν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ τῶν συνεχῶν θλίψεων ἐκινδύνευον περὶ ταύτας τὰς ἀρετὰς ἀπορῥαθυμῆσαι, φησὶν, ὅτι *Μενέτω ἡ φιλαδελφία*, ἑδραία ἔστω, μὴ ἐάσητε αὐτὴν ἀποφυγεῖν ὑμᾶς. Καὶ *Τῆς φιλοξενίας*, φησὶ, *μὴ ἐπιλανθάνεσθε*[88]. Ὡς γὰρ διηρπασμένοι τὰ ὄντα, ἴσως φειδομένως ἂν διέκειντο. Ἢ καὶ εἰς τὸ μέλλον ἀσφαλίζεται.

[74] I Cor. x, 10. [75] Philipp. II, 14.

### Variæ lectiones.

[86] χάριν · ἡ γὰρ βασιλεία, τοῦτ' ἔστιν ἡ τῶν δικαίων ἀπόλαυσις αἰώνιος καὶ ἀπέραντος m. *Gratiam : Regnum enim, hoc est justorum felicitas, æternum est ac infinitum.* [87] δέους o. [88] — θάνεσθαι σπουδάζετε o.

Digitized by Google

*Διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους.* Οὕτω μέγα ἡ φιλοξενία, καὶ τὸ πάντας ἁπλῶς ὑποδέχεσθαι, καὶ μὴ φυλοκρινεῖν[89], ὥστε καὶ τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Λὼτ πρόφασις ἐγένετο αὕτη πρὸς τὸ ὑποδέξασθαι ἀγγέλους. Τὸ δὲ, *Ἔλαθον*, ἀντὶ τοῦ, ἠγνόησαν ὅτι ἄγγελοι ἦσαν οἱ ξενιζόμενοι, καὶ ὅμως φιλοτίμως αὐτοὺς ἐξένισαν· ὃ καὶ μεγάλους αὐτοὺς ποιεῖ, ὡς εἴγε ᾔδεισαν, οὐδὲν μέγα ἐποίουν. A

*Per hanc enim latuerunt quidam angelis hospitii receptis.* Adeo præclara res est hospitalitas, ac quosvis simpliciter suscipere, nec curiose de qua quispiam familia sit explorare, ut et Abrahamo et Lot ea fuit occasio ut angelos exceperint hospitio. *Latuerunt* autem, est pro, Nesciverunt eos angelos esse, quos hospitio receperant, attamen amanter et honorifice eos tractarunt. Quæ res magnos eos facit. Nam si scivissent, nihil magni fecissent.

*Μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι.* Ὁ γὰρ συνδεδεμένος τινὶ, κἂν θέλῃ ἐπιλαθέσθαι, οὐ δύναται.

Vers. 3. *Mementote vinctorum, tanquam simul vincti.* Qui enim alicui alligatus est, etiamsi oblivisci velit, haud potest.

*Τῶν κακουχουμένων, ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι.* Τῶν κακουχουμένων ἢ ἐν φυλακαῖς, ἢ ἐν λιμῷ, ἢ ἄλλῃ θλίψει. Ὁ γὰρ λογιζόμενος, ὅτι καὶ B αὐτὸς ὁμοιοπαθὴς περίκειται σῶμα, ἀντιποιήσεται τούτων, διά τε τὴν συμπάθειαν, καὶ διὰ τὸ φοβηθῆναι, μὴ καὶ αὐτὸς τοῖς ὁμοίοις περιπεσεῖν συγχωρηθῇ διὰ τὸ ἀφιλάνθρωπον.

*Afflictorum, tanquam et ipsi in corpore morantes.* Afflictorum, vel carcere, vel fame, vel alia quapiam calamitate. Qui enim secum reputat, se vestitum esse corpore iisdem afflictionibus obnoxio, illos defendet, tum quod condoleseat, tum quod metuat, ne et ipse in similia mala incidere permittatur propter inhumanitatem suam.

*Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος.* Ὅρα πόσος περὶ σωφροσύνης αὐτῷ λόγος. Καὶ γὰρ καὶ ἀνωτέρω ἁγιασμοῦ μνημονεύων, περὶ ταύτης ἔλεγε, καὶ πάλιν μετὰ ταῦτα ἐρεῖ περὶ πόρνων καὶ μοιχῶν. *Ἐν πᾶσιν* οὖν, μὴ ἐν τοῖς προβεβηκόσι μὲν, ἐν δὲ τοῖς νέοις οὔ· ἀλλ' ἐν πᾶσιν. Ἢ καὶ ἐν πᾶσι τρόποις, καὶ ἐν πᾶσι καιροῖς. Μὴ ἐν θλίψει μὲν, ἐν ἀνέσει δὲ οὔ· μὴ ἐν τούτῳ μὲν τῷ μέρει τίμιος, ἐν ἄλλῳ δὲ οὔ· ἀλλ' ὅλος δι' ὅλου τίμιος ἔστω. Ἐνταῦθα δὲ ἐντρέπονται οἱ τὸν γάμον διαC βάλλοντες αἱρετικοί. Ἰδοὺ γὰρ τίμιος ὀνομάζεται, ὅτι ἐν σωφροσύνῃ τηρεῖ.

Vers. 4. *Honorabile connubium in omnibus, et thorus immaculatus.* Expende quanta sit ei ratio temperantiæ et continentiæ. Nam supra sanctimoniæ mentionem faciens, de hac dicebat, ac rursus post hæc de fornicatoribus et mœchis dicet. *In omnibus* igitur; non in solis provectioris ætatis hominibus, in juvenibus autem non item, verum in omnibus. Vel omnibus modis ac omni tempore: non in afflictione quidem, in tranquillitate autem non item: non in hac quidem parte pretiosum et honoratum, in illa vero secus; sed totum per omnia pretiosum sit. Hic pudefiunt hæretici, qui matrimonium calumniantur. Ecce enim honorabile dicitur, eo quod in temperantia hominem conservet.

*Πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός.* Καὶ ἐνταῦθα μετὰ ἐπιτιμίων ἡ ἀπαγόρευσις τῆς πορνείας. *Κρινεῖ* γὰρ ὁ Θεὸς, ἀντὶ τοῦ, κατακρινεῖ. Καὶ εἰκότως. Εἰ γὰρ ὁ γάμος συγκεχώρηται, δικαίως ὁ πόρνος καὶ ὁ μοιχὸς κολάζονται.

*Fornicatores autem et mœchos judicabit Deus.* Hic etiam cum adjuncta multa, fornicationis est prohibitio. *Judicabit* enim *Deus*, hoc est, condemnabit. Nec immerito: si enim matrimonium **757** est permissum, fornicator et mœchus merito puniuntur.

*Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος.* Οὐκ εἶπε, Μηδὲν κέκτησθε[90], ἀλλὰ, Κἂν ἔχητε, μὴ ἦτε δεδουλωμένοι, ἀλλ' ἐλευθερίως ταῦτα ἔχετε, ὥστε κἂν ποτε ἐκπέσητε τούτων, μὴ δυσχεραίνειν· ὅπερ καὶ ἀνωτέρω D εἶπεν, ὅτι *Τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε.* Καὶ ἄλλως δὲ, ἐπειδὴ πολλοὶ μετὰ τὸ κενῶσαι τὰ ὑπάρχοντα, σπουδάζουσιν ἀνακτᾶσθαι πάλιν, προφάσει τοῦ δεῖν ἐλεεῖν, φησίν· *Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος.* Διὸ καὶ ἐπάγει·

Vers. 5. *Sint mores sine avaritia.* Non dixit, Nihil possideatis; sed, Si habueritis facultates, ne redigamini in carum servitutem, sed libere eas habete, ut si quando contingat vos eas amittere, non ægro animo feratis: quod et supra dixit: *Rapinam possessionum vestrarum cum lætitia excepistis.* Deinde quia haud pauci postquam res suas amiserint, eas recuperare moliuntur, prætextu eleemosynæ in alios conferendæ, dicit: *Sint mores sine avaritia.* Propterea etiam infert:

*Ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν.* Δείκνυσι πῶς ἂν ἀφιλάργυροι εἴημεν. Ἐὰν ἀρκούμεθα τοῖς παροῦσιν, ἐὰν μηδὲν πλέον ζητῶμεν τῆς χρείας καὶ τῶν ἀναγκαίων. Ὁ γὰρ πλέον ὢν ἔχει, ζητῶν, πρόδηλον ὡς φιλάργυρος.

*Contenti præsentibus.* Ostendit quemadmodum ab avaritia alieni esse possimus, nempe, si contenti simus præsentibus, si nihil præter usum et necessitatem inquiramus. Qui enim plura quam habet quærit, planum est eum avarum esse.

*Αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδὲ οὐ*

*Ipse enim dixit: Non te deseram, neque te dere-*

Variæ lectiones.

[89] φιλοκρινεῖν ο. [90] Ἔχοντες ο.

Digitized by Google

*linquam* [76]. Quia verisimile erat nonnullos dicturos : At quid faciemus, si necessaria nobis non suppetant? Hoc, inquit, nullo modo fieri potest. Deus enim per Isaiam dicit: *Non te deseram*, neque quidquam mentitur. Sed et illos ipsos Judæos verisimile erat dicere : Et quibus præsentibus contenti erimus? Nos facultatibus nostris spoliati sumus, et nihil nobis superest. Dicit igitur, Potestis iis quæ supersunt, quantumvis pauca fuerint, contenti esse: Deus enim dixit: *Non te deseram*, hoc est, non te omittam. Ac etiamsi Apostolus fortasse de rebus necessariis acceperit, tu vero de omni negotio accipies hoc Dei dictum.

A μή σε ἐγκαταλίπω. Ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν τινας εἰπεῖν· Τί οὖν ἂν οὐδὲ τὰ ἀναγκαῖα ἔχωμεν; φησίν· Οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Ὁ γὰρ Θεὸς διὰ τοῦ Ἡσαΐου λέγει, ὅτι *Οὐ μή σε ἀνῶ* · καὶ οὐ ψεύδεται πάντως. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς δὲ τούτους τοὺς ἐξ Ἰουδαίων εἰκὸς ἦν εἰπεῖν, ὅτι Ποίοις παροῦσιν ἀρκεσθησόμεθα; Ἡμεῖς διηρπάγημεν, οὐδὲν ἔχομεν λοιπόν. Φησὶν οὖν ὅτι Δύνασθε τοῖς ὑπολειφθεῖσι, κἂν βραχέα εἶεν, ἀρκεῖσθαι. Ὁ γὰρ Θεὸς εἴρηκεν *Οὐ μή σε ἀνῶ*, τουτέστιν Οὐ μή σε ἐάσω. Εἰ τάχα δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος περὶ τῶν χρειωδῶν ἐξεδέξατο τοῦτο, ἀλλά γε καὶ ἐπὶ παντὸς πράγματος δέξαι τοῦτο ῥηθὲν ὑπὸ Θεοῦ.

Vers. 6. *Ut confidentes dicamus : Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo.* Quandoquidem hæc Deus dixit, certa omnino sunt. Deinceps igitur confidenter dicamus, quod diripientes bona nostra, nos in angustias non protrudent.

B Ὥστε θαῤῥοῦντας ἡμᾶς λέγειν· *Κύριός μοι βοηθός, καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος.* Ἐπεὶ ταῦτα εἶπεν ὁ Θεὸς, πιστὰ πάντως εἰσί. Λοιπὸν οὖν θαῤῥοῦντες λέγωμεν, ὅτι οἱ διαρπάζοντές τὰ ὑπάρχοντα ἡμῶν, οὐ στενώσουσιν ἡμᾶς.

Vers. 7. *Mementote præpositorum vestrorum, qui locuti sunt vobis verbum Dei.* Ad hoc Thessalonicenses quoque adhortabatur, ut eos abundantius honore afficerent. Ac quemadmodum illi verbum impertiunt, sic illi, si fieri possit, succurrant eis in externis corporis necessitatibus. Hoc enim innuit per, *Mementote*. Vel ad imitationem eorum istos excitat.

Μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο καὶ Θεσσαλονικεῦσι παρῄνει, ὥστε ἔχειν αὐτοὺς ἐν τιμῇ ὑπερεκπερισσοῦ. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖνοι τοῦ λόγου μεταδιδόασιν, οὕτως, εἰ ἔνεστι βοηθεῖν αὐτοῖς ἐν ταῖς σωματικαῖς χρείαις. Τοῦτο γὰρ αἰνίττεται διὰ τοῦ, *Μνημονεύετε*. Ἢ καὶ πρὸς μίμησιν αὐτῶν ἐπαλείφει τούτους.

*Quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem.* Hoc est, exactius considerantes. Ac quemadmodum discipuli pictoris ad primum exemplar, sic et vos nunquam non defigentes oculos ad exitum, hoc est, ad finem ipsorum conversationis, id est, morum et vitæ, quod bonum finem nacta sit, imitamini ipsorum fidem. Ex fide enim vita pura nascitur. Si enim futuris fidem **758** non adhiberent, sed dubitarent, conversationem irreprehensibilem non ostendissent. Rursus autem pusillanimitatem eorum curat; vel fidem dogmatum dicit. Infert igitur:

C Ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, *μιμεῖσθε τὴν πίστιν.* Τουτέστιν, ἀκριβέστερον ἀνασκοποῦντες. Καὶ ὥσπερ μαθηταὶ ζωγράφου πρὸς τὸ ἀρχέτυπον, οὕτως ὑμεῖς ἀεὶ βλέποντες [91] πρὸς τὴν ἔκβασιν, τουτέστι τὸ τέλος τῆς αὐτῶν ἀναστροφῆς, ὅ ἐστι πολιτείας, ὅτι χρηστὸν τέλος ἔσχε, μιμεῖσθε αὐτῶν τὴν πίστιν. Ἀπὸ γὰρ τῆς πίστεως ὁ βίος ὁ καθαρός. Εἰ μὴ γὰρ ἐπίστευον τοῖς μέλλουσιν, ἀλλὰ ἀδίσταζον, οὐκ ἂν ἐπεδείξαντο πολιτείαν ἀμεμπτον. Πάλιν δὲ τὸ μικρόψυχον αὐτῶν θεραπεύει· ἢ πίστιν τὴν τῶν δογμάτων λέγει. Ἐπάγει οὖν·

Vers. 8. *Jesus Christus heri et hodie idem, et in sæcula.* Nonnulli enim uti videtur, exstiterunt fidem adulterantes, et dicentes : Alius veniet, quem hodie usque exspectant Judæi. Ait igitur: Idem est Christus *heri*, id est, omni præterito D tempore, *et hodie*, hoc est, præsenti tempore, *et in sæcula*, futura scilicet, adeoque infinita, nec veniet alius. Ne erretis igitur. Vel : Quemadmodum præpositos vestros non deseruit, sed in omnibus adjuvit eos, hunc ad modum et vobis auxiliabitur. Idem enim est.

Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ὡς ἔοικε γὰρ, ἦσάν τινες παραχαράττοντες τὴν πίστιν, καὶ λέγοντες, ὅτι Ἕτερος ἥξει, ὃν καὶ μέχρι τοῦ νῦν προσδοκῶσιν Ἑβραῖοι. Φησὶν οὖν ὅτι Αὐτός ἐστι Χριστὸς χθὲς, τουτέστι, τὸν παρελθόντα πάντα χρόνον, καὶ σήμερον, τουτέστι, κατὰ τὸν ἐνεστῶτα, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, τοὺς μέλλοντας καὶ ἀπεράντους, καὶ οὐχ ἥξει ἕτερος. Μὴ τοίνυν πλανᾶσθε. Ἢ ὅτι ὥσπερ τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν οὐ κατέλιπεν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ἀντελαμβάνετο αὐτῶν, οὕτω καὶ ὑμῶν ἀντιλήψεται. Ὁ αὐτὸς γάρ ἐστι.

Vers. 9. *Doctrinis variis et peregrinis ne circumferamini. Variis*, id est, nunc his, nunc illis, et aliquando ab istis, aliquando ab illis. Præterea,

Διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ περιφέρεσθε. *Ποικίλαις*, ταῖς ἄλλοτε ἄλλαις, καὶ παρ' ἄλλων καὶ ἄλλων, ἀλλὰ καὶ ξέναις τοῦ ὀρθοῦ δόγματος. Ἔστι

[76] Jos. I, 5.

Variæ lectiones.

[91] ἀποβλέποντες O.

Digitized by Google

γὰρ ποικίλην μὲν εἶναι διδασκαλίαν, μὴ ξένην δέ· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀδόκιμον. Ὅταν δὲ καὶ ποικίλαι, τουτέστι, παρὰ τοῦδε τόδε, καὶ τοῦδε τόδε· καὶ ξέναι, τουτέστιν, ἀλλότριαι τῆς ἀληθείας, τότε δεῖ φυλάττεσθαι. Ἡ γὰρ ἀλήθεια μονοειδὴς, καὶ πρὸς ἓν ἀφορῶσα. Ὅρα δὲ τὸ, *Περιφέρεσθε*, ὡς ἐπὶ τινῶν κούφων, καὶ ἐνταῦθα κἀκεῖ ῥᾳδίως περιαγομένων.

*Καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, οὐ βρώμασιν, ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν οἱ περιπατήσαντες.* Αὗται αἱ ξέναι διδασκαλίαι. Αἰνίττεται γὰρ τοὺς τὴν Ἰουδαϊκὴν παρατήρησιν τῶν βρωμάτων εἰσάγοντας. Φησὶν οὖν, ὅτι *Τῇ χάριτι*, τουτέστι, τῇ πίστει βεβαιοῦσθαι δεῖ ἡμᾶς, καὶ πληροφορεῖσθαι, ὅτι οὐδὲν ἀκάθαρτον, ἀλλὰ πάντα τῷ πιστεύοντι καθαρά. Πίστεως οὖν δεῖ, οὐ βρωμάτων παρατηρήσεως. Οἱ γὰρ ἐν τοῖς βρώμασι περιπατήσαντες, τουτέστι, τῇ τῶν βρωμάτων παρατηρήσει στοιχήσαντες διαπαντὸς, οὐδὲν εἰς ψυχὴν ὠφελήθησαν, ὡς τῆς πίστεως ἔξω ὄντες, καὶ τῷ νόμῳ τῷ ἀνωφελεῖ δουλεύοντες. Καὶ ἄλλως δὲ, τί ὠφελοῦντο ἀπὸ τῆς παρατηρήσεως, φησὶν, ὅπουγε οὕτως[29] ἦσαν μιαροὶ, ὥστε μὴ δύνασθαι μετέχειν τῶν θυσιῶν;

*Ἔχομεν θυσιαστήριον ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες.* Ἐπειδὴ εἶπεν ὅτι οὐ δεῖ παρατηρεῖσθαι βρώματα, ἵνα μὴ δόξῃ εὐκαταφρόνητα εἶναι τὰ ἡμέτερα διὰ τὸ ἀπαρατήρητον[30], φησὶν ὅτι, Καὶ ἡμεῖς ἔχομεν παρατήρησιν, ἀλλ' οὐκ[31] ἐπὶ βρώμασι τοιούτοις, ἀλλ' ἐπὶ τῷ θυσιαστηρίῳ, ἤτοι τῇ ἀναιμάκτῳ θυσίᾳ τοῦ ζωοποιοῦ σώματος. Ταύτης γὰρ οὐδὲ τοῖς νομικοῖς ἀρχιερεῦσι μεταλαβεῖν ἔξεστιν, ἕως ἂν λατρεύωσι τῇ σκηνῇ, τουτέστι, τοῖς νομικοῖς τύποις, τοῖς παροδικοῖς, τοῖς καταλυομένοις, τοιοῦτον γὰρ ἡ σκηνὴ, ἢ τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὥσπερ τῶν νομικῶν θυσιῶν οὐ μετεῖχον οἱ λαοὶ[32], ὡς ἀνάξιοι.

*Ὧν γὰρ εἰσφέρεται ζώων τὸ αἷμα περὶ ἁμαρτίας εἰς τὰ Ἅγια διὰ τοῦ ἀρχιερέως, τούτων τὰ σώματα κατακαίεται ἔξω τῆς παρεμβολῆς. Διὸ καὶ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε.* Δείκνυσι τὰ παρ' Ἰουδαίοις σεμνὰ τύπους ὄντα τῶν ἡμετέρων, καὶ φησιν, ὅτι, Οὐδὲν ἦσαν ἐκεῖναι αἱ θυσίαι, ὧν ἐκωλύοντο μετέχειν οἱ τοῦ λαοῦ· τῆς δὲ ἡμετέρας θυσίας οὐδὲ οἱ τοῦ νόμου ἀρχιερεῖς μετέχουσι. Ταύτην γὰρ ἐκεῖναι ἐτύπουν. Ὥσπερ γὰρ τῶν ζώων τῶν ὑπὲρ ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ προσφερομένων, τὸ μὲν αἷμα εἰς τὰ Ἅγια εἰσῆγεν ὁ ἀρχιερεὺς, τὰ δὲ σώματα ἔξω τοῦ στρατοπέδου κατεκαίετο· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ κόσμου παθὼν, τὸ μὲν αἷμα αὐτοῦ εἰς τὰ Ἅγια εἰσεκόμισε τῷ Πατρὶ ὡς Ἀρχιερεὺς, τὸ δὲ σῶμα ἀνεσκολοπίσθη ἔξω τῆς παρεμβολῆς. Ἀνάμνησιν οὖν τῆς θυσίας ἐκείνης τε-

A *peregrinis*, a recta doctrina nimirum. Potest enim varia esse doctrina, quæ tamen non sit peregrina, ac propterea ne rejicienda quidem. Quando autem et variæ fuerint, hoc est, ut ab hoc illud doceatur, et ab illo aliud: et peregrinæ, hoc est, alienæ a veritate, tum necessum est ut præcaveamus nobis. Veritas enim simplex est, et ad unum respicit. Observa autem, *Circumferamini*, ceu de quibusdam levibus, qui facile huc illuc circumferuntur.

*Bonum est enim gratia stabiliri cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis.* Hæ sunt peregrinæ doctrinæ. Latenter enim carpit eos qui Judaicam observationem ciborum introducebant. Ait igitur, *Gratia*, hoc est fide, stabiliri nos oportet, ac certos reddi, quod nihil sit immundum, B sed omnia credenti sunt munda. Fide igitur, non ciborum observatione opus est. In cibis enim obambulantes, hoc est, in ciborum observatione versantes semper, animæ suæ nihil commodarunt, quippe quia extra fidem, ipsique legi inutili inservientes. Adhæc, quid emolumenti habebant, inquit, ex ciborum observatione, quandoquidem adeo polluti fuerint, ut ne participes quidem esse potuerint sacrificiorum?

Vers. 10. *Habemus altare, de quo non habent edendi potestatem, qui tabernaculo serviunt.* Postquam dixerat non esse observandos cibos, ne videantur nostra despicatui habenda, quod observatione careant: Nos, inquit, observationem C habemus, verum haud eam quæ sit in hujusmodi cibis, sed super altari, sive incruenta hostia vivifici corporis. Hujus enim ut sint participes, ne pontificibus quidem legalibus permittitur, tantisper dum tabernaculo inserviunt, hoc **759** est, legalibus umbris et figuris quæ transeunt ac dissolvuntur, tale quiddam enim tabernaculum erat, vel mundo huic, perinde ac legalium sacrificiorum vulgus, utpote indignum, haud erat particeps.

Vers. 11-12. *Quorum enim animalium sanguis infertur pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod et Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.* Demonstrat, ea quæ præclara apud Judæos fuerunt, rerum nostrarum D figuras exstitisse: nullius asserens pretii fuisse ea sacra, quorum non potuerit esse consors populus. At nostri sacrificii ne legis quidem pontifices consortes esse possunt: siquidem nostri sacri illæ oblationes typus erant. Ut enim eorum animalium quæ pro populi peccatis offerebantur sanguinem quidem intulit in Sancta Pontifex, corpora vero extra castra cremabantur: hunc ad modum Christus pro mundi peccatis passus, sanguinem quidem suum in Sancta intulit Patri tanquam Pontifex, corpus autem palo affixum est extra castra. Memo-

Variæ lectiones.

[29] τοιοῦτοι o. [30] ἀπαραίτητον o. [31] οὐ τῶν ἐν o. [32] λαϊκοὶ m.



Digitized by Google

riam itaque illius sacrificii perficientes nostri pontifices, sanguinem Domini in nostra sancta et ad altare, tanquam in cœlum ferunt. Hanc ob rem legis pontificibus non licet ex hoc altari edere, tanquam alienigenis, et qui supra mundum hunc non sapiant: nos autem secus.

A λοῦντες οἱ παρ' ἡμῖν ἀρχιερεῖς, τὸ αἷμα τοῦ Κυρίου εἰς τὰ παρ' ἡμῖν ἅγια, καὶ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσκομίζουσιν, ὡς εἰς οὐρανόν. Διὸ τοῖς νομικοῖς ἀρχιερεῦσιν οὐκ ἔξεστιν ἐκ τούτου τοῦ θυσιαστηρίου φαγεῖν, ὡς ἀλλογενέσι, καὶ ὡς μὴ ὑπὲρ τὸν κόσμον τοῦτον φρονοῦσιν· ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως.

Vers. 13. *Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portantes.* Quia extra portam Christus passus est, egrediamur et nos ad ipsum extra portam, hoc est, extra mundum, *improperium ejus ferentes*, hoc est, eadem cum ipso patientes. Ipse instar condemnati ac latronis, cruci est affixus foris: nos itaque e mundo ejusque rebus splendidis exire non pudeat, etiamsi ignominia hoc videatur. Rursus autem eos adhortatur ea ferre quæ a Judæis inferuntur ipsis, sive injuriæ, sive B rapinæ fuerint.

*Τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες.* Ἐπεὶ ἔξω τῆς πύλης ἔπαθεν ὁ Χριστὸς, ἐξερχώμεθα καὶ ἡμεῖς πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς πύλης, τουτέστι, τοῦ κόσμου, *τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες*, τουτέστι, τὰ αὐτὰ αὐτῷ πάσχοντες. Ἐκεῖνος ὡς κατάδικος καὶ λῃστὴς ἐσταυρώθη ἔξω· μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς αἰσχυνθῶμεν ἐξιέναι ἔξω τοῦ κόσμου καὶ τῶν τούτου λαμπρῶν, κἂν ἀτιμία δοκῇ τοῦτο. Πάλιν δὲ προτρέπεται αὐτοὺς φέρειν τὰ παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἐπαγόμενα αὐτοῖς, κἂν ὕβρεις εἶεν, κἂν ἁρπαγαί.

Vers. 14. *Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus.* Confirmat hic necessarium esse ut egrediamur extra portam, hoc est mundum. Non habemus enim participationem aliquam in hoc mundo, quandoquidem neque maneat. Debemus igitur fugere extra hunc, et ad futuram urbem accurrere, hoc est ad cœlum.

*Οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν.* Τὸ δεῖν ἐξέρχεσθαι ἔξω τῆς πύλης, τουτέστι τοῦ κόσμου, κατασκευάζει. Οὐκ ἔχομεν γὰρ μετοχήν τινα ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἐπεὶ οὐδὲ μένει. Ὀφείλομεν οὖν φεύγειν ἐκ τούτου, καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν πόλιν τρέχειν, τουτέστι τὸν οὐρανόν.

Vers. 15. *Per ipsum igitur offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructus labiorum confitentium nomini ejus.* Per ipsum ceu per Pontificem secundum carnem, offerimus Patri hostiam laudis, hoc est gratiarum actionem. Gratias enim agimus Patri, quia Filium suum dederit pro sanctificatione nostra: hoc autem propter infirmos. Nam C quod Filii sit 760 gratia, planum est ex eo quod sit æqualis ei cum Patre honos. *Ut* enim *omnes*, inquit, *Filium honorent, quemadmodum honorant Patrem.* Ista igitur gratiarum actio, fructus est labiorum confitentium, hoc est, laudantium nomen ejus. Itaque neque hujus sacrificii possunt esse participes legis pontifices. Non possunt enim gratias agere pro sanguine Christi, qui non omnino per ipsum sanctificati sunt, eo quod permaneant in incredulitate. Animadverte autem, qui rursus eos ad gratiarum actionem impellat, ut neque murmurent, neque asperum quiddam ac temerarium loquantur præ pusillanimitate aut desperatione.

*Δι' αὐτοῦ οὖν ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως διαπαντὸς τῷ Θεῷ, τουτέστι, καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.* Δι' αὐτοῦ, ὡς δι' Ἀρχιερέως τὸ κατὰ σάρκα, ἀναφέρομεν Πατρὶ θυσίαν αἰνέσεως, τουτέστιν, εὐχαριστίαν. Εὐχαριστοῦμεν γὰρ τῷ Πατρὶ, ὡς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ δόντι ὑπὲρ τοῦ ἁγιάσαι ἡμᾶς. Τοῦτο δὲ διὰ τοὺς ἀσθενεῖς. Ἐπεὶ ὅτι τοῦ Υἱοῦ ἡ χάρις, δῆλον ἐκ τοῦ ἴσην εἶναι τὴν τιμήν. *Ἵνα* γὰρ, φησὶ, *τιμῶσι πάντες τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα.* Αὕτη οὖν ἡ εὐχαριστία καρπός ἐστι χειλέων ὁμολογούντων, τουτέστιν, ἐξομολογουμένων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Ὥστε οὐδὲ ταύτης τῆς θυσίας ἔξεστι μεταλαβεῖν τοῖς νομικοῖς ἀρχιερεῦσιν. Οὐ γὰρ δύνανται εὐχαριστῆσαι ὑπὲρ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, οἱ μηδόλως αὐτῷ ἁγιασθέντες, διὰ τὸ ἀπομεῖναι ἐν αὐτῇ τῇ ἀπιστίᾳ. Ὅρα δὲ πῶς πάλιν εἰς τὸ εὐχαριστεῖν αὐτοὺς συνωθεῖ, καὶ μὴ γογγύζειν, μηδὲ θρασύ τι καὶ τολμηρὸν φθέγγεσθαι ἀπὸ μικροψυχίας.

Vers. 16. *Beneficentiæ vero et communicationis nolite oblivisci.* Ubi sunt ii qui prætexentes egestatem, ejus nomine nihil impertire volunt? Audiant hic, quod pauperrimos, nempe quibus facultates direptæ erant, adhortetur Paulus ne eleemosynæ obliviscantur. Hanc autem communicationem nominat; quam vero ob causam, sæpe diximus.

*Τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε.* Ποῦ οἱ προφασιζόμενοι πενίαν, καὶ διὰ τοῦτο D μὴ μεταδιδόντες; Ἀκουσάτωσαν ὅτι τοῖς πενεστάτοις, τοῖς διαρπαγεῖσι παραινεῖ Παῦλος μὴ ἐπιλανθάνεσθαι τῆς ἐλεημοσύνης. Ταύτην δὲ κοινωνίαν ὀνομάζει, δι' ἣν πολλαχοῦ αἰτίαν εἴπομεν.

*Talibus enim hostiis promeretur Deus.* Gratiarum actionis, et beneficentiæ. Qui enim gratus est, planum est eum ad impertiendum propensum esse, ut qui sciat quantis bonis sit donatus.

*Τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός.* Ταῖς τῆς εὐχαριστίας καὶ τῆς εὐποιΐας. Ὁ γὰρ εὐχάριστος, πρόδηλον ὅτι καὶ εὐμετάδοτός ἐστιν, ἅτε εἰδὼς τίνων ἠξίωται.

Vers. 17. *Obedite præpositis vestris.* Episcopos hic intelligit. Cum autem prius eos laudibus evexisset, fideles eos appellando, ac dignos quos imitarentur ii qui eos contemplarentur, et ob ocu-

*Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν.* Περὶ ἐπισκόπων λέγει. Πρότερον δὲ ἐπαινέσας αὐτοὺς ἐν τῷ εἰπεῖν, πιστοὺς, καὶ ἀξίους τοῦ ζηλοῦσθαι παρὰ τῶν ἀναθεωρούντων αὐτοὺς, τότε ἐπάγει· *Πείθεσθε.* Τί

Digitized by Google

οὖν; Παντὶ ἄρχοντι πείθεσθαι δεῖ, κἂν κακὸς ᾖ; Πῶς λέγεις τὸ, *κακός*; Ἐὰν μὲν περὶ τὴν πίστιν, φεῦγε αὐτὸν, κἂν ἄγγελος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ᾖ. Ἐὰν δὲ περὶ τὸν βίον ᾖ κακὸς, πείθου αὐτῷ. *Πάντα γὰρ ὅσα ἂν λέγωσιν ὑμῖν ποιεῖν, ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποεῖτε.* Περὶ δὲ τῶν κατὰ πίστιν διεφθαρμένων λέγει· *Διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ περιφέρεσθε.* Τί δήποτε; Ὅτι ὁ μὲν κακῶς ποιῶν [33], οὐκ ἂν *κακῶς* βιοῦν συμβουλεύσῃ τοῖς ἄλλοις· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ταῦτα πράττων αἰσχύνεται· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ μηχανᾶσθαι πάντα τρόπον κρύπτειν ἃ πράττει· ὁ δὲ περὶ τὴν πίστιν κακὸς, καὶ τῷ λαῷ ἂν κηρύξει τὸ αὐτοῦ φρόνημα.

A los ponerent, tunc infert: *Obedite.* Quid ergo? numquid omni magistratui obtemperandum est, licet malus fuerit? Quomodo dicis, *malus?* Si circa fidem, fuge eum, etiamsi angelus de cœlo fuerit. Si autem in moribus malus sit, obtempera ei. *Omnia enim quæcunque dixerint vobis ut faciatis, facite: secundum autem opera eorum nolite facere* [77]. De iis autem qui circa fidem sunt corrupti, ait: *Doctrinis variis et peregrinis nolite circumagi.* Quid ita? Nam male agens, haud aliis consulet ut male vivant. Nam et ipse talia perpetrans, rubore suffunditur; quod vel inde liquet, quia conatur omni ratione occultare quod perpetrat. Qui vero in fide perversus fuerit, populo etiam suam opinionem promulgare cupit.

*Καὶ ὑπείκετε.* Τὴν ἐπιτεταμένην πειθὼ διὰ τοῦ, *ὑπείκετε*, δηλοῖ, ὥστε καὶ δι' ἔργων αὐτοῖς δουλεύειν, εἰ δεήσει.

B *Et subjacete eis.* Intensam hic obedientiam per verbum, ὑπείκετε, indicat, adeo ut etiam in operibus serviamus iis, si res exigit.

*Αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες.* Ἀκουέτωσαν οἱ ἡγούμενοι, ὅτι ὥσπερ τὸν λαὸν πειθήνιον εἶναι χρὴ, οὕτω καὶ τὸν ἱερέα ἀγρυπνον ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, ὡς μέλλοντα δοῦναι λόγον ὑπὲρ ὧν αὐτοὶ ἁμαρτάνουσιν.

*Ipsi enim vigilant pro animabus vestris, tanquam rationem reddituri.* Audiant hic præpositi, quod perinde ut populum morigerum esse convenit, sic sacerdotem esse excubitorem pro populo, ut qui rationem sit pro peccatis eorum redditurus.

*Ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, καὶ μὴ στενάζοντες· ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦτο.* Ἐὰν μὲν ὑπείκῃς, φησὶ, καὶ θεραπεύῃς τὸν ἡγούμενόν σου, τὸ βάρος τῆς ὑπὲρ σοῦ φροντίδος κοῦφον ποιεῖς αὐτῷ, ἅτε χαίροντι ἐπὶ τῷ ὑποτάσσεσθαί σε. Ἐὰν δὲ ἀπαναισχυντῇς, σύτὸς μὲν καὶ οὕτως ἀγρυπνήσει ὑπὲρ τῆς σῆς ψυχῆς· πλὴν, ἐὰν μὴ διορθώσῃ τὸ ἀνυπότακτον, στενάξει κατὰ σοῦ πρὸς τὸν Θεόν· ὅπερ ἀλυσιτελές σοι. Ὅρα δὲ, οὐκ ἐπιτρέπει τῷ ἡγουμένῳ ἄλλως ἀμύνασθαι, εἰ μὴ διὰ στεναγμοῦ. Τοῦτο δὲ αὐτῷ μὲν πραϋπάθειαν ἐγκαθιστᾷ· τῷ μέντοι ἀδιορθώτῳ ἐκείνῳ, μείζονα τὴν πυρὰν τῆς κολάσεως ὑπανάπτει, αὐστηρότερον κολαστὴν παρακινοῦντι τὸν Θεόν. Ὥστε μὴ ἐπειδὴ στεναγμός ἐστι, καταφρονήσῃς, ὁ τῷ ἡγουμένῳ ἀπειθῶν, ἀλλὰ πλέον φοβήθητι, ὅτι τῷ Θεῷ σε παραδίδωσι.

*Ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes: hoc enim non expedit vobis.* Si cesseris, inquit, et morem gesseris præposito tuo, onus quod ex cura tui ille gerit, ei leve reddis ac facile, ut qui gaudeat propter obedientiam tuam. Sin impudens sis et inobediens, ipse quidem etiam C sic vigilabit pro anima tua: nisi tamen correxeris inobedientiam tuam, ingemiscet adversus te ad Deum: quod sane tibi inutile futurum est. Expende autem, quod præposito non aliter vindictam permittat, quam per gemitum. Istud autem mansuetudinem in ipso operatur: ille vero qui vitæ suæ mores in melius non mutat, majorem supplicii pyram accendit, utpote qui Deum severiorem vindicem excitat. Quocirca tu qui præposito immorigerus es, noli eum contemnere quia gemitus tantum edit: quin potius metue, quia Deo te tradit.

*Προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν· πεποίθαμεν γὰρ ὅτι καλὴν συνείδησιν ἔχομεν ἐν πᾶσιν.* Ἐπειδή τινες διέβαλλον τὸν Ἀπόστολον, ὡς ἀποστασίαν ἐκ τοῦ νόμου διδάσκοντα, διὰ τοῦτο ἀπεχθῶς εἶχον πολλοὶ τῶν Ἑβραίων [34] πρὸς αὐτόν. Διὸ οὔτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν ἀρχῇ τῆς Ἐπιστολῆς τέθεικεν, ὡς μὴ ἀνεχομένων αὐτῶν μηδὲ τοῦτο ἀκοῦσαι. Ἀπολογούμενος οὖν νῦν πρὸς αὐτοὺς, πρῶτον μὲν ἀξιοῖ αὐτοὺς εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, ὃ παρὰ τῶν φιλούντων εἰώθαμεν αἰτεῖσθαι· ἔπειτα καὶ δείκνυσιν αὐτὸν ἀθῶον. Ἐν πᾶσι γὰρ, οὐ μόνον τοῖς ἐθνικοῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν, οὐδὲν μετὰ ὑποκρίσεως πεποιήκαμεν, ἀλλὰ τὸ συνειδὸς ἡμῶν καθαρόν ἐστι, καὶ οὐ συνοίδαμεν ἑαυτοῖς

D Vers. 18. *Orate pro nobis: confidimus enim quod bonam conscientiam habemus in omnibus.* Cum nonnulli Apostolum calumniabantur, ceu defectionem a lege doceret, eam ob rem plerique ex Hebræis erga illum infenso erant animo. Hanc ob rem ne nomen quidem suum in Epistolæ hujus principio posuit, quandoquidem illud aures ipsorum non ferrent. Nunc ergo sese excusans apud eos, primum quidem rogat, ut ipsi pro se ad Deum preces fundant: id quod ab amicis nostris solemus efflagitare: deinde se innocentem monstrat. In omnibus enim, non solum apud gentes, sed ne apud vos quidem quidquam per simulationem aut fucum

[77] Matth. xxiii, 3.

Variæ lectiones.

[33] βιῶν o. [34] τῶν πιστῶν Ἑβραίων in.

Digitized by Google

egimus, sed conscientia nostra pura est : nec sumus conscii nobis quod insidias vobis struximus, aut mali quidquam adversum vos perpetravimus, aut vos calumniati sumus.

A ὅτι ἐπεβουλεύσαμεν ὑμῖν, ἢ πονηρόν τι καθ' ὑμῶν εἰργασάμεθα, ἢ διεβάλλομεν ὑμᾶς.

*Bene volentes conversari.* Hoc est, cupientes citra offendiculum vitam ducere, citraque scandalum. Etenim hoc ipsum quod dico, legem abrogatam esse, non est inimici neque hostis. Namque legis completionem potius induco, adeoque adumbrationem illam consummationem jam tandem accepisse ostendo. Quomodo igitur defectionem hanc dicetis? ecqui non potius ego benefactor vester judicor, ad perfectionem vos totos ducens, ac omnino transferens vos ab umbra, et infantili affectu?

*Καλῶς θέλοντες ἀναστρέφεσθαι.* Τουτέστιν, ἀπροσκόπως [35] διάγειν σπουδάζοντες καὶ ἀσκανδάλιστως. Καὶ γὰρ τοῦτο αὐτὸ ὃ λέγω, ὅτι κατήργηται ὁ νόμος, οὐχ ἐχθροῦ οὐδὲ πολεμίου ἐστί. Πλήρωσιν γὰρ μᾶλλον εἰσάγω τοῦ νόμου, καὶ τὴν σκιαγραφίαν δείκνυμι τὸ τέλειον λαβοῦσαν. Πῶς οὖν ἀποστασίαν τοῦτο; Πῶς δὲ οὐκ εὐεργέτης ὑμῶν ἐγὼ, ἐπὶ τὸ τέλειον ὅλους ἄγων, καὶ πάντη ἀφιστῶν τῆς σκιᾶς, καὶ τῆς νηπιώδους διαθέσεως;

Vers. 19. *Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis.* Hoc valde amantis est ipsorum, quod ita ardenter et ex animo pro sese illos precari cupiat, ut celerius restituatur ipsis. Simul autem ostendit sese conscientiæ suæ fidere, ac eam ob rem ad eos accurrere : quod sane haud fecisset, **762** si sibi alicujus mali fuisset conscius.

B *Περισσοτέρως δὲ παρακαλῶ τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν.* Τοῦτο σφόδρα φιλοῦντος ἦν αὐτοὺς, τὸ θέλειν οὕτως εὔξασθαι αὐτοὺς θερμῶς καὶ μετὰ πάσης σπουδῆς, ὥστε τάχιον ἀποκατασταθῆναι αὐτοῖς. Ἅμα δὲ καὶ δείκνυσιν ὅτι θαῤῥεῖ τῷ συνειδότι, καὶ διὰ τοῦτο προστρέχει αὐτοῖς· ὅπερ οὐκ ἂν ἐποίησεν, εἴπερ συνῄδει ἑαυτῷ πονηρόν τι.

Vers. 20. *Deus autem pacis.* Cum primum ab ipsis petiisset orationes, eosque hac in re honore affecisset, pro ipsis etiam deinceps hoc modo preces ad Deum ipse fundit. Quandoquidem, inquit, Deus pacis est, non oportet vos dissidere a me, idque propter rumorem solum.

*Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης.* Πρῶτον παρ' αὐτῶν αἰτήσας τὰς εὐχὰς, καὶ τιμήσας κἀν τούτῳ, οὕτως ἤδη καὶ αὐτὸς ἐπεύχεται αὐτοῖς. Ἐπειδὴ, φησὶ, Θεὸς εἰρήνης ἐστὶν, οὐ δεῖ ὑμᾶς διαστασιάζειν πρὸς ἐμὲ, καὶ ταῦτα ἀπὸ ἀκοῆς ψιλῆς.

*Qui reduxit ex mortuis pastorem ovium illum magnum.* Sermonem de Resurrectione apud ipsos confirmat, ex Isaiæ vaticinio locum adducens. Tanquam vero et alii pastores quidem sint, sed parvi, *magnum*, dixit. Multi namque Prophetæ doctores sunt; sed unus præceptor omnium Christus.

C *Ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν.* Τὸν περὶ ἀναστάσεως αὐτοῖς βεβαιοῖ λόγον, ἐκ τῆς Ἡσαΐου προφητείας τὴν χρῆσιν λαβών. Ὡς ὄντων δὲ καὶ ἄλλων ποιμένων μὲν, μικρῶν δὲ, εἶπε τὸ, *μέγαν*. Πολλοὶ γὰρ προφῆται διδάσκαλοι, ἀλλ' εἷς καθηγητὴς ὁ Χριστός.

*In sanguine Testamenti æterni, Dominum nostrum Jesum.* Hoc est, excitavit ipsum ex mortuis qui mortuus fuerat, et sanguinem suum effuderat, ut daret nobis Testamentum, non, ut legale illud, dissolvendum, verum quod in sempiternum duret. Vel hunc ad modum intelligas : Excitavit ipsum ex mortuis cum sanguine testamenti æterni. Excitato enim ipso, sanguis ejus nobis donatus est in testamentum. Nisi enim excitatus esset, sanguis ejus in testamentum nobis haud obtigisset.

*Ἐν αἵματι Διαθήκης αἰωνίου, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν.* Τουτέστιν, ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀποθανόντα καὶ ἐκχέαντα τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὥστε δοῦναι ἡμῖν Διαθήκην [36], οὐ καταλυομένην, ὡς ἡ νομικὴ, ἀλλὰ διαιωνίζουσαν. Ἢ καὶ οὕτως· Ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν σὺν αἵματι Διαθήκης αἰωνίου. Ἐγερθέντος γὰρ, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐχαρίσθη ἡμῖν εἰς διαθήκην. Εἰ μὴ γὰρ ἐγήγερτο, οὐκ ἂν ἦν ἡμῖν τὸ αἷμα αὐτοῦ εἰς διαθήκην.

Vers. 21. *Perficiat vos in omni opere bono.* Innuit quod opera quidem bona sint exorsi, opus autem habebant in ipsis consummari : id quod optat ipsis evenire. Hic expende primum oportere nos ordiri, deinde consummationem ipsam a Deo petere.

D *Καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ.* Δείκνυσιν ὅτι ἤρξαντο τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἐδέοντο δὲ τοῦ τελειωθῆναι ἐν αὐτοῖς· ὃ καὶ ἐπεύχεται αὐτοῖς· Ὅρα δὲ ὅτι δεῖ ἡμᾶς πρότερον ἄρχεσθαι, καὶ τότε αἰτεῖσθαι [37] τὸ τέλος παρὰ τοῦ Θεοῦ.

*Ut faciatis voluntatem ejus.* Nam qui in omni opere bono consummatus est, ille facit voluntatem Dei, non qui ex dimidia parte boni particeps est.

*Εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ.* Ὁ γὰρ ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ τελειωθεὶς, ἐκεῖνος ποιεῖ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, οὐχ ὁ ἐξ ἡμισείας τὸ καλὸν μετιών.

*Faciens in vobis quod placeat coram se, per Jesum Christum. Cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.*

*Ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὯΙ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας*

Variæ lectiones.

[35] εὐδοκίμως m. [36] κληρονομίαν m. [37] τελεῖσθαι αἰτεῖν. o.

Digitized by Google

τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ὥστε ὅταν ποιῶμεν ἡμεῖς τὸ καλὸν, ὁ Θεὸς ποιεῖ τοῦτο ἐν ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τουτέστι, μεσίτῃ καὶ ἐνεργῷ ἐκείνῳ χρώμενος. Ὁ γὰρ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν ἐξ ἀρχῆς ἐνεργήσας, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ ἐν τῇ ἐργασίᾳ τῶν ἀρετῶν μεσίτης γίνεται, καὶ τὸ Πατρικὸν θέλημα ἐν ἡμῖν πληροῖ αὐτὸς ἐνισχύων ἡμᾶς καὶ ἐνδυναμῶν πρὸς τὰς ἀγαθὰς πράξεις; Εἰπὼν δὲ τὸ, *εὐάρεστον*, προσέθηκε τὸ, *ἐνώπιον αὐτοῦ*. Τότε γὰρ ὄντως εὐαρεστοῦμεν, ὅταν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καλοὶ φαινώμεθα, οὐχ ὅταν ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων. Ὅ καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει· *Κατὰ τὴν καθαριότητα τῶν χειρῶν μου ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ*. Καὶ ὁ Ἡσαΐας· *Ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου*. A

*Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως.* Ὁρᾷς; ὃ μηδενὶ ἐπέσταλκε, τοῦτο τούτοις ἐπιστέλλει. Οὐ λέγει δὲ, τῆς παραινέσεως, ἀλλὰ, *τῆς παρακλήσεως*, τουτέστι, τῆς παραμυθίας, τῆς εἰς τὸ ὑπομένειν προτροπῆς, διὰ τὸ πρὸς τοὺς θλιβομένους εἶναι αὐτῷ τὸν λόγον.

*Καὶ γὰρ διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν.* Τοσαῦτα εἰπὼν, ὅμως βραχέα ταῦτά φησιν, ὅσον πρὸς ἃ ἐπεθύμει λέγειν. Ὡσανεὶ δὲ τοῦτο λέγει αὐτοῖς· Εἰ καὶ ὀλιγοψυχεῖτε, ἀνέχεσθέ μου, οὐ γὰρ ἔχει τις πρὸς μῆκος τῶν λεχθέντων ἀπαγορεῦσαι· ὃ καὶ ἐν τοῖς ὀλιγοψύχοις ὁρῶμεν γινόμενον. Τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι λόγου μακροῦ.

*Γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολελυμένον.* Μᾶλλον πρὸς τὸν Τιμόθεον οὐκ εἶχον ἀπεχθῶς, διὸ καὶ αὐτὸν προεστήσατο. Ἀπολελυμένον δὲ πόθεν; Ἢ ἐν φυλακῇ ἦν, καὶ ἀπελύθη· ἢ ἐξ Ἀθηνῶν ἀπελέλυτο· ἐκεῖ γὰρ ἦν. C

*Μεθ' οὗ, ἐὰν τάχιον ἔρχηται, ὄψομαι ὑμᾶς.* Καὶ τοῦτο ἱκανὸν αὐτοὺς πεῖσαι καθυφεῖναι τῆς πρὸς αὐτὸν ἀπεχθείας, εἴγε ἕτοιμός ἐστιν ἐλθεῖν μετὰ τοῦ μαθητοῦ. Ἴσως δὲ εἰκὸς τοῦτο ἐκβῆναι, καὶ ἀπελθεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπὸ Ῥώμης. Ἀπελύθη γὰρ τὴν πρώτην ὑπὸ Νέρωνος, καθὰ καὶ ἐν προοιμίοις τῆς Ἐπιστολῆς εἴπομεν.

*Ἀσπάσασθε πάντας τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους.* Ὅρα πῶς αὐτοὺς τιμᾷ, εἴγε δι' αὐτῶν τοὺς ἡγουμένους προσαγορεύει· μᾶλλον γὰρ ἔδει τοῖς ἡγουμένοις ἐπιστεῖλαι, καὶ δι' ἐκείνων τοὺς ἀρχομένους προσαγορεῦσαι· ὁ δὲ σοφώτατα τοὺς ἀσθενεστέρους ἐθεραπεύει. D

*Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας.* Οὕτως ὑμῶν περιέχομαι, ὥστε μὴ μόνος ἐγὼ ἀσπάζεσθαι ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις ἐγκαταστῆσαι τὸν πρὸς ὑμᾶς πόθον τοσοῦτον, ὥστε καὶ ἀπὸ τοσούτου διαστήματος ἐρᾷν ἐκείνους ὑμῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἀσπάζεσθαι.

*Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.* Ἐπειδὴ κοινόν τι ἐστὶν ἡ χάρις, κοινῇ ταύτην πᾶσι καὶ ἡγουμένοις καὶ ἀρχομένοις ἐπεύχεται. Τίς δέ ἐστιν ἡ χάρις; Ἡ ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν, ἡ κάθαρσις, ἡ τοῦ Πνεύματος μετάληψις. Πῶς δ' ἂν εἴη μεθ' ὑμῶν; Ἐὰν μὴ ὑβρίζητε ταύτην, ἐὰν μὴ ἀναξίως αὐτῆς

Itaque quando fecerimus quod bonum est, Deus facit hoc in nobis per Jesum Christum, hoc est, illo mediatore atque operatore usus. Qui enim in principio nobis salutem est operatus, quid mirum si in operatione etiam virtutum mediator sit, ac Paternam in nobis voluntatem impleat ipse nos confortans, et robur inspirans ad bonorum operum transactiones? Porro, cum dixisset, *quod placeat*, adjecit, *coram se*. Tum enim revera ei placemus, cum coram Deo boni apparemus, non quando coram hominibus. Quod et Propheta David inquit: *Secundum puritatem manuum mearum coram oculis ejus*[78]: et Isaias: *Auferte malum e conspectu oculorum meorum*[79].

**763** Vers. 22. *Rogo autem vos, fratres, sustinete verbum consolationis.* Viden'? quod nemini scripsit, hoc istis scribit. Non dicit autem, admonitionis, sed παρακλήσεως, hoc est consolationis, ad tolerantiam adhortationis, eo quod ad afflictos loquebatur. B

*Etenim paucis scripsi vobis.* Cum tot dixisset, brevia tamen dicit, respectu eorum quæ dicere cupivit. Propemodum autem hoc eis dicit: Etsi pusillanimes estis, sustinete me: non enim quisquam de prolixitate dictorum conqueri potest, quod in despondentibus animum fieri cernimus. Tales enim prolixum sermonem non ferunt.

Vers. 23. *Cognoscite fratrem Timotheum absolutum.* Erga Timotheum non adeo erant infenso animo, propterea ipsum primum produxit. Dimissum autem, unde? Vel in carcere erat, ac dimissus est: vel Athenis dimissus est: illic enim erat.

*Cum quo, si celerius venerit, videbo vos.* Hoc satis est ut persuadeat eis quo desistant ab hostili adversus ipsum animo, siquidem paratus est venire cum discipulo. Forsan autem verisimile est hoc ita contigisse, illumque a Roma in Judæam profectum esse. Absolutus est enim primo sub Nerone, perinde ac in hujus Epistolæ præfatione diximus.

Vers. 24. *Salutate omnes præpositos vestros et sanctos.* Expende hic quanto eos honore afficiat, siquidem per ipsos, præpositos salutat: magis enim convenichat, ut præpositis scriberet, et per illos eorum subditos salutaret: ipse vero prudentissime imbecilliores curat ac fovet.

*Salutant vos qui sunt ab Italia.* Adeo, inquit, amore vestri ego teneor, ut non solus ego salutem vobis impertiam, verum et aliis inseram tantum vestri desiderium, ut tanto a vobis dissiti intervallo, vos illi ament, et propterea salvere vos jubeant.

Vers. 25. *Gratia cum omnibus vobis. Amen.* Quia commune quiddam est gratia, communiter hanc ipsam et præpositis et subditis exoptat. Quæ autem est illa gratia? Remissio peccatorum, purificatio, Spiritus participatio. Quomodo autem fuerit vobiscum? Si eam injuria non affeceritis, si non

[78] Psal. xvii, 25. [79] Isa. i, 16.

Digitized by Google

indigne ea vivatis. Perseverat enim apud nos, quando opera bona habemus : avolat autem a nobis, quando secundum mandata ejus qui hanc nobis impertiit, non vivimus. Faxit autem Christus, ut gratiam illam et quanta per illam acceperimus, nos agnoscentes, non cum injuria ejus qui tanta nobis bona largitus est, vivamus : sed per bona operá glorificantes illum, adeoque **764** commonstrantes quod non in ingratos ac beneficii immemores gratiam istam reposuerit, teneamus haudquaquam diminutam in animabus nostris, in ipso Christo benefactore animarum nostrarum. Cum quo Patri sit gloria, una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A πολιτεύσησθε. Παραμένει μὲν γὰρ, ὅταν ἔργα χρηστὰ ἔχωμεν· ἀφίπταται δὲ, ὅταν μὴ κατὰ τὴν ἐντολὴν [35] τοῦ ταύτην διδόντος ἡμῖν ζῶμεν. Ἀλλὰ γένοιτο ἐπιγινώσκοντας ἡμᾶς ταύτην, καὶ ὅσα δι' αὐτῆς ἐλάβομεν, μὴ ἐπὶ ὕβρει τοῦ τοσαῦτα ἀγαθὰ χαρισαμένου ἡμῖν πολιτεύεσθαι· ἀλλὰ διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων δοξάζοντας ἐκεῖνον, καὶ δεικνύντας ὡς οὐκ εἰς ἀχαρίστους καὶ ἀγνώμονας τὴν χάριν ταύτην κατέθετο, ἔχειν ταύτην ἀνελάττωτον ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ τῷ εὐεργέτῃ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## Variæ lectiones.

[35] τὰς ἐντολάς ιπ.

Digitized by Google

# BONIFACII FINETTI

ORDINIS PRÆDICATORUM

## IN TERTIUM TOMUM * THEOPHYLACTI

## PRÆFATIO.

1. Cum viri gravissimi, quorum auctoritate commoveri me æquissimum erat, impense optare se mihi significassent, ut tertii hujus edendi tomi in me curam reciperem, laborem hunc detrectandum mihi minime censui, præsertim cum ii, qui suo me pene imperio compellere potuissent, pro eximia humanitate sua ad id muneris subeundum persuadere ratione maluerint; neminem aientes id magis decere, quam me, qui inedita Theophylacti Opera, quibus tomi istius pars maxima constat, Latine vertenda suscepissem. Cum igitur ad id, quod sine piaculo recusare vix poteram, aggrediendum animum appulissem, facile intellexi, assumpti partem operis esse nonnulla in tomum eumdem præfari, quibus operum, quæ continet, laborisque, quem in eodem insumpsi, rationem aliquam lectoribus redderem. Qua in re illud omnium primo purgandum videretur, quod tertius iste Theophylacti tomus multo fortasse serius, quam spes facta fuisset, in lucem nunc demum proferatur; nisi quæ dicenda inferius mihi sunt, labore me isto levarent. Ex iis enim planum compertumque fiet, nullius incuria, sed rei melius gerendæ studio moram tantam injectam fuisse. Cum namque pleraque opera quæ volumen istud complectitur, aut admodum rara, aut plane inedita forent, ac quædam etiam detecta recentissime, in iis colligendis (quod nonnisi aliena opera præstari poterat), in eisdemque ad prelum parandis plus temporis insumi oportuit quam putabatur. Necesse itaque fuit cœptam tomi hujus impressionem aliquandiu intermittere. Verum ne interim res omnino et undequaque suspensa maneret, et ne plus æquo studiosorum hominum exspectatio produceretur, solertes editionis hujus curatores tomum quartum, qui et ultimus erit, prelo subjiciendum curarunt, ut quo serius studiosi tertium istum accipiunt, eo maturius sint tomum ultimum accepturi: cujus cum impressio multum progressa jam sit, polliceri certo possumus, eum paucis posthac mensibus proditurum in lucem. Quam sane brevem dilationem eo æquiore animo tolerabit benevolus lector, quo majorem est ex hujus voluminis lectione voluptatem percepturus cum ob eximiam operum in eo contentorum præstantiam, tum propter insignem eorumdem varietatem, qua præsertim iis, qui jam editi sunt, tomus iste præcellit. Cum enim *exegetica* illi tantum opera exhibeant, hic et *exegetica*, et *oratoria*, et *sacra*, et *profana*, et *historica*, et *politica*, et *dogmatica* haud injucunda sane permistione complectitur, ut patet ex ipsorum operum catalogo, qui sequens est. I. *Commentarius in Acta apostolorum*, editus olim a Sifano. II. Alter in eadem Acta *Commentarius* recens erutus ex bibliotheca Vaticana. III. *Commentarius in Epistolas Catholicas*. IV. *Oratio in adorationem crucis*. V. *Oratio in præsentationem B. Mariæ Virginis*. VI. *Martyrium quindecim martyrum*, qui passi sunt imperante Juliano Apostata. VII. *Allocutio de iis in quibus Latini reprehenduntur a Græcis*. VIII. *Institutio regia ad Constantinum Porphyrogenitum*. IX. *Encomium in imperatorem Alexium Comnenum*. X. *Epistolæ viginti* recens erutæ ex bibliotheca *Vaticana*. XI. Extrema pars *homiliæ* undecimæ in *Resurrectionem*. XII. *Commentarius in Acta apostolorum* ex bibliotheca *Florentino Medicea*. XIII. *Epistolæ a Meursio et Lamio editæ*. Quoniam vero de omnibus his aliqua præmonenda sunt, quo quisque ad eorum lectionem accedat paratior, Præfationem hanc in totidem quot partes tomi hujus sunt, dividam sec-

* Editionis Venetæ quam sequimur.

Digitized by Google

tiones, cum majoris claritatis gratia, tum ut quisque, quæ ad singula præmonentur opera, reperire pro libito possit.

## SECTIO I.

### *De Commentario in Acta apostolorum edito a Sifano.*

II. Operum omnium, quæ hoc volumine continentur, agmen ducit ***Commentarius in Acta apostolorum***, Latine versus editusque a Laurentio Sifano Prunsfeldio, J. U. doctore, Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni anno 1557. Quæ illi occasio hujus edendi operis fuerit, quodve consilium, qua in eo Latine vertendo usus sit diligentia, quid demum ad ejus perfectionem præstiterit, ipse declarat cum in nuncupatoria Epistola ad Fuggeros fratres, tum in altera ad Joannem Sambucum ; quas idcirco hac in editione prætermittendas non duxi. Versio satis accurata ac nitida est. At dolendum, quod, cum Græcum, quo usus est, textum corruptum mutilumve identidem detexisset, aut saltem dubitasset, id solum ad marginem adnotare contentus, *fontem*, unde illa manavit Expositio, nempe Magni Chrysostomi in Acta apostolorum *Homilias*, consulere et expendere vel neglexerit, vel ei in mentem non venerit ; haud enim dubito, quin hac ratione plerique textus sui loca sarcire ac emendare potuisset. Hoc sane feliciter a me præstitum esse, ex Commentario, qui sequitur, lector clare perspiciet Quin, cum periculum fecerim de aliquibus locis, quæ corrupta vel mutilata merito suspicatus est ipse Sifanus, facile comperi, eorumdem defectum hujuscemodi collatione reparari commode potuisse. Sed cur, inquies, ego ipse non præstiti, quod a Sifano fieri debuisse putabam ? Quia scilicet in alienum opus manum immittere nolui. Unicum vero locum, quem edito in textu Græco non codicis, ut ego puto, defectu, neque Sifani culpa, sed mera typographi incuria, linea integra mutilatum deprehendi, ex Chrysostomi fonte sarcivi : ut videre potes pag. 11. Commentarium igitur istum, ut a laudato Sifano editus est, ipse recudendum curavi : nisi quod ex usu lectorum esse censui, versiculorum capitumque numeros, quorum alteri nullo modo, alteri rarius, et ad marginem tantum adnotati erant, accurate suis in locis ascribere. Pauca etiam ex margine expunxi, ne quid esset, quod vel teneriores quorumdam animos offendere utcunque posset.

III. An Commentarius vero iste genuinus Theophylacti nostri sit fœtus, neque Sifanus, neque quisquam alius, quem viderim, in dubium hactenus revocavit. Omnes scilicet indubiam illius, unde exscriptus est, codicis epigraphe, qua Theophylacto ascribitur, fidem præstitere. Attamen mihi, ut primum oculos in ipsum conjeci, dubium hac de re aliquod subortum est, quod a Theophylacti genio ejusque commentandi ratione paulo longius abesse videretur. Cum enim in aliis, quos edidit, Commentariis, nempe *in Evangelia*, et *in Epistolas divi Pauli*, magistrum suum Chrysostomum compendio colligat, et si quid ex aliis decerpat Patribus, id, eorum suppressis nominibus, brevi oratione subnectat; auctor hujus Commentarii ita plerumque prolixus est, ut Chrysostomum ipsum, moralibus illius subductis parænesibus, superet, tametsi in epigraphe *brevitas* et *concisio* ipsius jactetur (*a*) : ac præterea ad marginem, plurium Patrum scriptorumve nomina, ut in eo Commentariorum genere, qui *Catenæ* vulgo appellantur, fieri solet, ascribat. Quamvis tamen ista mihi aliquem injicerent scrupulum, tamen a communi opinione minime abducebant, quod probe nossem, auctores non semper eodem scribendi genere uti, etiam in rebus non dissimilibus; et majorem vel minorem prolixitatem in majorem vel minorem materiæ, quæ parata sit, copiam refundi posse : nomina vero Patrum, cum fere solum in margine appareant, ab alio fortasse adjungi potuisse, eaque non satis esse, ut *Catena* potius dicatur quam *Commentarius;* præsertim cum verba Patrum ita invicem connexa sint, ut continentem expositionem conficiant : solum idcirco ex his inferri posse Theophylacti lucubrationi aliqua ab aliis addita esse. Id vero non mirum in hujus rationis opere, quod, cum totum ferme ex alienis dictis contextum sit, eruditus quisque arbitrari poterat, ea sibi omnia adjungere licere, quæ ex usu esse putaret. His ipse mihi obortum scrupulum,

(*a*) Nempe in ea habetur, κατὰ συντομίαν συλλεγεῖσαι (supplendum, ut puto, ἐξηγήσεις) quod Sifanus vertit, *concise ac breviter collectæ*.

Digitized by Google

sin omnino sustuli, saltem utcunque sopivi. Quid eum excitaverit denuo, ex mox dicendis perspicuum fiet.

## SECTIO II.

### *De Commentario in Acta apostolorum recens eruto ex bibliotheca Vaticana.*

IV. Præcedentis Commentarii impressio ad umbilicum ferme pervenerat, cum Roma allata sunt tria folia alterius Commentarii in eadem apostolorum Acta, qui in codice bibliothecæ Vaticanæ Theophylactum præfert auctorem. Facta collatione deprehendimus, Romanum a Sifaniano cum in aliis, tum præsertim brevitate discrepare. Hoc vero nedum priorem dubitationem circa genuinum illius Commentarii auctorem denuo excitavit, sed etiam animum eo inclinavit, ut crederem, hunc potius recens detectum, quam illum Theophylacto auctori ascribendum esse : præsertim quod brevior multo sit, adeoque ad Theophylacteam commentandi rationem propius accedere videatur. Nonnulla alia subinde Roma accepta folia non solum hanc mihi suspicionem firmarunt, sed etiam editionis hujus curatoribus consilium injecerunt, hunc quoque Commentarium in lucem emittendi ; ut quem æqualis, unius nempe codicis, auctoritas velut Theophylacti fœtum commendaret, is etiam æquali publicæ lucis honore frueretur. Consilio huic, quanquam ipse auctor esse noluerim, repugnandum tamen mihi esse non censui, quippe qui perspectum haberem, eruditos homines nedum certa, sed et dubia opera eodem volumine edere consuevisse. Hæc quidem opera ad calcem voluminis plerumque rejiciuntur : at quod hoc istum locum teneret, in causa fuit jam absoluta Commentarii præcedentis impressio. Censuerunt enim editores, Commentarios, qui circa eamdem versarentur materiem, eodemque ferme dubio laborarent, loco sejungendos non esse. Hinc, cæteris interim prætermissis, quæ præ manibus habebam, hujus Latine vertendi laborem aggressus sum. Quod dum exsequor, et Commentarium ipsum propius attentiusque perspicio, in prioribus quidem sex capitibus et septimi dimidia ferme parte perpauca esse deprehendo, quæ in Commentario Sifaniano non inessent, ac ferme solum in eo discrepare, quod ille multo prolixior sit, seu multo plura contineat. Insuper fere omnia quæ utrique communia sunt, adeo cum verbis Chrysostomi congruere, ut definiri vix aut omnino non queat, utrum quæ Vaticanus Commentarius in prædictis capitibus habet, ex Sifaniano, vel simili aliquo exemplari, an immediate ex ipso Chrysostomo desumpta fuerint. Illud certum videtur, ea in parte adeo purum putum exhiberi Chrysostomum, ut hic illi titulus merito aptari posset : *Scholia in Acta apostolorum ex Chrysostomo.* Alia perpauca, quæ ei insunt ex alio penu deprompta, Commentario jam confecto superaddi allena manu potuere.

V. Sed illud hoc loco animadvertendum est, quod, cum Chrysostomus in qualibet ex illis homiliis propositum Lucæ textum bis percurrat ; seu post primam, eamque brevem verborum explanationem, aliam æque brevem et quandoque breviorem, his aut similibus verbis præmissis, subnectat : Ἀλλ' ἴδωμεν ἄνωθεν τὰ εἰρημένα, *sed superius dicta repetamus* : auctor istius, quisquis demum ille fuerit, Commentarii modo ex prima, modo ex altera Explanatione verba depromit ; et quidem plerumque ut in textu Chrysostomi jacent : solum mutatis, additis, vel demptis, majoris claritatis vel brevitatis gratia, quibusdam quandoque verbis, ut qui non tam de verbis, quam de sensu Chrysostomi laboraret. Qua tamen in re, si, quod mihi videor comperisse, candide fateri liceat, non semper satis feliciter suo ille defunctus est munere : interdum enim aut supprimit verba, quæ perficiendo sensui necessaria erant : aut superflua, quæ sensum interturbent potius quam clariorem reddant, adjungit ; vel in scholiorum delectu præterit meliora. Quam ob rem Commentarius iste Theophylacto, viro doctrina et judicii maturitate præstanti, abjudicandus videri jure posset, nisi hæc omnia in subsequentium librariorum oscitantiam, vel imperitiam, ac sæpius temeritatem refundere præstaret. Illud mihi exploratum, exemplar, quod Latine vertendum accepi, mendis aliisque defectibus esse respersum : cujus rei culpa non ei qui ipsum exaravit, qui satis diligentiæ præ se fert, sed Vaticano codici tribuenda videtur. Quidquid vero hac de re sit, eo certe major mihi in Latina concinnanda versione impendendus fuit labor, quo frequentius necesse habui cum Chrysostomi fonte illud conferre ;

Digitized by Google

ut et ejus menda corrigerem, et, ubi deesset aliquid, supplerem. In iis vero, quæ ex alio fonte hausta sunt, cum Sifaniano Commentario, et apographo Florentino, de quo inferius, eumdem in finem contuli : plura enim singulis hisce commentariis communia sunt, adeo ut alius ex alio emendari quandoque possit, atque suppleri. Quantum hujusmodi collationibus Commentarii, quo de loquor, textum ego perfecerim, compertum, exploratumque lector habebit, si advertat, verba a me ex dictis fontibus addita hisce signis [ ] inclusa esse. Ad marginem vero lateralem ascriptas reperiet variantes lectiones, non tamen omnes ; cum superfluum et inutile visum mihi fuerit, quoties manifestum aliquod mendum expungendum fuit, toties nota aliqua marginali Lectorem monere, ut alias fecit Sifanus : ob quam rem tamen eum reprehendendum non puto, cum non ad diligentiam vel peritiam suam ostentandam, sed ad omnem infidelitatis amovendam suspicionem id egisse facile credam.

VI. Hunc conferendi laborem, exemplaris emendandi supplendive causa, non solum in prioribus, ut jam innui, capitibus, sed in qualibet ipsius parte subivi. Chrysostomus tamen non ita frequenter adire opus mihi fuit, cum a medio circiter septimo capite a Chrysostomo magis discedere, et Commentario in Acta apostolorum sub nomine OEcumenii jam dudum vulgato ad amussim fere convenire deprehenderim. Eo tamen multo est brevior, quia plures longioresque in illo contentas expositiones, quæ fortasse mera additamenta sunt, prætermittit. Sed me fortasse hic quisquam interpellabit rogans : Tune igitur *OEcumenii* Commentarium in Theophylacti editione nobis exhibes? Minime vero. Sed Commentarium Theophylacto ereptum, Vaticano codice sententiam pro illo ferente, eidem Theophylacto restituo; quod in alio ejusdem commentario contigit (*a*). Neque quisquam hic mihi ducentorum circiter annorum possessionem pro OEcumenio obtrudat. Nam promptum est regerere, eam quidem ad lites de prædiorum possessione, non vero de auctorum germanitate dirimendas valere. Si enim legitimus alicujus operis auctor vetusti codicis auctoritate detegatur, illi profecto restituendum quod proprium ipsius esse cognoscitur, nulla habita ratione temporis vel possessionis; præsertim si hæc sine justo, ut dici solet, titulo acquisita sit, ut in præsentia arbitror contigisse. Nam Donatus Veronensis, qui Commentarium illum OEcumenio inscriptum, Græce tantum, vulgavit omnium primus, nullum, cur ei tribuendus sit, fundamentum aut titulum affert; Hentenius vero, qui eumdem Latine in lucem emisit, in OEcumenii favorem solam affert styli similitudinem cum alio Commentario quem OEcumenii esse jure dubitari non potest. Sed hoc argumentum, cum plerumque imbecillum, tum in hoc operum genere nullius plane roboris est : hæc enim, cum alienis plerumque contexta sint verbis, unum eumdemque stylum continenter præ se ferre non possunt. Et sane in hoc Commentario pleraque ex Chrysostomo, illius quoque verbis plerumque retentis, mutuata sunt; alia ex aliis Patribus . quod quidem constat ex eo quod plura in Græcorum *Catenis*, ut aiunt, eisdem verbis expressa legantur. Ubinam ergo OEcumenii stylus? Cum hic non de auctore, sed de collectore agatur ad alia, si quæ sint, argumenta confugere oportet. At nulla suppetunt pro OEcumenio Donatus quidem Veronensis supra laudatus in Græca ad lectorem Epistola editioni suæ præfixa *multa* in id *argumenta*, πολλὰ τεκμήρια in promptu se habere affirmat : *quæ tamen*, subdit, *non affero, ne in specie Epistolæ, plus quam deceret, prolixus essem*, ἵνα μὴ ἐν σχήματι Ἐπιστολῆς πέραν τοῦ δέοντος μακρολογήσω. At ego quidem lubenter illius prolixitatem epistolæ tulissem, ut hujusmodi argumenta, seu conjecturas in aperto poneret : quin et simplici ejus testimonio fidem non detrectarem, nisi Vaticani codicis auctoritas ab ejus me sententia avocaret. Quanquam, ne quid dissimulem, diminutum nonnihil sit Vaticani codicis hac de re testimonium. Non enim simpliciter hoc opus, ut fert consuetudo, inscribitur : Θεοφυλάκτου Ἑρμηνεία, *Theophylacti Commentarius*, vel *Interpretatio;* sed : Ἑρμηνεία ἀπὸ τῆς φωνῆς Θεοφυλάκτου, κ. τ. λ., *Commentarius* vel *Interpretatio ex voce Theophylacti*, etc. At quid ex hujusmodi inscriptionis diversitate colligi queat, haud intelligo, nisi, vel hunc Commen-

(*a*) Commentarius Theophylacti in Epistolas Pauli primo editus est a Porsena sub nomine *Athanasii*.

Digitized by Google

tarium ex ore ipsius Theophylacti, dum Acta apostolorum populo suo explanaret, a tachygrapho aliquo exceptum esse; vel ex alio fusiore ejusdem Commentario depromptum. Sed neutrum ex his contigisse, quanquam alterutrum ad eum Theophylacto adjudicandum sufficeret, argumento est similis inscriptio præfixa Proœmio Commentarii ejusdem in quatuor Evangelia, quod exstat in bibliotheca Cæsareo-Vindobonensi codice 271, quæ hoc modo se habet : Ἑρμηνεία τῶν τεσσάρων Εὐαγγελιῶν ἀπὸ φωνῆς Θεοφυλάκτου ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας, *Interpretatio quatuor Evangeliorum ex voce Theophylacti archiepiscopi Bulgariæ :* et tamen quod ibidem sequitur *Proœmium in quatuor Evangelia* est illud idem quod codices ii præferunt, qui consueta prænotantur epigraphe, nimirum : Θεοφυλάκτου Ἑρμηνεία εἰς τέσσαρα Εὐαγγέλια, *Theophylacti Interpretatio in quatuor Evangelia;* quamvis ipse Commentarius in citato codice, nescio qua de causa, non exstet : est quippe Proœmium ab ipsius Commentarii corpore avulsum. Fortasse iis, qui ita inscripsere, φωνῆ, *vox*, perinde est ac *Expositio ;* quo etiam in sensu γλῶσσα, *lingua* interdum usurpatur. Hæc aliquanto fusius persecutus sum, non ut hunc Commentarium certo vindicem Theophylacto, quòd nec fieri posse cognosco, cum alius codex æque, sin magis, vetustus alium diversumque Commentarium in eadem apostolorum Acta Theophylacto diserte tribuat, is nempe, qui a Sifano est editus ; sed ut eorum sententiam minime improbandam ostenderem, qui eum in tertio hujus editionis volumine locum habere voluerunt, tametsi maxima ex parte jampridem sub Œcumenii nomine prodiisset. Sed et eo magis mihi hæc disserenda putavi, quod Œcumenio etiam Commentarius insequens eripiatur. Quo jure paulo post demonstrabo, ubi primum absolvero ea quæ de hocce Commentario mihi adhuc dicenda supersunt.

VII. Ubi Commentarium hunc cum Œcumeniano, ita eum appello, qui ejus nomine inscriptus prodiit, modo supra dicto congruere animadverti, quoties meum exemplar mendosum aut mutilum esse, quod frequenter contigit, suspicabar, ipsum adii, ut detectis medicinam vulneribus reperirem ; quod plerumque feliciter succedebat : siquidem ille ex nitidiore magisque integro codice desumptus esse videtur. Interdum tamen textus uterque corruptus mihi visus est, quod neuter congruum sensum mihi funderet. Tum vero vel ad Sifanianum Commentarium, vel ad apographum Florentinum, vel ad præcipuum omnium fontem Chrysostomum, et quandoque ad omnes illos confugiebam. Nonnulla hujus rei exempla in inferiore margine paginarum adnotata lector observare poterit. Cum vero recte se habebat sensus, etsi viderem Chrysostomum, aut aliquem ex memoratis Commentariis vel verbis, vel ordine discrepare, nihil in exemplari meo immutandum censui : non enim alios quoscunque Commentarios, quantumvis interdum vel copia, vel concinnitate præferendos, sed hunc duntaxat Vaticanum edere mihi constitutum erat : quamobrem de illo tantummodo corrigendo et a librariorum injuriis vindicando mihi laborandum existimavi. Hinc etiam ita illum excudendum curavi, ut quo propius fieri posset, Vaticanum ipsum codicem repræsentaret. Quam ob causam, cum in Vaticano codice sacræ Scripturæ textus in varias, quæ a Græcis in sacra liturgia, Paschali tempore, perleguntur, lectiones dispertitus primo exhibeatur, et quo quæque die ab eisdem recitanda sit, adnotetur ; ac præterea integer Actuum apostolorum liber non in octo supra viginti, ut apud nos Græcosque communiter, sed in quadraginta capita dividatur ; hoc totum ipse retinendum putavi. Attamen ut studiosorum commodo et utilitati consulerem, cum ad lateralem marginem, tum in fronte paginarum eorumdem capitum numerum juxta nobis Græcisque consuetam partitionem adjunxi. Quia vero prædictæ lectiones non sese sine medio excipiunt, sed modo plura, modo pauciora, quæ in sacra liturgia perlegi nequaquam solent, interjecta identidem sunt, ideo qui Vaticanum codicem exaravit, ad earumdem initium terminumque indicandum, in margine, vel etiam intra paginæ corpus apposuit has voces : ἀρχὴ, *initium*, τέλος, *finis*. Et quia omnes istæ lectiones, quemadmodum in nostra, ita in Græcorum liturgia incipiunt his verbis : Ἐν ἐκείναις ἡμέραις, *In diebus illis ;* sæpe etiam aliqua verba ad clariorem sensus inchoationem adduntur vel repetuntur : hæc quoque librarius e regione ascripsit in margine. Verum cum hæc minus necessaria forent, imo aliquam parere confusionem lectoribus possent, ex alia vero parte non satis accurate adnotata reperissem, satius duxi ea prorsus omittere : præsertim, cum ex ecclesiastico

Digitized by Google

Græcorum libro, qui *Apostolus* vulgo dicitur, quisque facile rescire possit, quid a Græcis ex Actibus apostolicis perlegi in sacra liturgia soleat, ac quo capite quove capitis versu singulæ illæ lectiones aut incipiant aut desinant. Sed hic antequam ultra progredior, animadvertere præstat pag. 216 mendum irrepsisse in designanda Dominica, ad quam pertinet lectio, quæ ibi sequitur : nam pro *Dominica secunda post Pascha*, legendum est, *Dominica secunda Paschæ* (*a*). Cæterum, posito, ut diximus, Scripturæ textu, sequitur in codice nostro Commentarius, isque vel omnino solus, hoc est, prorsus omissis textus verbis, vel iis tantummodo compellatis, quæ respondentem inchoant versum. Hoc cum incommodum lectori futurum animadverterem, quod hinc Commentarii sensus obscurior interdum redderetur, ego sin semper, frequenter tamen, intacto quidem Græco textu, in versione Latina pauca illa Scripturæ verba addidi, quæ ad faciliorem Commentarii intelligentiam necessaria videbantur. Nonnunquam etiam unam vel alteram particulam, vel voculam, quam textus Græcus non haberet, inserui, quo commodior de una ad alteram commentationis partem transitus fieret. Et hæc quidem de hocce Commentario, meoque in illum labore.

VIII. Perpauca nunc de Vaticano codice, in quo ille continetur, dicenda manent. Codex ille, ut ipse, qui Commentarium descripsit, certiorem me fecit, inter Vaticanos est ordine sexcentesimus quinquagesimus secundus, in folio minore, initialibus litteris optime figuratis et pictis ornatus. Nota temporis, quo scriptus fuit, caret ; sed decimo quarto circiter sæculo exaratus ex characteris ratione conjicitur. Præter alia, continet primo Commentarium, quem edimus, in Acta apostolorum : cui præmittitur Index capitum istius libri, ejusque Argumentum, cujusmodi exstant, ille quidem ante Sifanianum, hoc ante OEcumenianum Commentarium. Exhibet præterea *Peregrinationes Pauli*, prout in Milliana Novi Testamenti editione, et apud OEcumenium habentur ; hoc est paulo aliter ac in Sifani editione leguntur, et a nobis hic post ipsius Sifani Epistolas et hypothesin libri Actuum proferuntur (*b*).

## SECTIO III.

### *De Commentario in Epistolas Catholicas.*

IX. Diu multumque ab hujus editionis curatoribus laboratum est, priusquam de hocce Commentario emittendo in lucem decernerent, aut decernere se jure posse arbitrarentur. Polliciti quidem illi erant, sese inter cætera etiam ineditum *Theophylacti* in *Epistolas Catholicas* Commentarium esse daturos : idque jure optimo polliceri poterant, cum jam possiderent Græcum Commentarium ex codice celeberrimæ bibliothecæ Cæsareo-Vindobonensis descriptum, quem Cl. Lambecius in Commentariis ejusdem bibliothecæ ad codicem 220, quemadmodum etiam Nesselius ejusdem abbreviator ita Theophylacto tribuunt, ut nullam de genuino ejus auctore ingerant suspicionem, nullamque cuilibet dubitandi ansam suppeditent. Verum, cum illud apographum Latinitate donandum mihi traditum esset, versione vix inchoata, de ipsius auctore haud exigua mihi est oborta suspicio : tantumque ea progressu versionis excrevit, ut paucis foliis Latine redditis, in eam sententiam devenerim, Commentarium illum vix ac ne vix quidem esse Theophylacto adjudicandum ; adeo ab ejus genio atque a vera consuetaque commentandi ratione mihi visus est abhorrere. Verumtamen ne penitus opinioni huic adhærerem, in causa erat inaudisse me, codicem, ex quo depromptum fuerat apographum, vetustate usuque adeo attritum esse, ac perdifficili etiam charactere exaratum, ut a peritissimo quoque vix legi integre posset. Quamobrem quidquid in eo dissonum minusque consentaneum occurreret, id in amanuensis imperitiam vel infidelitatem refundi posse arbitrabar. Ut hunc mihi scrupulum eximerem, ab iis, quorum intererat, impetravi, ut saltem pauca folia ab aliquo peritissimo viro ex eodem codice denuo exscribenda curarent. Quod pro eximio suo in sacras litteras studio præstare voluit vir clarissimus et linguarum orientalium peritissimus Adamus Franciscus

(*a*) Ea scilicet quæ a nobis *Dominica in Albis* appellatur, Græci eam vocant Κυριακὴν τοῦ Ἀντιπάσχα, *Dominicam Antipaschæ* seu *Contrapascha* ; quod, ut puto, sancto dici Paschæ e regione, hebdomada Paschali mediante, respondeat.

(*b*) Vide infra num. XLV, ubi de Commentario in Acta apostolorum ex bibliotheca Mediceo-Florentina erato.

Digitized by Google

de Kollar, laudatæ bibliothecæ custos meritissimus. Idem vero ei describenti, quod mihi interpretanti, incidit dubium. Sed ille, quod mihi summopere cupienti facere non licebat, executioni mandavit. Consuluit scilicet codicem 222, in quo pariter Theophylacti in Epistolas Catholicas Commentarium contineri Lambecius et Nesselius affirmant, ut hac utriusque codicis contentione detegeret, an idem vel diversus in utroque Commentarius esset. Reperit autem non sine admiratione diversum; et præterea talem, qui tanto magis Theophylacti genium, indolem, ordinem, stylum, suo judicio, præ se ferret, quanto alter ab his omnibus videbatur sibi magis alienus. Neque vero hic substitit vir publici boni amantissimus: sed tria posterioris hujus Commentarii folia, quæ specimenis loco essent, exscribendi laborem ultro suscepit; eisdemque foliis cum aliis duobus ex priore Commentario ad editores transmissis, de sua dubitatione certiores eos fecit, operamque suam in rem publicam humanissime obtulit. Illi, re diligenter perpensa, priorem Commentarium ab hac editione rejiciendum esse, confestim decreverunt: præsertim cum interea detectum a me esset, eum nihil aliud esse, quam meram Græcorum quorumdam Patrum in eas Epistolas *Catenam*, plane similem illi quæ exstat Oxonii in bibliotheca Collegii Novi codice 58, ex qua nonnulla selegit et protulit Christianus Wolfius tom. III *Anecdotorum Græcorum* a pag. 92, et tom. IV, a pag. 1. Facta namque collatione, ea omnia in prædicto apographo verbotenus exstare compereram, eo solo discrimine, quod in Oxoniensi codice nomina Patrum, quorum verba referuntur, accurate essent adnotata; in Vindobonensi vero, uno tantum, vel altero excepto, sint penitus prætermissa: quæ res interpretantem me valde torquebat; quia sublatis nominibus illis, neque ullo inter ea quæ dicerentur nexu apparente, non Commentarius aliquis, sed scopæ dissutæ, et arena sine calce, ut dici solet, viderentur. Verum, si ita est, inquies, quomodo cl. Lambecius Commentarium ejusmodi Theophylacto indubitanter ascripsit? Eadem nempe ratione, respondeo, qua et duos in easdem Epistolas Commentarios, tametsi diversos, uni eidemque tribuit auctori. Scilicet eos Commentarios ipse non legit, neque de eorum statuendis auctoribus adlaboravit; sed notis in fronte codicum repertis, fidem sine ullo examine præstitit. Cum igitur illi Commentario manu Tegnagnelii, sui in custodia Cæsareæ bibliothecæ præcessoris, prænotatum legisset: *Commentarius Theophylacti*, ut et ipse cum ea in urbe versarer, vidi, hoc satis esse duxit, ut eum inter Theophylacti Opera percenseret. Et tamen liquido constat, Tegnagnelium non alia ratione, ea sane infirmissima, Commentarium hujusmodi Theophylacto adjudicasse, quam quod eodem in codice certis quibusdam Theophylacti Commentariis esset adjunctus, eademque manu exaratus videretur.

X. Prædicto itaque Commentario a germanis Theophylacti Operibus omnino rejecto, curatores hujus editionis opportunum esse duxerunt, alium, qui, cl. Kollario judice, Theophylacti genium ac stylum præ se fert, in illius locum subrogare; in eumque finem mihi Latine reddendum tradidere. Antequam vero ipse hujusmodi versioni manum admoverem, pauca illa folia, quæ specimenis gratia huc Vindobona transmissa dixi, cum OEcumenii Commentario conferre mihi placuit, præsertim, cum primum perlegens folium, simile quidpiam jam in alio auctore, qui tum in mentem non incidebat, legisse mihi viderer. Collatis itaque iis foliis, comperi alterum Commentarium ita cum altero convenire, ut Vindobonensem et OEcumenianum unum eumdemque esse perspicerem: non quidem, quod plane et undequaque congruerent; sed quia qualiscunque inesset diversitas, ea facile posset in cod.cum varietatem refundi. Hoc cum rescissent editionis curatores, omnia primo conanda sibi constituerunt, ut Germanum aliquem et ab OEcumeniano diversum in Epistolas Catholicas Commentarium detegerent; sin vero id minus ex voto succederet, inquirendum, num satis valida argumenta præsto essent, quibus OEcumenianus ipse Commentarius in hanc editionem æquo jure asciscerétur, ac Theophylacti nomine inscriptus ederetur in lucem. Spe prima paulo post dejecti ex inexspectatissima morte Ignatii Inici Caraccioli, pontificii ad Hispaniarum regem legati, cujus ope duntaxat se consequi posse sperabant apographum illius Commentarii Theophylacto inscripti in Epistolas Catholicas, qui in celeberrima Escorialensi bibliotheca asservari dicitur, quique unus supererat consulendus, ad alteram animum operamque suam converterunt: cujus compotes evasisse

Digitized by Google

sese, jure meritoque arbitrati sunt. Cum enim juxta effatum evangelicum : *In ore duorum, vel trium stet omne verbum*, seu duobus, vel tribus testibus satis veritas quæque firmetur, nos ad ejusmodi Commentarium Theophylacto vindicandum totidem nacti sumus testimonia : primo scilicet laudatum codicem Cæsareo-Vindobonensem Theophylacto Commentarium illum diserte ascribentem ; alium præterea codicem ejusdem bibliothecæ signatum n. 223, qui solum quidem continet Commentarios Theophylacto inscriptos in quatuor postremas Epistolas Catholicas ; sed cum illi plane consentiant cum Commentariis in easdem Epistolas memorati codicis, quemadmodum ipse cum Viennæ degerem, inita collatione certo deprehendi, illud sane testimonium, etiam pro reliquis Commentariis, nempe *in Jacobum, et Petrum*, Theophylacto adjudicandis inservit ; cum par omnino ratio sit omnium et singulorum. Denique huic plane simile est, quod ex codice Vaticano num. 227 depromitur. Nam et iste continet Commentarios in quatuor postremas Catholicas Epistolas, hac præmissa epigraphe : Θεοφυλάκτου ἐξήγησις ἀκριβὴς τῶν Ἐπιστολῶν τοῦ ἠγαπημένου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, Ἰούδα τοῦ ἀποστόλου, καὶ τοῦ θεσπεσίου καὶ οὐρανοφοίτου Παύλου, *Theophylacti Expositio accurata Epistolarum dilecti Joannis theologi, Judæ apostoli, et divini cælumque petentis Pauli* ; sed hæ postremæ eo in codice desunt : at vero priores aliquot lineæ ex singulis illis Commentariis Roma, me petente, transmissæ, satis ostendunt, eos à nostris minime discrepare. Porro tria hæc testimonia (*a*) satis nobis fundamenti præbere existimavimus, quo integer iste in septem Epistolas Catholicas Commentarius cæteris recens detectis Theophylacti operibus adjungi merito posset. Et ego quidem neminem futurum arbitror, librariis præsertim iis quæ superiore numero dicta a me sunt, qui hoc consilium reprehendat ob eam rationem, quod hujusmodi Commentarius jamdudum sub OEcumenii nomine publica luce fruatur, quousque saltem vel unicus codex in medium proferri possit, qui in fronte hujus Commentarii nomen OEcumenii tanquam auctoris præfixum gerat. Cujusmodi nullum esse, facile quisque sibi persuaserit, cum neque Donatus Veronensis, qui eum primo Græce edidit, neque Hentenius, qui Latine transtulit, neque Parisienses editores, qui Græce Latineque recudendum curarunt, ullum omnino protulerint, aut alicubi exstare indicarint.

XI. Quanquam vero Commentarius codicis Vindobonensis ita cum OEcumeniano conveniat, ut idem quoad substantiam haberi possit ac debeat ; quia tamen et brevior est, et in pluribus differt, atque etiam non pauca, quibus caret ille, complectitur, ideo curatores istius editionis non ut exstat in OEcumenii editione, quod multo facilius fieri potuisset, sed omnino ut est in codice Vindobonensi edendum existimarunt : quod iste duntaxat Theophylacti præferat nomen ; ac proinde quæ in OEcumeniano redundant, aut discrepant, aliena manu inserta fuisse censeri possint. Quamobrem me Vindobonam per id temporis contendentem rogarunt, ut eumdem Commentarium a perito aliquo amanuensi quam accuratissime exscribi curarem, cum ipse in me tantum laboris suscipere nullatenus possem. Eo itaque appulsus nihil antiquius habui, quam ut negotium istud absolverem. Verum post varios multiplicesque conatus reperire poteram neminem, qui et esset ad id idoneus, et qui æqua pecunia conductus hoc onus in se assumere vellet. Cum vero hac de causa haud parum anxius hærerem, et ferme conciderem animo, dominus de Kollar, quem honoris causa nomino, ad litterariæ reipublicæ, imo, quod et ipse aiebat, Ecclesiæ beneficium, laborem istum, studiis aliis gravissimis, quibus detinebatur, intermissis, subire sponte voluit. Quam ob causam cum cæteri omnes sacrarum litterarum cultores plurimum illi debent, tum vero ipse me illi summe obstrictum profiteor, cum in mei quoque gratiam tam gravem molestiam sibi duxerit perferendam. Venetias igitur cum apographo redux, cum jam tempus instaret illius imprimendi, primo quidem Hentenianam versionem

(*a*) Quartum his simile testimonium me habiturum sperabam ex publica Lugduni Batavorum bibliotheca. Cum enim in ejus Catalogo legissem, in codice 1227, Commentarios, de quibus agimus reperiri ; rogavi per litteras cl. Abrahamum Gronovium, ejusdem bibliothecæ custodem meritissimum, ut certiorem facere me vellet, quemnam illiusmodi Commentarii præferrent auctorem. At ille humanissime ac promptissime respondit, equidem in prima illius codicis pagina *jactari* ejusmodi Commentarios ; re tamen ipsa in eo codice nequaquam exstare.

Digitized by Google

in quibus cum OEcumeniano Commentarius iste consentit (consentit autem ut plurimum), mihi retinendam existimabam. Sed facto rei periculo, cum ob frequentem rerum ordinisque varietatem, atque etiam ob ea quæ in alterutro vel prætermissa essent, vel addita, plurimum mihi laboris ac tædii subeundum viderem, ac præterea versio ipsa Henteniana non mihi ubique probaretur, mutato consilio, novam integramque hujus Commentarii versionem adornare constitui, ut saltem esset illa ubique sibi consentiens, ac non pro varietate partium varia et quasi versicolor appareret. Versionem aggressus statim animadverti, mihi cum codice mendoso ac frequenter mutilo luctandum esse : quod tamen novum minime accidit, quippe qui jam scirem, eumdem codicem esse, ex quo Sifanus suum in Acta apostolorum Commentarium deprompsit ; utrumque proinde eisdem subesse defectibus oportere. Illius corruptionem, menda, defectus agnovit, adnotavitque in margine ipse Sifanus. Sed illud mihi præ Sifano commodius, magisque opportunum obtigit, quod Commentarius iste sub alius, nempe OEcumenii, nomine, maxima saltem ex parte editus esset ex codice magis integro et emendato ; ex quo proinde quamplura sarcire et corrigere mihi licuit, ingenti tamen et apprime molesto labore : nam eam ob causam frequentissime ac ferme perpetuo alterum cum altero conferre necesse fuit. Quanquam vero multa in OEcumeniano sint, quæ in Vindobonensi Commentario desiderantur, ego tamen nonnisi ea quæ perficiendo mei apographi sensui visa sunt necessaria, verba plerumque desumpsi ; eaque, ut in Commentario præcedente, signis, queis distinguerentur, inclusi. Correctiones majoris momenti, ac variantes lectiones æque in hoc, atque in illo ad marginem adnotavi. Ubi vero præpositum videris hoc compendium τσ., seu τσως, *fortasse*, scias velim, ea me ex sola conjectura apposuisse. Menda notiora et magis obvia sustuli, nulla addita admonitione. Notas aliquas, de quibus sub finem hujus Præfationis pauca dicam, ad calcem paginarum adjunxi. Codex Cæsareo-Vindobonensis, qui hunc continet Commentarium, chartaceus est in folio minore, et eleganti quidem, sed minutiore charactere exaratus. A Lambecio vetustissimus ac præstantissimus dicitur : sed mihi in eum attente intuenti nec pervetustus, neque adeo præstans esse videtur ob defectus superius indicatos. Et sane, tametsi, nota temporis deficiente, certo definire non liceat qua ætate fuerit exaratus, nihilominus ante sæculum XIV vix crediderim eum fuisse conscriptum. Id tamen satis mihi videtur ad concludendam testimonio istius codicis auctoritatem in eo quod Theophylactus istiusmodi Commentarii auctor dicatur. Sed jam de ipso Commentario nonnulla addere præstat.

XII. Is, mea quidem sententia, satis præclarus est. Litteralem plerumque sensum optime explicat, et occasione data, si qua occurrit dubitatio, opportune discutit breviterque resolvit. Nonnulla tamen veluti extranea, aut non omnino consona veritati, quæque eruditum commentatorem dedecent, reperiuntur. Sed hæc scioli alicujus adjecta manu fuisse, vix dubito. Commentario sub OEcumenii nomine edito brevior plerumque est, quo ad Theophylacti indolem propius accedit, quippe qui nonnulla prorsus omittit ; alia vero magis contrahit atque restringit. Quam vero ob causam verba sensui necessaria sæpenumero omittantur, ignoro. Illud certum videtur, non primi auctoris, sed cujuspiam librarii culpa id accidisse : quemadmodum longiora quædam ac genio Theophylacti minus consentanea, ab aliquo videntur intrusa. Nomina auctorum, si Chrysostomum et Cyrillum excipias, nulla afferuntur : attamen dictis veterum Patrum plerumque in compendium redactis sin omnia, plurima saltem in eo contexi, argumentum est, quod mihi sæpe eadem prorsus occurrerint, quæ in Catena Vindobonensi, de qua supra, perlegeram ; adeoque ejus ope Commentarii hujus textum emendare nonnunquam potui : quare non omnino inutilis ea Catena nobis fuit. Hic vero, antequam de hoc Commentario præfari desino, animadvertere præstat, primo textum sacræ Scripturæ in hoc codice non semper ita divisum digestumque esse, ut Scripturæ verba immediate excipiat expositio Theophylacti ; sed hæc aliquando præcedit, aliquando simul præcedit subsequiturque. Quamobrem qui cujuspiam textus explanationem exquirit, nedum subsequentia, sed et proxime antecedentia legat, necesse est. Quia vero in apographo meo quandoque reperi expositionem ab ipso textu ita distantem, ut vix dignosci posset quibusnam verbis responderet, ideo ad difficultatem de

Digitized by Google

medio tollen lam alterum ex his præstiti : vel aliqua Scripturæ verba, Græco textu prorsus intacto, in versione iterato posui; vel, si id confusioni tollendæ minus sufficeret, ipsum Scripturæ textum alio transtuli, et Commentarii sedem paulo inverti. Confusam hanc et minus aptam sacri textus collocationem non in hoc solum, sed etiam in aliis aliorum scriptorum, imo et Theophylacti Commentariis identidem animadverti. Quæ præpostera dispositio ex eo orta videtur, quod non suo quæque textui subjecta principio fuerit expositio; sed in margine laterali ab auctoribus vel collectoribus posita interdum e regione, interdum etiam inferius, cujus rei multa supersunt exempla; deinde vero a librariis textui sacro ad libitum vel ex imperitia dissecto supposita fuerit. Certum saltem videtur, eam, quæ in diversis codicibus inest, varietatem, vel in uno eodemque codice confusionem, potuisse ex hoc capite oriri; ut mirari proinde nemo debeat, si aliter hic atque in OEcumeniano Commentario dispositus Scripturæ textus divisusque cernatur: quamvis etiam Hentenius aliquam ibi mutationem invexerit, ut ipsemet, allata mutationis ratione, fatetur. Alterum, de quo Lectorem præmonitum velim, est, in codice Vindobonensi singulis quidem Epistolis uniuscujusque argumentum præmitti; sed Epistolas ipsas et Commentarios illarum non interrupto filo absque versiculorum aut capitum distinctione esse digesta. Hæc addenda censui majoris commodi gratia juxta consuetam Latinorum Græcorumque numerandi rationem. Argumenta vero Epistolarum eodem modo reliqui quo in codice sunt, ne me aliquis arguat infidelitatis, unaque lector agnoscat, quot in capita auctor Commentarii, vel alius quicunque fuerit, Epistolas singulas secari voluerit : nam plura in unaquaque enumerat capita, quam enumerari communiter soleant. Ea capitum enumeratio, quæ in editione OEcumeniana, exhibetur etiam in Commentariis. Insuper ad calcem cujuslibet commentarii notatur numerus versiculorum, quos Epistola in eo exposita commentario complectitur : qui numerus multo major est, præsertim in posterioribus, numero consueto. Menda, quæ in ejusmodi numeros fortasse irrepserunt, corrigere nolui, ratus fieri potuisse, ut auctor, sicuti plura capita, ita et plures enumerarit versiculos, licet rei hujusce causam prorsus ignorem. Sed de hoc opere satis.

## SECTIO IV.

### *De oratione in Adorationem S. crucis.*

XIII. Exegeticorum Theophylacti operum in Novi Testamenti Scripturam, quoad mihi constat, numerum claudit Commentarius in Epistolas Catholicas. In sequenti volumine quarto alios ejusdem Commentarios in Vetus Testamentum invenies. In hoc vero varia Theophylacti opuscula subjiciuntur, queis magna ex parte tomus iste conflatur. Primum est *Oratio in adorationem S. crucis;* quæ quidem oratio Græce Latineque edita fuit jam pridem a doctissimo Societatis Jesu theologo Jacobo Gretsero, tomo secundo *De S. cruce.* Nos tamen textum Græcum non ex eodem Gretsero, sed ex codice Cæsareo-Vindobonensi descriptum exhibemus. Suum ille deprompsit ex codice Bavarico-Monachiensi. Sed quoad colligere licuit ex accurata utriusque textus collatione, deprehendi vel alterum ex altero vel utrumque ex uno eodemque codice fuisse descriptum. Ita enim conveniunt inter sese, ut ne variantes quidem lectiones, si unam, vel alteram excipias, suppeditarit ista collatio. Quodque majus est, lacunulas duas, quarum alteram ex conjectura ipse supplevi, eodem in loco eodemque modo habet uterque. Versionem Latinam, quam Gretserus Græcæ linguæ peritissimus adornavit, subjicio. Pauculas in fine orationis notas adjecit ille; ex quibus duas, quæ alicujus momenti visæ sunt, selegimus, suoque in loco collocavimus, nempe pagina 458. Nos unam, vel alteram, cui aliqua codicum varietas ansam præbuit, addidimus. Cæterum egregia est isthæc oratio, et Theophylacto maxime digna, ejusque genium ac stylum, meo quidem judicio, præ se fert: quamobrem nulla esse debet de illius auctore suspicio. Medio Jejuniorum tempore, ut ex ejus titulo constat, habita est, die scilicet aliquo hebdomadæ quartæ Quadragesimæ, quæ a Græcis μεσονήστιμος, *medii jejunii* vocatur, quia nempe ex septem hebdomadis, quas jejunium Quadragesimale apud Græcos complectitur integras, quarta medium sibi vindicat locum. Tota hac hebdomada crux populo adoranda a sacerdote solemniter exhibetur. Quocirca Dominica tertia, qua insequens

Digitized by Google

inchoatur hebdomada, Κυριακὴ σταυροπροσκυνήσεως, *Dominica adorationis crucis* a Græcis dicitur. Præter hanc Theophylacti homiliam exstant aliæ plures ab antiquioribus Græciæ Patribus habitæ in hac ipsa solemnitate, quas prælaudatus Gretserus accuratissime collegit ediditque in prædicto opere *De cruce*. Ex quibus illud saltem efficitur, Græcam cum Latina Ecclesiam in hoc dogmate de crucis adoratione seu veneratione planissime consentire; et hoc potissimum est, quod exinde petitur, emolumentum.

## SECTIO V.

### *De oratione in Præsentationem B. Mariæ Virginis in templo.*

XIV. Orationem hanc Latine reddidit ediditque Franciscus Combefisius ordinis Prædicatorum, quam inseruit *Bibliothecæ* suæ *concionatoriæ* tom. VIII. Cum Græcus ejusdem textus ex codice bibliothecæ Regiæ Parisiensis exscriptus in manus meas incidisset, cum Latina Combefisii versione contuli : quæ licet satis accurata, mihi paulo visa est obscurior; adeoque clariorem aliam ac nitidiorem efficere conatus sum. Quod utrum sim assecutus, illorum judicium esto, qui conferre utramque voluerint. Interim cum cl. *Præviæ Dissertationis* auctor orationem hanc cum nova ipsius versione enuntiaverit prodituram, eam, qualis demum cunque sit, in lucem emitto. Si quis alteram malit, prædictam adeat *Bibliothecam*. Versione hac a me jamdiu absoluta, aliud ejusdem orationis exemplar ex codice 15 Seldeniano celeberrimæ bibliothecæ Bodleianæ descriptum, mihi allatum Oxonio est. Utramque conferens sua in utroque menda detexi, atque alterum alteri pro locorum diversitate præstare. Quamvis vero Oxoniensi Parisiense nonnihil concedere videretur, nihilominus ad Parisiense exemplar hanc editionem exigere malui, tum quod primo illud Latine translatum a Combefisio editum esset, tum quod ex ipso pariter meam ego versionem efficuissem. Verumtamen variantes codicis Barocciani lectiones (quarum aliquæ dicendæ potius sunt correctiones) ad inferiorem marginem diligentissime adnotavi; quæ loco ipsius codicis haberi merito possunt. Quoad ipsam attinet orationem, adeo præstans visa est Combefisio, ut asserere non dubitarit, Theophylactum et in hac oratione *sapientissimum ostendi:* nec immerito quidem, cum multiplex eloquentiæ, eruditionis et vividioris ingenii in ea lumen effulgeat. Severiores tamen critici fortasse non probabunt in eo, quod Mariæ Virginis deductionem in templum, aliaque his affinia minutim adeo describat, ac si suismet oculis lustrasset omnia. Sed facile scriptori Græco danda venia est, utpote qui, traditionem suis in regionibus jam receptam secutus, ea sibi omnia nedum referenda, sed etiam oratorio stylo exornanda putavit. Illud certe in Theophylacto suscipiendum, quod cum probe cognosceret, quid potissimum adversaretur suæmet narrationi (estque illud idem, quod aliquos recentium criticorum in contrariam sententiam impulit), strenue allaboravit in eo de medio tollendo, reique universæ concilianda probabilitate : ne de moralibus documentis, quæ exinde sapienter elicit, verba faciam.

## SECTIO VI.

### *De martyrio quindecim martyrum Tiberiopoli, imperante Juliano Apostata.*

XV. Hæc Theophylacti *Oratio* (sic enim ipse lucubrationem istam appellat) non modo typis excusa hucusque nunquam fuit, sed ita etiam fugit eruditorum notitiam, ut ex omnibus iis qui vel data opera de Theophylacto ejusque operibus scripsere, hujus mentionem fecerit omnino nullus. Ea Oxonii in celeberrima bibliotheca Bodleiana inter mss. Baroccianos latebat in codice qui varia alia auctorum opuscula complectitur. Neque vero illius forte notitia ad nos pervenisset unquam, nisi vehemens desiderium hujus editionis curatorum nihil omnino prætermittendi quod Theophylactum haberet auctorem, nobis stimulos addidisset, ut inter alios etiam *Catalogum librorum mss. Angliæ et Hiberniæ*, Oxonii editum an. 1697 in hunc finem evolveremus. In hoc itaque incumbentes incidimus pag. 28, tom. I, num. 197, in hujusmodi titulum: *Martyrium XV martyrum sub Juliano imperatore, auctore Theophylacto*. Hac de re certior factus hujus editionis fautor summus (de quo nonnulla habes in Prævia Dissertat., num. 104) pro eximio suo in sacras litteras



Digitized by Google

studio, nihil cunctandum est ratus, quin per Venetum ablegatum ad regem Angliæ illud exscribendum curaret. Transmissum Oxonio apographum mihi traditum est Latine vertendum; quod quidem pluribus de causis gratum fuit: quia scilicet et præstantissimo senatori rem gratam me esse facturum intelligerem; et benemeritis editionis hujus curatoribus officium hoc exhiberem; ac denique qualemcumque laborem operamque meam studiosis sacrarum litterarum accommodarem. Ut vero primum oculos in apographum conjeci, fuit equidem quod majori me afficeret voluptate, nimirum hujus opusculi utilitas atque præstantia; sed fuit etiam, quod mihi plurimum displiceret, nempe summa apographi ac pene incredibilis vitiositas. Sed de hac posteriore alias; nunc de priore. Orationis hujus præstantiam utilitatemque nemo, ut arbitror, inficiabitur, qui perspectum exploratumque habeat illius argumentum et rem in ipso contentam. Nempe continet historiam satis ignotam martyrii quindecim martyrum, qui sub Juliano imperatore apostata Tiberiopoli sanguinem fuderunt pro Christo: tum illorum corporum translationem jussu Michaelis, primi Bulgarorum regis Christiani, peractam; deinde varia ac prorsus insignia cum ante, tum post translationem illam a Deo patrata eorumdem martyrum intercessione, miracula. Huic vero narrationi præmittuntur aliqua de Christianæ fidei triumpho sub Constantino M. et filiis illius tribus: sed multo plura narrantur de iis quæ Juliano Apostata imperante perpessi sunt Christi fideles. Quæ quidem omnia ex historiæ ecclesiasticæ penu deprompta haud inconcinne, cujusdam proœmii loco, hic exhibentur, et quemadmodum ipse loquitur Theophylactus, ut hæc *Oratio caput haberet, et esset membris omnibus perfecta.* Præterea texitur longa narratio de Cinamonis cujusdam Adrianopolitani a Bulgaris in captivitatem abducti invicta in fide constantia; deque Enrabota, Bulgarici regis fratre, opera ejusdem Cinamonis ad fidem converso, obitoque pro eadem fide martyrio. In hac igitur oratione continentur pauca quidem, sed plurimi facienda ecclesiasticæ historiæ monumenta, ad quam maxime pertinet, acta SS. martyrum, aliaque cum iis connexa, posterorum memoriæ commendare. Quid vero, si profanæ etiam historiæ quidpiam illa afferat emolumenti? Atqui nonnulla reperies in ea de Bulgariæ regibus, quæ alibi frustra perquiras. Alia vero, queis confirmari emendarive possunt (ut ex subjectis notis constabit) quæ ab aliis dicta fuere: proinde jure ac merito dictum a principio sit, hujusmodi opusculum satis utile ac præstans esse, dignumque ut tandem aliquando emittatur in lucem.

XVI. Verumenimvero haud mediocriter illius decresceret pretium, si vel de genuino ejusdem auctore, vel de historiæ quam continet veritate jure ambigi posset. At neutrum, ut mihi quidem videtur, in dubium quis revocaverit. Non primum; quia codex, quem supra laudavimus, Theophylacto, Bulgariæ archiepiscopo, diserte illud ascribit: neque hæc epigraphe aliis codicibus redarguitur; imo nullus omnino est (quod nobis innotuit) qui eamdem orationem exhibeat. Neque vero quod in unico exstare codice deprehendatur, prudens de illius auctore dubium ingerere cuiquam debet; cum plane constet, plurium auctorum opera uno codice fuisse servata; quin tamen in dubium revocent eruditi an auctoris illius sit quem codex ipse præ se fert. Et ne ab ipsius Theophylacti operibus recedamus, unicum quod sciam, in bibliotheca Bavarico-Monachiensi exstat exemplar *Encomii in Alexium Comnenum* imperatorem: unicumque fortasse in bibliotheca Cæsareo-Vindobonensi (nam quod aliud in Scorialensi Hispaniarum regis bibliotheca servetur exemplar, ut aliqui ferunt, nobis incertum) ejusdem in *Epistolas Catholicas* Commentarii. Ex alia vero parte nihil hoc in sermone legitur, quod auctori Theophylacto non congruat. Quidquid in eo narratur, præcessit sane ætatem ipsius. Stylum pariter a Theophylacti genio nequaquam abludere, nemo, ut arbitror, inficias iverit, qui in legendis auctoris hujus operibus tantisper versatus sit. Duplex enim (quoad comperisse mihi videor) in eo styli genus occurrit: alterum, quo usus est in Scripturarum Commentariis conscribendis; alterum, quo epistolas, et peculiaria quædam opuscula, sive sermones orationesque digessit. In iis prioribus perficiendis pellucido planissimoque usus est stylo; seu quod in eo scribendi genere hunc cæteris anteferendum existimaret; seu quod aliorum, quorum Commentarios in compendium redigeret, ac præsertim Chrysostomi, plerumque verba usurparit. Quocirca ex istiusmodi Commentariis

Digitized by Google

proprium Theophylacti stylum deprehendi non posse, reor. At in aliis operibus, ubi ex suo veluti penu et sensa et verba depromit, altiori difficiliorique et minus pervio utitur stylo; qui stylus perquam simillimus illi est quo plerique scriptores Græci illius ævi a majorum simplicitate et puritate dicendi recedentes, uti solebant. In his itaque Theophylactus sæpe sæpius metaphoris, allegoriis aliisque vividioribus tropis sive figuris, et prolixiore periodo, ac demum solutiore, seu magis implicata utitur phrasi. Passim etiam interserit Scripturæ verba non ea tantum de causa, ut illius auctoritate sua sensa confirmet; sed etiam ut ea verbis exprimat Scripturarum. Hoc dicendi genere constat præsens oratio: sed quia plerumque versatur in rebus historicis, ideo paulo etiam clarior planiorque videtur esse hic quam alibi. Cæterum nonnullæ dicendi phrases Theophylacto (ut alias observavimus) familiares identidem hic quoque recurrunt. Præter styli rationem nonnullæ etiam Theophylacto favent sententiæ, seu dicta, quæ auctorem in Bulgaria scribentem præseferunt: ut cum quindecim martyres Bulgariæ thaumaturgos appellat ἁγίους τοὺς καθ' ἡμᾶς, *sanctos nostros*, vel *qui apud nos sunt*. Bulgarum quoque, seu Bulgariæ incolam, ni fallor, se esse subindicat, dum singulari quadam incredibilique lætitia ob Bulgarorum ad fidem catholicam conversionem exsultat, eosdemque jam fidelibus aggregatos summis laudibus effert; atque etiam dum peculiares Bulgarorum consuetudines sibi perspectas esse patefacit; ut cum ex. g. refert, Bulgaros facere consuesse tantæ magnitudinis panes, ut eorum quilibet decem saturandis hominibus satis esset. Quanquam enim hæc alii cuique in Bulgaria scribenti non convenire non possint; quia tamen nemo alius istius auctor opusculi effertur, ideo Theophylactum illius esse parentem, haud leviter, meo quidem judicio, confirmant.

XVII. Jam vero si Theophylactus hujus sermonis auctor habeatur, ut habendum esse censeo, prudens sane dubium nemini subesse poterit, quin historica illius narratio cum veritate plane consentiat: neque enim simile vero est, gravem illum eruditumque virum putidam adoptasse fabellam, eamque venditare aliis voluisse. Sed quidquid in hac sua oratione narrat, illud facile poterat vel ex aliquo monumento in Bulgariæ tabulariis exsistente, vel ex certa perennique incolarum traditione perspectum habere. Et sane, tametsi horum martyrum passio multo ante contigerit, hoc est quarto declinante Ecclesiæ sæculo, Juliano Apostata imperante, translatio tamen illorum corporum non adeo remota fuerat a Theophylacti ætate, ut certa ei suppetere monumenta non possent: solum quippe præcessit duobus circiter sæculis (ut ex dicendis infra constabit) illius in Bulgaria episcopatum. Ex quo nemo non videt, quam facile hoc temporis intervallo servari possit, ac soleat rei alicujus, quæ magni momenti sit, recordatio, tametsi nullum visibile monumentum supersit. Quod vero ad prædictos attinet martyres, adhuc Theophylacti tempore stabat (ut ex sermone ipso colligi posse videtur) templum in eorumdem martyrum honorem exstructum; exstabant et arcæ quibus occlusi cineres erant, ac demum marmoreæ tabulæ quæ illorum urnas principio contexerant. Ex his vero, utpote quibus singulorum martyrum nomina inscripta erant, et vitæ genus, et dignitas, et officium, ut Theophylactus ipse testatur, haurire facile potuit, quæ multo ante, nimirum sub Juliano contigerant, eaque memoriæ hominum sempiternæ sermone hoc commendare. Quocirca non video cur huic historiæ (tametsi ab alio quopiam minoris Theophylacto auctoritatis conscripta esset) fides integra habenda non sit; nisi forte videatur obesse altum de re hac cæterorum scriptorum silentium; ac quod neque in Græcorum Menæis, neque in Ruthenorum aut Moschorum Menologiis prædicti martyres commemorentur. Verum quoad primum, quis certo asserere queat, hunc, de quo agimus, dumtaxat auctorem consignasse litteris horum XV martyrum cum passionis, tum eorum translationis historiam, cum notum exploratumque sit, permulta veterum scriptorum opera penitus intercidisse? Deinde quot habentur ut certa tum in ecclesiastica, tum etiam in profana historia, quæ unius tantum scriptoris auctoritate ac testimonio nituntur? Præsertim vitæ ac gesta sanctorum aliquando unius etiam anonymi narratione innoteseunt. At peculiaris in casu nostro potuit subesse ratio, cur non ab aliis memoriæ proditum sit eorumdem martyrium. Si enim et loci, et temporis, quo id accidit, ratio habeatur, quisque statim intelliget, rem hanc facillime illius ævi scriptores fugere

Digitized by Google

potuisse. Etenim eo tempore martyrii palmam sunt adepti, quo Julianus Apostata labentem idololatriæ cultum erigere atque in pristinum honorem restituere adnitebatur; adeoque res Christianorum iniquissimo loco erant : et plerique illorum vel miseram in exsilio vitam degebant, vel per solitudines montesque sponte sua errabant. Locus vero ubi martyres occubuere, magis impervius abditusque esse vix poterat, nimirum urbs perexigua, sive oppidulum quoddam in altissimo montis Hæmi cacumine positum : talis enim eo tempore Tiberiopolis erat, ut infra ostendemus. Quid itaque mirum, si intra illius limites diu perstitit præstantissimi hujus triumphi notitia? Quod si res ita se habuit, no illud quidem mirum videbitur, quod in Græcorum Menæis eorumdem mentio desideretur, atque adeo in Menologiis Ruthenorum atque Moschorum, utpote quæ ex Græcis desumpta translataque sunt. Quod si in his posterioribus quorumdam fiat commemoratio sanctorum, de quibus nulla apud Græcos est mentio, ex iis illi sunt quorum memoria celebratur in universa Ruthenorum Ecclesia, non ex eorum numero, quorum festivitas alicujus loci vel regionis sit propria; cujusmodi videtur esse horum XV martyrum, de quibus in præsentia est sermo. Hujus enim generis sanctorum memoria non in communibus Menæis, sed in peculiaribus loci, ubi cultus eorum viget, tabulis consignata esse solet : qualem memoriam ne hisce quidem martyribus deesse, inferius ostendemus. Verum etsi nulla omnino alibi mentio de eisdem occurreret, nihil inde auctoritatis et pretii huic orationi detractum esset : imo præstantius vel ex hoc ipso judicandum videretur, nobisque impensius gratulandum, quod tandem aliquando prodeat in lucem; et plurium martyrum thaumaturgorumque memoria ab omnimoda oblivione et tenebris vindicetur.

XVIII. Talis ac tanta orationis hujus utilitas atque præstantia levem mihi imo et jucundum interpretandi reddidisset laborem, nisi apographi summa, ut initio dixi, vitiositas haud exiguam, imo valde magnam mihi molestiam creasset. Erat quippe talis ac tanta, ut mendosius quidquam scribi potuisse vix putem. Nam passim et litterarum variatio, et plurium copulatio dictionum, et e contrario unius ejusdemque divisio in eo identidem occurrebat. Præsertim vero in vocalibus peccatum maxime est : nam vocales atque diphthongi, quæ eodem nunc sono pronuntiantur a Græcis, nempe η, ι, υ, ει, οι, ε, αι, ο, ω, indiscriminatim positæ sunt. Ex quo facile colligas, amanuensem, qui codicem unde desumptum apographum est, exaravit (in scriptorem nostri apographi hanc culpam non cadere aliunde scio), ignorasse penitus Græcæ grammaticæ leges; præterea que non ex ipso exemplari oculis supposito (sic enim litteras, quæ erant transcribendæ, perspiciens rarius aberrasset), sed dictante aliquo, et juxta hodiernum Græcorum morem litteras pronuntiante, sonum auribus perceptum Græcis utcunque litteris consignasse. Ex quo factum est, ut in dictione dissyllaba, vel trissyllaba quatuor vel quinque menda (præsertim si et spirituum et accentuum habeatur ratio) non infrequenter occurrerent. Quantam vero hæc vitia pariant perturbationem, quantamque interpretanti molestiam, cum omnes intelligere possint, tum ii præsertim qui Græci idiomatis non sunt ignari. Prius igitur quam Latinam versionem aggrederer, et menda de medio tollere, et textum suæ veræ lectioni restituere opus fuit. Ratio autem, quam in hoc munere obeundo institui, hæc est : errata quæ certo et absque ulla dubitatione detexi, in ipso textu emendavi, nulla ad marginem adnotatione posita; alioquin totum fere marginem iis oppleri fuisset opus. At ubi incertus eram, an aliqua vox in mendo cubaret; vel etiamsi id certo deprehenderem, nihilominus vocem, quæ substituenda esset, certa aliqua conjectura assequi non poteram; eam cujusmodi in apographo erat, in textu reliqui, vocemque quæ conjectanti mihi legenda videbatur, in inferiori margine apposui, præmisso fort. seu τσως, *fortasse;* ut felicioribus aliorum conjecturis locum ansamque præberem. Nonnulla tamen eisdem adjeci, de quorum vera germanaque correctione levissimum vel plane nullum mihi inerat dubium, ut ex iis specimenis loco peritus lector colligat ingentia errata quibus ipsum exemplar in qualibet fere parte scatebat. Cum vero adeo indiligenter exscriptus codex ille sit, ut diximus, illud etiam suspicari licet, integras quandoque dictiones præ oscitantia prætermissas fuisse : quæ quidem suspicio interpretanti mihi haud semel oborta est. Loca, ubi apographum nedum mendosum, sed et mutilum visum mihi est, in notis aliqua indicabo; alia per sese lector

Digitized by Google

fortasse deprehendet. Verum de apographi qualitate jam satis. Nunc de loco ac tempore quo et passi martyres sunt, et eorum translata corpora, adjungere pauca lubet, quæ res in hac oratione narratas aliquo modo illustrabuntque.

XIX. De loco primum et tempore quo SS. martyres pertulere martyrium, vix ulla esse potest difficultas, cum utrumque satis diserte exprimat auctor inquiens, Tiberiopolim locum, tempus vero illud fuisse quo impius Julianus summam imperii tenebat. Neque solum urbis, in qua passi sunt, nomen patefacit; sed situm etiam designat inquiens, eam *positam esse ad septentrionalem plagam Thessalonices*, κατ' ἀρχὰς τῆς χώρας Ἰλλυρίδος, *in principio Illyrici*. In orationis epigraphe adjungitur, vocari eam Bulgarice *Strumitzam* : sed hæc postrema verba ab aliquo deinde librario adjecta fuisse, pro certo habeo : tum quod in oratione tota civitas illa perpetuo *Tiberiopolis*, nunquam *Strumitza* nuncupetur; tum quod ea verba alieno sita loco cernantur : neque enim vetusto *Tiberiopolis* nomini, ut congruum erat, adhærescunt; sed post ea verba, *passi sunt*, minus apte translata sunt. Accedit fuisse in codice vitiosam constructionem (quam ego in edito emendavi); cum enim Τιβεριουπόλει in casu esset, ut inquiunt, dativo, sequebatur, interjecta voce μαρτυρησάντων, in genitivo ἐπονομαζομένης Στρουμίτζης. Quisquis tamen ea addiderit verba, eo illum consilio addidisse arbitror, ut Lector in ipso statim exordio *Tiberiopolim*, in qua illi subiere martyrium, a cæteris ejusdem nominis civitatibus distinguendam esse intelligeret. Nam et alia Tiberiopolis fuit in ea Phrygiæ majoris parte, quæ dicitur Pacatiana; alia in insula Cypro, alia denique in Europa ad Pontum Euxinum; si quidem ea quæ nunc *Barna* vel *Varna* vocatur (estque haud ignobilis urbs, utpote archiepiscopali aucta dignitate), fuerit olim, ut multi sentiunt, *Tiberiopolis* appellata. Alii tamen in ea sunt opinione, quod *Varna* idem ac prisca *Dionysiopolis* sit; alii vero *Odyssus*, vel *Odessus*. Ab omnibus his ea fortasse diversa est, solumque ob loci propinquitatem modo pro una, modo pro alia vetustarum urbium sumpta. Certum illud videtur, omnino decipi eos qui Tiberiopolim, nunc Strumitzam (de qua hic loquimur), cum Varna seu Barna confundunt : nam quantum Tiberiopolis Strumitziana (si claritatis gratia ita loqui licet) a Ponto distet Euxino, constat ex dictis. Quis enim, nisi geographiæ prorsus ignarus, dixerit, *Varnam esse ad septentrionalem plagam Thessalonices in principio Illyridis*, quemadmodum Theophylactus asseruit de Tiberiopoli? Ex hac porro descriptione manifestum videtur, hujus Tiberiopolis locum intra limites Macedoniæ fuisse ea in parte quæ proxime spectat Mœsiam superiorem (nunc *Serviam* vocant), quæ Macedoniæ pars aliquandiu paruit Bulgarorum imperio : quippe quod, regnante Crubo, Thessalonicam usque protendebatur, ut Theophylactus in hac ipsa oratione testatur. Situs vero iste Tiberiopoleos optime congruit cum Strumitzæ situ, ut colligitur ex Nicephoro Gregora, qui eam ingressus est, dum Byzantio una cum legatis ad Cralem, seu regem Serviæ illac transiens Scupios proficisceretur. Nonnulla verba, quibus iter ille suum describit, juvat hic in medium proferre; quippe quæ peropportuna videntur confirmandis iis quæ de Tiberiopolis seu Strumitzæ situ exiguitateque supra diximus. *Posteram* (inquit ille *Histor. Byzant* lib. VIII, cap. 14, num. 6) a transitu *Strymonis* fluvii *diem in itinere totam consumpsimus, et ad oppidulum* (πολίχνιον, *parvulam civitatem*) *devenimus, quod pene supra nubes eminet* (*Strumitza ab incolis vocatur*), *adeo prærupto et excelso monti impositum, ut homines in propugnaculis sedentes e valle suspicientibus avicularum similes viderentur.... Tertio inde die ad oppidulum*, πολίχνιον, *Scopiorum divertimus, ipsos jam Triballorum fines ingressi, ac præterlabentem vidimus Axium fluvium*, etc. Quibus ex verbis perspicuum efficitur: 1. Strumitzam inter fluvios Strymonem et Axium fuisse interjectam, et a priore unius circiter diei itinere dissitam, ab alio vero, ubi Scupios præterlabitur (proinde et ab ipsis Scupiis), trium dierum intervallo distantem. 2. Eam, si ad Thessalonicam referatur, septentrionalem fuisse, cujusmodi et Tiberiopolis erat Theophylacto teste. 3. Civitatem fuisse parvulam, sive etiam oppidulum uni ex præaltis Hæmi montis verticibus insidens; quippe mons iste Macedoniam dividit ab utraque Mœsia (*a*). Hæc omnia per-

(*a*) Cum his omnibus consentit descriptio hujus urbis, quam exhibet Meletius archiepiscopus Athe-niensis in sua *Geographia* παλαιᾷ καὶ νέᾳ, *vetere et nova*, quæ edita est hic Venetiis Græce tantum

Digitized by Google

spicua sunt, nisi mea me fallit opinio. Verum illud obscurius, qua nempe ratione Theophylactus hanc Tiberiopolis urbem, seu Strumitzam, affirmare potuerit esse κατ' ἀρχὰς τῆς χώρας Ἰλλυρίδος, *proxime in principio regionis Illyridis seu Illyrici*, cum ab Illyride proprie sumpta, quam Drinus fluvius a Macedonia disterminat, procul esset quorumdam intervallo dierum : et Illyrici latius accepti medium fere teneret, cujus pars orientalis, seu Illyricum, ut vocabant, Orientale, Macedoniam una cum Daciis ac Mœsiis suo ambitu complectebatur. Verum difficultas evanescit omnis, si ita intelligantur Theophylacti verba, quemadmodum intelligenda esse persuasissimum mihi est, videlicet Ἰλλυρίδος χώρας, *Illyridis* nomine hic significari tractum omnem terrarum, quem Bulgari Illyrica, seu Slavica lingua utentes (ut et modo utuntur) occupabant, atque in suam redegerant potestatem; et quem tum etiam incolebant, cum imperatori Constantinopolitano (ut tempore Theophylacti) parebant. Jam vero Illyridis sic acceptæ prima quæ occurrit civitas ex Græcia, ac potissimum Thessalonica, venientibus hæc est, de qua loquimur, Strumitza; idque constat ex eo, quod et alibi animadvertimus, nimirum Bulgaros usque ad Thessalonicæ fines suum protulisse imperium; atque etiam ex eo quod subindicat Nicephorus Gregoras, sacra paschalia, quibus ille interfuit, Bulgarica seu Slavonica lingua fuisse Strumitzæ celebrata. Ex quo plane consequens est, tum eam habitasse Bulgaros, seu gentem Illyricam. Sed ipsum referre Gregoram præstat, qui satis lepide describit cantum quo Bulgari Strumitziani paschalem solemnitatem celebrabant. *Ibi Pascha* (ait loco supra citato) *moleste et præter veterem nostram consuetudinem, sed tamen celebravimus. Ibi enim omnis doctrina, rhythmi et sacræ hymnodiæ musica pro nugis habentur : quippe oppidani barbara fere lingua utantur, et iis sint moribus qui aratrum et ligonem in primis deceant. Neque enim eum sonum edebant, qui, etsi semibarbarus, tamen modulatus foret, et aliquis ipse quoque esse censeretur, ut semilydius, et si fas dicere, semiphrygius : sed belluinum plane et montanum sonabant : quo ritu nomades ipsi canerent gregibus suis præeuntes ad juga et sylvas vere novo, cum cymbia lacte exundant.* Hæc hyperbolica scribendi ratio Græco homini, principisque civitatis cultui assueto condonari potest. Interim vero ex illa colligi videtur, incolas Strumitzianos neque natione Græcos, neque Græca in sacris lingua usos fuisse; adeoque vel Bulgaros, vel Servios, vel certe aliquem ex Illyrico populum. Neque enim lingua, qua Strumitziani sacra peragebant, alia fuisse videtur præter Schlavonicam (*a*). Quid quod Gregoras ipse præcedenti num. monet, *loci illius* (tum vero adhuc aberat Strumitza fere integrum itineris diem) *incolas plerosque Mysorum* (seu *Mœsorum*) *colonos fuisse.* Persuasum vero habeo, *Mysorum*, seu *Mœsorum* nomine hic Bulgaros significari, vel Servios (uterque est Schlavonicus populus) qui utramque Mœsiam jamdiu incolebant. Ex quibus, ni fallor, satis est exploratum, non immerito Theophylactum asserere potuisse, Strumitzam, seu Tiberiopolim fuisse *proxime in principio regionis Illyricæ.*

XX. Sed alicui fortasse scrupulum ingeret, quod nemo veterum scriptorum memoraverit ullam *Tiberiopolis* urbem eo loci, ubi postmodum Strumitza fuit, exsistentem. Sane Cellarius, antiquæ geographiæ solertissimus investigator, Tiberiopolim ibi nullam agnoscit. Neque etiam in sex *Notitiis* Græcis *Patriarchatuum et sedium episcopalium*, quæ referuntur ad calcem Codini *De officiis* in Corpore historiæ Byzantinæ, ulla fit mentio de episcopatu Tiberiopolitano vel Strumitziano. In Expositione quidem Andronici Palæologi senioris metropolibus annumeratur ipsa etiam *Tiberiopolis* urbs, diciturque ex LXIII facta LXXV. Sed hujusmodi Tiberiopolim urbem haud esse Strumitzam in principio Illy-

an. 1728. Ejus verba sunt : Στρούμιτζα πόλις τῶν Τριβαλλῶν εἰς τὰ πέρατα τῆς Μακεδονίας μεταξὺ τοῦ Στρύμονος καὶ τοῦ Ἄξίου ποταμῶν εὑρισκομένη εἰς χρημνώδες καὶ ἀπότομον ὄρος, ἀπέχον ἀπὸ τοῦ Σκωπίου τριῶν ἡμερῶν δρόμον... Αὕτη ἡ Στρούμιτζα ἐκαλεῖτο τὸ πρῶτον Τιβεριούπολις. *Strumitza urbs Triballorum inter fluvios Strymonen et Axium ad fines Macedoniæ reperitur, in præcipiti et abrupto monte : distatque Scupiis trium dierum itinere. Hæc urbs primum vocabatur Tiberiopolis.* Cæterum cum Gregoras, tum Meletius de veteri Strumitza, in qua passi sunt XV martyres, et quæ vere in monte erat, loquuntur. At hodiernam, quæ et *Nova* dici potest, Strumitzam ad pedem ejusdem montis exstare, veterisque tantummodo ruinas superesse, inaudivi a viro locorum illorum perito.

(*a*) Hoc ut meram conjecturam propono. Alias inaudivi, illic nunc sacra celebrari lingua Græca. Fortasse etiam solum Græcæ linguæ corruptionem notare voluit Gregoras, cum ait, illos *barbara fere lingua* usos esse.

Digitized by Google

rici sitam, sed potius Varnam ad Pontum Euxinum, eo loci diserte affirmatur. Sed hæc, quamvis vera, movere tamen neminem debent. Neque enim omnia omnino loca vel cognita a veteribus geographis sunt, vel memoriæ tradita posterorum ; sed vel aliqua ignorata, vel præ sua exiguitate prætermissa. Scriptores vero reliqui nonnisi opportunitate data, mentionem facere consueverunt civitatum aliorumque locorum. Quamobrem Cellarius, tametsi diligentissimus, locos aliquos prætermisit ; præsertim vero (quod facit in rem nostram) nullam ad Pontum Euxinum Tiberiopolim memorat, quam tamen exstitisse dubitari vix potest. In Græcis quoque Notitiis quæ adhuc supersunt, episcopatus fuere aliquot prætermissi, ut eruditi jampridem adnotavere. Cæterum ex eo etiam oriri potuit silentium episcopatus Tiberiopolitani, quod hæc civitas, quandiu nomen istud retinuit, unum fortasse, vel alterum habuerit episcopum ; cum haud multo post martyrium Theodori, primi ejusdem civitatis episcopi, vastata fuerit primo quidem ab Ombris, deinde a Bulgaris, ut satis indicat vel istius auctor opusculi. Quod vero neque alio subnomine, nimirum *Strumitzæ*, annumerata sedibus episcopalibus inveniatur, illud videtur in causa fuisse quod archiepiscopo *αὐτοκεφάλῳ*, *sui juris*, seu nullius sub patriarchæ ditione constituto, subesset (nam in prædictis Notitiis solummodo recensentur sedes episcopales quæ quinque suberant patriarchis) : nisi dicere malis, urbem hanc non *Strumitzæ* nomine (quippe quod Bulgaricum est) sed Græco alio vocabulo in eisdem Notitiis designari : aut demum ideo Strumitzam non recenseri, quia sedis episcopalis honorem aut nimis sero sit adepta, aut cito nimis amiserit, aut solum certis temporum intervallis ea dignitate fuerit insignita (quemadmodum et aliis contigit parvulis civitatibus), adeoque tum potuit hac prærogativa carere, cum episcopalium sedium catalogi qui ad nos usque pervenerunt conscriberentur. Cæterum illud saltem videtur in dubium revocari non posse, episcopum fuisse Strumitzæ, dum in vivis ageret Theophylactus : quippe qui epistola 32 juxta Meursii editionem testatur, se *Pelagonio* (seu *Pelagoniæ*) καὶ πρὸς τὸν Στρομβίτζης, *et Strombitzæ*, *et Malesobæ episcopis scripsisse. Strombitzam* enim idem ac *Strumitzam* esse, ipsa nominis similitudo affinitasque dubitare non sinit : præsertim cum supra demonstraverimus, Strumitzam (de qua hic sermo) parum a Pelagonia distasse ; atque etiam, ut ipse arbitror, a Malesoba : Theophylactus vero ad episcopos illos tres, utpote finitimos, suas misisse epistolas videatur. Neque vero Theophylactus duntaxat ipsum Strumitzæ nomen paululum immutavit ; sed et Cedrenus eam Στρούμπιτζαν et Στρούπιτζαν, *Strumpitzan* et *Strupitzan* (nisi in alterutrum locum irrepserit mendum typographicum) vocat. Et quidem eo loci Cedrenum de Strumitza, de qua nos loquimur, sermonem habere, compertum ex eo est quod Basilii imperatoris iter *Serris Scopia* sive *Scupos* describens, eumdem referat Strumpitzæ appropinquasse : quo illum Strumpitzæ situm designat, quem nos Strumitzæ constituimus Nicephori Gregoræ verbis innixi. Alii minore adhuc diversitate eamdem *Strumnitzam* nuncupant, ut Ananias ejusdem episcopus, qui anno 1565 synodo Constantinopoli celebratæ (qua synodo dejectus ob simoniæ crimen e throno patriarchico est Joasaphus illius urbis archiepiscopus) subscripsit his verbis : *Ego humilis episcopus Strumnitzæ Ananias volens meo consilio subscripsi*, ut ecclesiastica seu patriarchica refert historia Emmanuelis Malaxi, Peloponnesii ; quam Martinus Crusius, Academiæ Tubingensis professor, Latine reddidit, ediditque lib. II *Turco-Græciæ*. Ex quo consequitur, Strumitzam nedum sæculo, quo vivebat Thophylactus, undecimo, sed etiam decimo sexto episcopali sede ornatam fuisse. Sedem hanc etiam nunc temporis superesse, imo et metropolitica dignitate fuisse auctam, testatus mihi est Jacobus Nicolai, hieromonachus *Olympiota*, seu ex monasterio montis Olympi, quem paucis ante diebus, quam hæc typis mandarentur, ad hanc urbem appulsum, ut deinde in Transylvaniam pergeret, sacerdotis munere apud suæ gentis homines ibidem functurus, semel et iterum allocutus sum. Hic me in primis certiorem fecit, fere integrum mensem se Strumitzæ moratum esse. Tum mihi de quindecim hisce martyribus sciscitanti respondit, non modo illorum memoriam ea in urbe vigere ; sed etiam a sacerdotibus eo loci celebrantibus commemorationem quotidie fieri : quotannis vero solemnem celebrari eorumdem martyrum festivitatem : quin et peculiare officium et lectiones de ipsorum martyrio haberi : eaque omnia contineri peculiari quodam libello impresso Bo-

Digitized by Google

scopoli, vel, ut communiter pronuntiant Græci, Voscopoli, in Macedonia, in qua urbe paucis abhinc annis instituta est typographia. Notitia hæc, quam mihi diu multumque inquirenti ex hoc uno sacro monacho haurire licuit, egregie confirmat historiæ, quæ in hac Theophylacti oratione describitur, veritatem : præsertim cum omnia, quæ ipse referrem ex prædicta oratione, ille se legisse affirmarit in memorato libello. Solum hoc non satis memoria ille tenebat, an martyres illi sub Juliano Apostata martyrium subiisse eo in libello dicantur. Et hæc de loco, ubi passi sunt martyres, ejusque occasione sint dicta

XXI. Tempus vero quo id contigit definiri facile potest. Nam ex epigraphe ipsaque oratione innotescit, eos imperante Juliano Apostata sanguinem pro Christo fudisse. Cum autem perbrevi tempore moderatus ille imperium sit (nimirum a mense Novembri anni 361 ad diem usque 26 Junii anni 363), perspicuum est, nos in definiendo martyrii tempore vix posse anno integro a vero aberrare. Ex historia siquidem ecclesiastica constat eum aliquanto post initum imperium persecutionem inchoasse contra Christianos ; atque in hoc ipso opusculo legimus, martyres, de quibus hic sermo, post fugam primum quidem ex urbe Nicæa, deinde ex Thessalonica, aliquandiu commoratos esse Tiberiopoli, ejusque cives, et finitimorum locorum incolas qua prædicatione, qua miraculis ad Christi fidem perduxisse : in quo temporis spatium aliquod illudque non adeo exiguum insumptum esse oportet. Hinc vero magna probabilitate deducitur, paucis ante Juliani obitum mensibus, adeoque circa anni 363 initium, aut certe sub finem anni 362, eos martyrium subiisse. Neque hac de re plura : tantummodo animadvertendum martyrii diem in hoc ipso opusculo poni sub die 28 Novembris.

XXII. Diligentius inquirendum videtur tempus et locus quo horum martyrum corpora solemni pompa translata fuere. At nemo tamen hic annum hujus translationis proprium a nobis postulet designari : id enim fieri nullatenus potest, cum nullibi adnotatus occurrat. Quare tempora proximiora utcunque indicare sufficiet. Id vero pendet a tempore quo Bulgarica gens amplexa est Christi Domini fidem : nam sub primo Bulgarorum rege Christiano translationem illam fuisse peractam, diserte asseritur in hoc sermone. Qua de re nonnulla diximus in Notis, quas in inferiore hujus orationis margine, ac præsertim pag. 501 apposuimus. Neque opus esse arbitror, eam rem fusius hic persequi aut accuratius investigare ; cum scriptores omnes qui hanc historiæ ecclesiasticæ partem attigere, conversionem Bulgarorum nono sæculo accidisse consentiant ; solumque viginti annorum spatio citius alii, alii serius autumant evenisse. Nam scriptores Græci eam fere ad annum octingentesimum quadragesimum sextum revocare videntur. Anastasius vero Bibliothecarius in Vita Nicolai I ea tradit, ex quibus colligere pronum est, nationem Bulgaricam Christianæ religioni nomen non dedisse ante annum ejusdem sæculi sexagesimum sextum. In eo etiam omnes fere consentiunt, quod rex Bulgarorum primus Christianæ religioni addictus ante baptismum Bogoris (Theophylactus in hac oratione *Borisim* scribit, voce paululum immutata), postmodum vero *Michael* fuerit appellatus. Sed rursum ii valde discrepant in assignanda causa, qua inductus ille fuerit ad Christianam fidem amplectendam. Alii enim sororis suæ adhortationibus, quæ dum Constantinopoli moraretur, Christianis erat imbuta mysteriis, permotum fuisse tradunt ; alii bellorum famisque calamitatibus impulsum : alii vivida futurorum cruciatuum imagine, quam hauserat ex insigni pictura, perculsum divinitus infusæ luci oculos aperuisse, narrant. Sed hæc enucleare nostra non interest. Satis mihi est, Bogorim, sive *Borisim* quamcunque demum ob causam, et sive una, sive multiplex fuerit, nonnisi circa dimidium sæculi noni religionis Christianæ mysteriis fuisse initiatum : inde enim compertum efficitur exploratumque SS. martyrum, de quibus nunc sermo est, translationem eodem inclinante jam sæculo contigisse ; adeoque Theophylacti ætatem duobus circiter sæculis præcessisse, ut superius innuimus.

XXIII. Verum quo clarius innotescit tempus saltem proximum istiusmodi translationis, eo nobis obscurior est locus ad quem delata sacra pignora sunt. Auctor quidem orationis hunc sæpenumero vocat Βραγαληνίτζαν, *Bragalinitzan* (vel si β pronuntietur recentium more Græcorum, *Vragalinitzan*) eamque et πόλιν, *urbem*, et ἐπαρχίαν, *provinciam*, seu me-

Digitized by Google

*tropolim* nuncupat. Sed quænam et quo loco posita sit, vel olim fuerit civitas hæc, nondum mihi inquirenti satis detegere licuit, cum neque in geographicis mappis adnotatam, neque ab alio aliquo auctore memoratam repererim. Cum vero ex indole linguæ Slavonicæ, haud mihi prorsus ignotæ, atque ex similibus quæ passim occurrunt, etiam apud Theophylactum, exemplis compertum haberem, hoc vocabulum Bulgarica, quæ lingua Slavicæ seu Slavonicæ dialectus est, terminatione desinere, illud statim perquirere cœpi, utrum, detracta saltem terminatione *itza*, vel *nitza*, hujus similisve nominis urbs in Bulgaria esset, vel in alia regione, cujus incolæ lingua uterentur Bulgarica, cujusmodi fuit *Bragalinitza*, ut ex ipsa oratione constat. Verum non aliam urbem offendi, quæ aliqua ratione cum illa congruere videretur, quam *Bargala* pertinens ad Macedoniam secundam orientalis Illyrici partem : nam *Bargalæ* nomen, quod dempta terminatione Bulgarica, remanet, cum illa fere consensit ; neque a Tiberiopoli multum abesse videtur. Quocirca credibile est, intra Bulgarici fines imperii eam tum exstitisse, adeoque et Bulgaricæ linguæ in ea usum tunc temporis viguisse.

XXIV. Huc usque scripseram, cum supra laudatus monachus Olympiota certiorem me fecit, exstare etiamnum in secunda Macedonia urbem *Bragalinitzam*, seu, ut ipse efferebat, *Bragarinitzam* ; sed e magna urbe ad pagi conditionem redactam, habitarique a Turcis, paucis immistis Christianis : distare vero a Strumitza quinque circiter horarum itinere : ac in ea non solum de peracta ad ipsam sanctorum martyrum translatione memoriam vigere ; sed etiam se, cum illac transiret, propriis vidisse oculis fundamenta templi quod in eorum honorem olim exstructum dicebatur. Plura de hisce sanctis mihi dicenda non suppetunt. Cæterum clarissimi et de Christiana republica optime meriti Bollandi continuatores suo tempore totam hanc historiam accuratissime, summaque, ut assolent, eruditionis vi discutient, illustrabunt, expedient. Interim haud infima laus hujus editionis erit, ansam præbuisse præclarissimis viris negotium hoc perficiendi : ut reipsa præbitura videtur ; quandoquidem ex illis unus, vir omnigena eruditione clarus, Joannes Stiltingius, quem hac de re per litteras ipse consului, solita humanitate respondit, *se horum martyrum acta non vidisse.*

## SECTIO VII.

### *De Allocutione ad Familiarem circa ea quorum incusantur Latini.*

XXV. Allocutio hæc, quam alii *Epistolam ad Nicolaum diaconum et canstrisium* vocant (*a*) tunc etiam celebris erat, cum adhuc in quibusdam insignioribus bibliothecis inedita latitaret. Non modo enim de ea mentionem fecerant ii omnes qui de Theophylacti operibus disseruere ; sed aliqua etiam ejusdem fragmenta tum in *Jure Græco-Romano*, quod Leunclavius vulgavit, inserta, tum in *Græcia Orthodoxa* ab Allatio edita, obvia omnibus perstabant. Hæc vero ita acuerant eruditorum animos, ut summopere exoptarent, ex ipso fonte detegere, quænam auctori satis vetusto, doctissimoque et celebri archiepiscopo mens insedisset quoad ea quæ Græcam a Latina Ecclesiam infando schismate diremptam jam dudum tenent. Primus (quem equidem noverim) qui justissimis his litteratorum hominum votis explendis serio adjecerit animum, fuit editionis hujus fautor amplissimus, de quo jam diximus supra, quique jam ab anno 1753 dedit operam, ut ex codice Cæsareo-Vindobonensi exscriberetur, ut huic tertio volumini Operum Theophylacti, velut non mediocre ipsius ornamentum, insereretur. Insequenti anno eam ipse Latinitate donavi : ex qua cl. præviæ *Dissertationis* auctor particulas aliquas in rem suam excerpsit. Quod ea in hac editione publici juris facienda esset, admoniti sunt eruditi cum in Dissertatione prædicta, tum etiam in *Declaratione* Græco-Latina, quæ simul cum tomo primo emissa in lucem est anno 1754. Sed cum voluminis hujus impressio ob eam, quam memoravimus, causam longius produceretur, vir doctissimus Joannes Aloysius Mingarellius, canonicus regularis S. Augustini congregationis Rhenanæ, fortasse ut aliquanto maturius eruditorum exple-

(*a*) Vide Dissertationem tomo I præfixam, num. LIV.

Digitized by Google

ret vota, suo *Anecdotorum Fasciculo*, quem edidit an. 1756, inserendam existimavit. Quod quidem tametsi editionis hujus fautoribus paulo injucundius acciderit, eo quod exinde præreptum ei aliquid laudis suspicarentur, mihi tamen percommodum cessit: sic enim collationem, quam cum Bononiensi textu facere meditabar, eo jam edito, multo facilius exsequi potui. Cæterum Mingarellius Græco textui Latinam versionem adjunxit sane accuratam et nitidam : quam propterea, ut in hanc editionem asciscerem, animo diu multumque propendi. Sed tandem nil esse ratus, cur versionem meam eo jure privarem, quod ratione temporis acquisierat, et postquam haud mediocri nisu eluctata ex exemplari esset pluribus de causis perarduo, eam innoxiam tenebris damnarem perpetuis, ipsam hic apponendam censui. Cæterum cum Bononiensis codex codice Cæsareo-Vindobonensi, qui haud ita magnam redolet antiquitatem, mihi aliquando nitidior visus sit, emendatiorque, illius ope nonnulla mei exemplaris corrigere menda (prius quidem sola conjectura plura sustuleram), indeque et versionem meam aliquantulum perficere mihi licuit : ut proinde non omnino suo exciderit voto præstantissimus Mingarellius, qui ea præ cæteris ad evulgandam Allocutionem hanc ratione se inductum fuisse monet, *ut Theophylacti Operum editio magis magisque perfici possit.* At et codicem Bononiensem, tametsi plerumque Vindobonensi nitidiorem, vicissim posse, imo et debere in aliquibus corrigi et ipse codice Vindobonensi, perspiciet facile lector ex variantibus lectionibus, quas ad paginarum calcem adtexui. Et sane lectionem Vindobonensem in quibusdam anteferendam esse Bononiensi, nemo, ut puto, inficiabitur, qui pauculas, quas adjecimus, notas expendere velit. Variantes quoque lectiones, quæ in Chomateni excerptis occurrunt, addidimus, non quidem omnes, sed eas tantum quæ alicujus esse momenti visæ sunt. Sed jam de ipsamet Allocutione nonnulla dicamus.

XXVI. Erunt fortasse qui hanc Theophylacti opellam nonnisi Photii sectatoribus in suo schismate obfirmandis usui esse posse arbitrantes, eam a nobis in publicam efferri lucem, ægre ferant, aut saltem demirentur. Sed nos ab eorum qui ita sentiunt opinione adeo procul absumus, ut non modo nullum in ea edenda periculum subesse suspicemur, sed fructum etiam multiplicem exinde nobis obventurum confidamus : 1 scilicet, ut integerrima in evulgandis Theophylacti Operibus fides nostra omnibus explorata fiat : deinde ut Latini nominis hostes perspiciant, ita nos æquitati causæ nostræ confidere, ut quæ contra afferuntur argumenta in medium producere non vereamur : denique ut Photiani (ita eos appellare lubet, qui ex Græcis schismati adhærent, ut ab inclyta eorum natione, quam magnopere diligo, et, ut decet, colo, secernam) aliquando discant æquius de Latina Ecclesia sentire, animosque capiant moderatiores. Quod ita quidem eventurum confido, si sedato passionum æstu, ac præjudiciis paulisper sepositis, ad Theophylacti placita (quem alias magni, nec immerito, faciunt) animum mentemque suam exigere velint. Hoc si præstiterint, fatebuntur sane, *neque* (*a*) *multos esse Latinorum errores, neque tales, qui ad discindendas Ecclesias sint idonei, eorumque nullum ad fidei caput pertinere.* Fatebuntur ejusmodi, ut ipsi putant, errores ultra rationem omnem et modum a *fervidioribus* quibusdam (*b*) *orthodoxiæ zelatoribus* amplificari; aliquosque *nullius*, alios vero *mediocris emendationis indigere*, ita ut *non magni intersit Ecclesiæ, si ea perficiatur*. Fatebuntur omnem ferme dissensionis Græcos inter ac Latinos causam revocandam esse ad particulam *Filioque* Symbolo adjectam (*c*), adeoque *nec propter azyma, neque propter jejunia* (*d*), *multo vero minus propter reliqua*, pacem esse cum *Latina* Ecclesia turbandam. Fatebuntur multa, quæ ipsis *errores sunt, meras consuetudines* (*e*) esse, *quasdam quidem ex pietate, alias ex provida dispositione* introductas. Fatebuntur denique, ex solo *charitatis defectu, ambitione* ac *superbia* (*f*), ex *zelo non secundum scientiam, ex cæco sui amore* (*g*) tot congeri

(*a*) Verba Theophylacti Alloc. num. I, pag. 513.
(*b*) Num. II.
(*c*) Ib. et num. III.
(*d*) Num. XV.
(*e*) Ibid.
(*f*) Huc spectant verba quæ habet num. I : *Non enim fraterne suscipimus*, etc.; tum quæ habet num. XVI, ubi graphice describit quorumdam ex suis *popularibus* ὑδερικὸν ὄγκον, *hydropicum tumorem.*
(*g*) Num. XI in fine.

Digitized by Google

Latinorum errores, eosque tanta acerbitate improperari. Itaque legant et perlegant, accuratiusque perpendant, quæ magnus illorum doctor, nullatenus certe Latinis addictus, contra nimium immodicumque, atque a ratione prorsus alienum Photianorum sui temporis zelum in hac sua *Allocutione* conscripsit; nec velint ipsi limites ab eodem præstitutos adeo enormiter transilire. Cogitent etiam, atque etiam, quid esset ille scripturus, si in hæc incidisset tempora, quibus eorum zelus, seu potius odium in Latinam Ecclesiam ad furorem usque exarsit. Et sane, quo nunc animo esset, aut quid, amabo, conscriberet, si in *Patriarcharum Historia* a Dositheo conscripta, auctaque a Chrysantho, et Bucherestæ in Valachia edita anno præsentis sæculi decimo tertio, ea omnia in Romanam Ecclesiam congesta deprehenderet genera calumniarum, quas vel infensissimi illius hostes commenti usquam fuere? Quid si in Theophylacti manus incideret libellus ante biennium Constantinopoli editus, qui encyclicam Eugenii scholarchæ in *Monte sancto* epistolam continet, in qua præconcepti Latinorum errores quamplurimi, *innumerabilesque* dicuntur, et mirum in modum amplificantur, Ἔτι δὲ περιέχει τὸ, *Πάτερ ἡμῶν*, ἐπιτηδείως ὅλον ἁρμοσθὲν ὑπὸ σοφοῦ τινος ἱερέως εἰς τὸν πάπαν ὡς Λατίνων ὄντα Θεόν, *atque etiam Orationem Dominicam exhibet totam a docto quodam sacerdote concinne in papam, tanquam Latinorum Deum, aptatam.* O præclarum sane doctissimi sacerdotis inventum (*a*)! Quid si Theophylactus vel obiter percurreret *Pseudoevangelicam* illam Macarii cujusdam *Tubam*, anno 1754 furtivis in hac urbe typis impressam (cujus proinde exemplaria auctoritate publica flammis addicta fuere), eo præsertim fine conflatam et inflatam, ut loco Christianæ dilectionis, majorem in modum populi odium incenderet inflammaretque: cuique præmissa præfatio est a Græco homine Ephraimo ipsimet operi apprime respondens, ubi summa incredibilique impudentia scribit, Latinos ἀληθῶς πνευματομάχους εἶναι, ἀντιχρίστους καὶ ἀντιθέους, ὡς λατρεύοντας τῇ κτίσει ἤγουν τῷ ἰδίῳ πάπᾳ, παρὰ τὸν Κτίσαντα, esse *revera pneumatomachos, antichristos et antitheos*, seu *Dei adversarios; quippe qui adorant creaturam, nempe suum papam, loco Creatoris;* ac Romanum ipsum pontificem non modo ait, ἀναιρεῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ Κυρίου ἐπὶ τῆς γῆς, *destruere potestatem Domini super terram*, καὶ περικλεῖν τὸν Χριστὸν εἰς οὐρανὸν μόνον, διὰ νὰ φαίνεται ἐπίγειος θεός, et *concludere Christum solo cœlo, ut ipse terrenus Deus appareat;* sed et eum non amplius χειροτονεῖσθαι προσευχῇ καὶ ἐπικλήσει Πνεύματος, *ordinari oratione et invocatione Spiritus sancti;* verum τῇ τῶν μορίων θεωρίᾳ καὶ ψηλαφήσει, quæ verba naturalis pudor vetat interpretari. Quid demum, si dictum illud *satanicum* (utor Theophylacteo verbo, neque enim hic aptius ullum occurrit), si illud, inquam, inaudiret, quod terere dicitur Photianorum vulgus, simplicique plebeculæ altius inculcari, videlicet, Κρεῖττον Μουαμεδισμὸς ἢ Λατινισμός, *Muhamedismus melior Latinismo est?* Nonne hæc inaudiens summo animi dolore atque indignatione correptus exclamaret:

*Quis furor, o cives, quæ tanta licentia linguæ* (*b*)!

Verumenimvero illud vereor, ne nunc temporis Theophylacto accidat, quod suamet ætate

(*a*) Titulus istius libelli ita se habet: Βιβλιάριον κατὰ Λατίνων, ἔχον ὄνομα, Ἐγκύκλιος Ἐπιστολὴ γραφεῖσα παρὰ τοῦ σοφωτάτου κυρίου Εὐγενίου διδασκάλου τῆς ἤδη συγκροτηθείσης ἐν τῷ ἁγιωνύμῳ Ὄρει σχολῆς, συντόμως ἀπαριθμοῦσα τὰς τῶν Λατίνων μίαν πρὸς μίαν καινοτομίας ἐκπομπεύει. Hoc est: *Libellus contra Latinos, cui nomen est: Epistola Encyclica, conscripta a sapientissimo domino Eugenio magistro scholæ jam institutæ in Monte, qui Sanctus cognominatur, quæ breviter pandit omnes Latinorum innovationes, eas singillatim enumerans.* Editor hujus libelli est Christophorus ieromonachus, qui eum patriarchæ Cyrillo dedicavit, ac prolixum proœmium adjecit. In eo auctor triginta Latinorum καινοτομίας, *innovationes*, velut in aliarum *innumerabilium* specimen nominatim recenset; nempe quidquid a receptis inter Græcos sententiis vel ab eorum moribus abhorret. In his magnam illam καινοτομίαν, *innovationem*, de barbæ clericorum tonsione non præterit; sed his verbis proponit. Δι' εὐταξίαν καὶ σεμνοπρέπειαν ἐπεκράτησεν ἔθος ἐπαινετὸν οἱ ἐκκλησιαστικοὶ νὰ τρέφωσι καὶ τῆς κεφαλῆς τὴν κόμην, καὶ τοῦ προσώπου τὸν πώγωνα· ὅθεν ὁ θεῖος Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἱερὸν κόσμον τοῦτον ὠνόμασε· καὶ αὐτοὶ οἱ Λατῖνοι, καὶ ἱερεῖς, καὶ ἀρχιερεῖς ξυρίζουσιν ὁμοῦ μὲ αὐτὰ καὶ τὸν μύσταχα, καὶ παραστήκουσιν εἰς ἡμᾶς τὴν κεφαλὴν τῆς Λατινικῆς Ἐκκλησίας ἐξυρημένην. *Decoris et gravitatis gratia invaluit laudabilis consuetudo, ut ecclesiastici et capitis cæsariem et faciei barbam nutriant; quocirca sacrum ornatum rem hanc appellat Clemens Alexandrinus. At ipsi* (Latini) *sive presbyteri sint, sive episcopi radunt cum ipsis etiam pilos labii superioris* (vulgo la *basetta*, vel propius ad Græcam vocem μύσταχα, *mystaca*, *i mostacchi*), *et nobis opponunt caput Ecclesiæ Latinæ rasum.* Hem! Siccine amittitur ecclesiasticus decor et gravitas si abjiciatur, quod brutis etiam quibusdam convenit?

(*b*) Ex Lucano lib. I, v. 8, mutata voce *ferri* in *linguæ*.

Digitized by Google

verebatur ille eventurum sibi, nempe quod nonnulli ex *fervidioribus Photianis*, legentes quam acriter in sua hac opella perstringat eorumdem *immoderantiam zeli, charitatis defectum, ambitionem atque hydropicum tumorem*, æstimatione in contemptum versa, eum condemnent *inscitiæ crassioriaque in rebus sacris judicii, vel incuriæ, imo et orientalium dogmatum proditionis*. Alii tamen, sperare juvat, gravissimi hujus viri auctoritate permoti sibi facile persuadebunt, *nec multos esse Latinorum errores, neque tales qui ad discindendas Ecclesias sint idonei; nec ullum qui ad fidei caput pertineat*. At ii ipsi fortasse ejusdem auctoritate freti contendent, se jure a Latinorum communione abhorrere, quippe qui illud Symbolo addiderint, quo Spiritum sanctum et a Filio procedere enuntiatur. Hos igitur amice et fraterne, utque verbis utar Theophylacti, *simpliciter et candide, atque ut piscatorum discipulum omnino decet*, nunc paucis alloqui lubet.

XXVII. Ac primo quidem eos, quoad præsens attinet, præmonitos velim, potius animi dispositionem quam verba esse in Theophylacto spectanda; deinde quæcunque ejus mens fuerit, non magni esse faciendam illius hac in re auctoritatem. Quoad primum attinet, pro certo habeo, ita eum fuisse animo comparatum, ut si quo tempore vixit, per aliquod concilium ex Græcis Latinisque coactum ad examen vocata ac definita fuisset processio Spiritus sancti etiam a Filio, procul dubio concilii judicio ac sententiæ stetisset: quemadmodum plurimi sanctitate ac doctrina præstantissimi Patres stetere synodo, Florentinæ, eique perpetuo et constantissime adhæserunt. Hac fuisse Theophylactum animi dispositione affectum, ipse colligo ex eximio ejus pacis unionisque amore, qui cum in aliis operibus, tum potissimum in hac ipsa *Allocutione* luculenter se prodit. Verum cum ante floruerit quam controversia hæc definita esset in aliqua œcumenica synodo (primo enim definita est in concilio generali Lugdunensi II, an. 1274), cumque per id tempus dissidii et schismatis æstus primum excitatus a Photio, tum a Michaele Cerulario non ita pridem renovatus, ferveret quam vehementissime, haud valde mirandum si et Theophylactus se quoque abripi passus utcunque sit. At quia tamen ob eam, quam supra memoravimus, causam ignotum nobis est, an illius fervor ad hæreticam usque pertinaciam excreverit, ideo neque illum hæreseos, neque *formalis*, ut aiunt, schismatis condemnamus (*a*) quin nec *sancti* viri appellationem, qua vulgo ab Orientalibus insignitur, nos ullatenus ipsi invidemus.

XXVIII. Verum hoc ipsum quod Theophylacto ab his criminibus purgando, sive excusando deservit, ad minuendam quoque hac in parte illius auctoritatem quam maxime facit Cum enim controversia hæc in concilio ex Græcis Latinisque coacto nondum data opera communique consensu subjecta esset examini, quod primo factum est in prædicta generali synodo, ignorare is facile potuit quibus niteretur fundamentis Latinorum sententia, vel quo in sensu assererent hi, Spiritum sanctum etiam a Filio procedere, et quam legitima ratio seu causa eis fuerit, ut particulam *Filioque* in suæmet usum Ecclesiæ Symbolo fidei adjiciendam putarint. Hæc reipsa ab Theophylacto ignorata fuisse, dubitari vix potest, si argumenta queis suam ipse causam propugnat, paulo attentius expendantur. Anne enim usus unquam verbis illis evangelicis fuisset *Ostende nobis Patrem* (qui nempe doceat Spiritum sanctum a Filio procedere), *et sufficit nobis* (*b*), si cognovisset, tot esse Patres, et *probatissimos* quidem, et non modo Latinos, qui floruere ante dissensionis initium (quibus proinde *probatorum Patrum* et nomen et gradum nemo sane, qui recte sentiat, abjudicarit), sed etiam Græcos, qui nostram tradidere sententiam? Hic vero, antequam ultra progredior, cohibere me non possum, quin vehementer querar expostulemque de apertissima injuria quam Græci nostræ hujus ætatis non Latinæ tantum, sed et universæ Ecclesiæ inferre haud reformidant, dum controversiam hanc fidei ad Græcos tantum exigendam esse Patres, ex eorumque placitis definiendam esse contendunt. Quid enim? An catholica

(*a*) Hac ratione eum excusarunt auctores editionum ann. 1531, 1542 et 1554, quas videre mihi licuit. Enarrationum ipsius in quatuor Evangelia. Verba illorum ad calcem Joannis hæc sunt: *Propterea reprehendendus non est Theophylactus* (quod ita locutus fuerit de Spiritus sancti processione), *quia minime tunc ab Ecclesia universali definitum erat, eum ab utroque procedere.*

(*b*) Num. III.

Digitized by Google

Ecclesia intra solius Græciæ vel Orientis fines etiam primis Ecclesiæ sæculis conclusa erat? Aut *divina traditio*, cujus propria dos est, *semper* et *ubique* vigere, ex *Orientali* tantum Ecclesia haurienda pensandaque est? Ecquis hac prærogativa Orientales donavit? An Christus, qui Evangelium in universo mundo prædicandum edixit? An apostoli, qui illud annuntiarunt ubique terrarum; eorumque coryphæus Petrus Romam cum doctrinæ suæ, tum etiam potestatis sedem constituit? ubi etiam Paulus doctoris munere functus biennio est : ut de cæteris sileam apostolis, quorum aliqui per seipsos, alii per discipulos ab se institutos in varias Occidentis provincias ac regna doctrinam evangelicam disseminarunt. Quamvis igitur nullum ex Græcis Patribus afferri posset pro Latino dogmate testimonium, nonne satis esset unanimis Latinorum Patrum sententia, ut nedum ab omnis suspicione erroris absolveretur, sed etiam ut apostolis ipsis referretur acceptum? Et sane si Theophylactum non latuit isthæc Latinorum consensio Patrum, qua ratione ausus est affirmare, *a nullo ex probatis Patribus id edoceri*, provocareque nos evangelicis verbis : *Ostende nobis Patrem?* An non *probati* Patres Cyprianus et Ambrosius, quorum utitur testimoniis tertia synodus œcumenica, sive Ephesina? Nonne probatissimus Pater Leo Magnus, cujus scripta quarta synodus στήλην ὀρθοδοξίας, *columnam orthodoxiæ* appellavit. Nonne probatus Pater Augustinus, quem sexta synodus summis prosecuta est laudibus æque ac ipsum Ambrosium atque Leonem? Si vero hoc ille ignoravit, consequens est, multo breviorem ecclesiasticæ eruditionis supellectilem illi fuisse, quam decuisset tanti nominis archiepiscopum : adeoque illius auctoritatem, ad hoc quod attinet, non esse magnopere faciendam. Quod vero magis displicet, est illud quod subdit : *Si enim probatus est, non dixit; et si dixit, probatus non est.* Quæ verba hæreticum spiritum redolere videntur : hæretici enim ex opinione propria Patrum auctoritatem metiri solent, de eaque judicium ferre : dumque ab eisdem dissentiunt, eos flocci ac nihili faciunt. Sed mitius sentire præstat de Theophylacto, atque ea verba benigne interpretari, velut non eo spiritu sensuque prolata; sed quia sibi nimium blandiretur, atque confideret, ex Græcis illustrioribus Patrem reperiri neminem posse, nam de Latinis nihil sollicitus fuisse videtur, qui Spiritum sanctum etiam a Filio procedere docuisset. Pretium igitur operæ est, accuratius investigare, quibus ille et quam validis fundamentis innixus tantopere sibi ipsi præfideret. Sed paulo post videtur et ipse sibi non satis tutus, cum subdat : *Deinde etsi hoc daremus, non utique quod rarius est, in argumentum trahendum.* Quid vero, si non pauci rarique sint, nedum Latini, sed Græci etiam Patres, qui dogma nostrum tradiderint vel disertis vel æquivalentibus verbis?

XXIX. Sed antequam id demonstro, jure omni abs Theophylacto et Photiani schismatis propugnatoribus postulo, ut ex eorum *probatis Patribus* vel unum *nobis ostendant*, qui ante Photiana tempora inficiatus fuerit, Spiritum sanctum a Filio procedere. Sed *quamvis diu multumque fatigentur*, indicare ne unicum quidem possunt (Damascenum enim, quem solum specie aliqua veri opponere valent, a nobis minime dissidere postea demonstrabimus). Alias vero dogmati nostro censendi minime sunt adversari, qui vel hac de re penitus silent, vel solum aiunt, Spiritum *a Patre procedere*. Quis enim ignorat, rem esse plane diversam non asserere, Spiritum sanctum procedere a Filio, atque id negare? aliud pariter affirmare, eum *a Patre* procedere, aliud *a solo Patre?* Quare nullatenus intelligere valeo, quomodo Theophylactus omnesque Photiani nos veluti Christo Patribusque adversantes traducant, eo quod simpliciter ii asserant, Spiritum sanctum *a Patre procedere*, atque a nobis fieri καινοτομίαν, seu *innovationem in fide* contendant, dum eumdem asserimus etiam a Filio procedere; ea solum ratione quod Christus tantummodo dixit, *a Patre*. Verum si quid addere est innovare, cur et ipsi quidpiam addunt dicentes, *a solo Patre?* Ubinam Christus, ubi Patres id (saltem ante Photii tempora) asseruere? Quid enim? An nobis exprimere vetitum, quod Christus Dominus non expressit; illis limitare liceat, quod a Christo limitatum non est? Si ille non dixit, Spiritum sanctum a Filio, hoc est a seipso procedere, neque id etiam negavit. Cur itaque Photiani negant? Et si quidem tantummodo non assererent, ferendum eorum silentium esset; verum et negant, et eos qui asserunt condemnant dirisque omnibus devovent; tritum illud (in quod etiam Theophylactus ab

Digitized by Google

iniquitate causæ suæ præceps est actus), ac puerile argumentum usurpantes : *Si Spiritus sanctus etiam ex Filio procedit* (*a*), *quid prohibuit ne ita Christus loqueretur : Qui ex Patre et ex me procedit?* Sed mihi subdere liceat : *Si a solo Patre* procedit, quid prohibuit, ne id Christus exprimeret; præsertim cum ipse jam prænovisset quot et quanta ex illius voculæ præteritione oritura aliquando essent dissidia? Quid ad hæc Photiani respondeant, nihil habent; at nobis in promptu est, quid contra eos regeramus : videlicet, Christum sin eo, saltem aliis in locis; sin expressis, saltem æquivalentibus verbis, docuisse Spiritum etiam a seipso procedere: quod quidem nostri homines millies demonstrarunt, et ex eo quod Christus Dominus ait Joan. x, 30, *Ego et Pater unum sumus;* ex quo inferunt *unum* etiam esse Filium cum Patre quoad rationem principii Spiritus sancti. Et ex eo (*Joan.* xvi, 15), *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt :* ergo, inquiunt et virtus producendi Spiritum sanctum est Filii, seu convenit Filio. Et ex illo (*ibidem* 14) : *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Quid enim, aiunt, Spiritus sanctus accipere a Filio potest, nisi ipsum esse? Et ex eo demum quod Joan. xv, 26, ait se *missurum* Spiritum sanctum : cum *missio* in divinis nil aliud esse aut intelligi possit, quam processio æterna cum ordine ad quidpiam extrinsecus producendum. Quid quod et ipsis verbis, quibus tantopere fidunt adversarii, videlicet, *qui a Patre procedit*, docet implicite, etiam a seipso procedere. Nam quidquid *in Scripturis de una persona dicitur, etiam de alia oportet intelligi, nisi repugnet proprietati personali ipsius*, ut verissimum effert theologorum cum S. Thom. in cap. Gen., cap. 25, axioma, ea ratione nixum, quod tres divinæ personæ unum idemque sunt omnes, iis tantum exceptis quæ ad personalem pertinent proprietatem. Quod adeo certum est ut, etiamsi Christus eo loci dixisset, *Qui a Patre solo procedit*, non inde tamen abdicanda ei esset Spiritus sancti productio. Fortene mirantur vel hoc negant Photiani. Ergo pariter negent Patrem a Spiritu sancto *cognosci*, vel etiam *nosse* seipsum, propterea quod dixerit Christus Matth. xi, 22, *Nemo novit Patrem, nisi Filius;* vel negent cum Socinianis, Filium ipsum esse verum Deum, quia ipse Patrem alloquens ait (*Joan.* xvii, 3), *Ut cognoscant te solum verum Deum.*

XXX. En quo tandem abit argumentum a Photianis adeo decantatum : a Photianis, inquam, qui et tritum illud et per sese luculentissimum ignorare videntur : *Qui unum asserit, aliud non negat, nisi ei quod asserit repugnet.* Nam probaruntne unquam, aut aliquando probaturi sunt, ullam in eo esse repugnantiam, quod Filius una cum Patre sit principium Spiritus sancti? Quid enim? Anne aliquid virtutis, quæ insit Patri, deesse Filio putandum erit? Vel rationi Filii repugnat producere aliam a seipso personam? Vel demum quod habet principium, nequit esse principium alterius? Nihil horum profecto. Cur igitur ovantes adeo argumentum istud obtrudunt : *Evangelium Christi ore clare docet fideles, Spiritum sanctum a Patre procedere; at ipsi angeli tenebrarum* (Latini) *prædicant, etiam a Filio :* ergo Evangelio contraria docent. Ita sane post innumeros alios Eugenius in citato libello, cujus Græca verba sunt hæc : Τὸ Εὐαγγέλιον διὰ στόματος τοῦ Χριστοῦ εὐαγγελίζεται εἰς τοὺς πιστοὺς φανερὰ ὅτι Πνεῦμα παρὰ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι σκότους εὐαγγελίζονται, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. O præclaram scholarchæ Montis Ἀγιονύμου ratiocinatio! Sic, cine? *Procedit a Patre; non igitur a Filio* : cum potius dicendum foret : *Procedit a Patre, ergo et a Filio*, ob indicatas rationes. Sed et ipse Theophylactus male famæ suæ consulit, dum prædictum argumentum *simplicem vocat absolutamque rationem* (*b*), addiditque, alium nobis esse quærendum doctorem præter *unum magistrum nostrum Christum*, si huic dogmati adhærere velimus. At vero, si Christus aiendo : *qui a Patre procedit*, nobis nullatenus adversatur, multo minus censendi sunt nobis contrarii esse quicunque ex Græcis Patribus docent solummodo, affirmantque Spiritum sanctum *a Patre procedere*. Cum igitur Græcorum nemo inficietur eumdem et a Filio procedere, nonnulli autem ex illis una cum Latinis omnibus affirment, profecto illud negare præfracte velle, imo et hæreseos nos condemnare quia id asserimus, *res illorum est* [verba regero quæ habet Theophylactus (*c*)] *qui spiritu erroris pleni sunt.*

(*a*) Num. III.
(*b*) Ibidem.
(*c*) Ibidem.

Digitized by Google

XXXI. Sed jam age proferamus in medium Græcos, eosque *probatos*, imo et *probatissimos* Patres, qui nobiscum in hoc dogmate sentiunt; ut qui sapiunt, inde perspiciant quam inconsulte Theophylactus nos provocarit iis verbis : *Ostende nobis Patrem*, etc. *Probati* sane ac *probatissimi* Patres sunt Athanasius, Epiphanius, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Alexandrinus, Basilius, quibus addendus est Didymus summa saltem venerabilis antiquitate. Porro satis aperte hi omnes docent Spiritum sanctum procedere a Filio. Quanquam enim, ut candide quod est, fatear, Græcorum nemo prior Symeone Metaphraste voce ipsa ἐκπορεύεσθαι ad id exprimendum utatur, tamen vocabula et phrases ejusdem omnino valoris adhibent, ut προϊέναι, *progredi;* προχεῖσθαι, *profundi, emanare;* εἶναι, *esse,* ὑπάρχειν *exsistere;* ὕπαρξιν ἔχειν, *exsistentiam habere*, et similia, quibus æternam Spiritus sancti productionem a Filio significari, nemo inficias ierit, qui in defendendo errore penitus obfirmatus non fuerit. Et sane phrases εἶναι, *esse*, ὑπάρχειν, *exsistere*, ὕπαρξιν ἔχειν, *exsistentiam habere*, per sese ad id quod intendimus, significandum claræ sunt : verbo autem προϊέναι, *progredi* vel *profluere* utitur etiam Theophylactus ad substantialem Spiritus sancti *processionem* indicandam, dum in *Allocutione* num. IV explicans, cur *Spiritus Christi* ipse dicatur, non, inquit, ὡς ἐξ ἐκείνου προϊὸν, *quod ex ipso profluat; sed*, etc. Cur itaque hodierni Græci legentes in suis Patribus Spiritum sanctum προϊέναι, *profluere*, seu *progredi ex Filio*, id ad temporaneam ejusdem Spiritus *missionem* seu diffusionem referendum contendunt? Profecto pari ratione et illud Christi Domini ὃς παρὰ Πατρὸς ἐκπορεύεται, *qui ex Patre procedit*, posset quis de temporanea missione explicare; adeoque æternam ejus etiam a Patre productionem seu processionem inficiari. Sed jam ipsa Patrum Græcorum testimonia ob oculos ponenda sunt.

XXXII. Igitur 1. S. Epiphanius, ut ab iis qui clarius sese exprimunt, incipiam, in *Ancorato*, n. 67 : Χριστὸς, ait, ἐκ τοῦ Πατρὸς πιστεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, *Christus ex Patre creditur esse Deus de Deo, et Spiritus sanctus ex Christo, sive ab ambobus* (a). Et n. 71 : Θεὸς Υἱὸν καλεῖ τὸν ἐξ αὐτοῦ, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα τὸ παρ' ἀμφοτέρων. Et præced. n. 8 ait Spiritum sanctum esse ἐν μέσῳ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ, *in medio Patris et Filii, ex Patre et Filio, tertium appellatione.* Et n. præcedente, esse ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ Πνεῦμα ἅγιον, *ex ipsa substantia Patris et Filii Spiritum sanctum.* Et hæresi 74, n. 8, εἶναι φῶς τρίτον παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, *esse lumen tertium a Patre et Filio.* Esse etiam παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, *a Patre et Filio*, bis repetit n. 9. Et antea ibidem n. 7 dixerat, esse τὸ ἅγιον Πνεῦμα παρ' ἀμφοτέρων, *Spiritum sanctum ab ambobus.* Similia habet n. 10, et hæresi 62, n. 4. Ut proinde nemo fortasse ex Latinis Patribus aut clarius aut frequentius hac de re locutus fuerit.

2. S. Gregorius Nyssenus lib. I *Contra Eunomium* duo præsertim ait, ex quibus ineluctabiliter sequitur, Spiritum sanctum a Filio procedere. Primum est, Filium habere rationem *causæ* seu *principii* relate ad Spiritum sanctum, et hac sola ratione ipsi præintelligi, quemadmodum se habet Pater respectu Filii. Verba ejus sunt : Ὡς συνάπτεται Πατρὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων οὐκ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν· οὕτω πάλιν καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως, *Quemadmodum Patri copulatur Filius, et ex ipso habens esse, posterior tamen exsistentia non est; sic rursus Spiritus sanctus proxime hæret Unigenito, qui sola consideratione secundum rationem causæ* (seu *principii*), *præintelligitur personæ Spiritus sancti.* Est igitur Filius αἰτία, *causa*, seu *principium* Spiritus sancti; igitur hic ab illo procedit. Dictum alterum Nysseni est, Τοῦ λόγου τῆς αἰτίας ὑπεξῃρημένου, ἐν μηδενὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα πρὸς ἑαυτὴν ἀσυμφώνως ἔχειν, *Subtracta ratione principii, nulla re sanctam Trinitatem a se ipsa dissidere;* hoc est nullam esse inter sanctissimæ Trinitatis personas distinctionem nisi ex ratione principii. Cum igitur Filius et Spiritus sanctus sint ab invicem realiter distincti,

(a) Non tantum Epiphanius asserit Spiritum esse ex *Christo* seu Filio, et quidem eodem modo quo Christus est ex Deo Patre, hoc est, substantialiter; sed etiam probat esse ex utroque iisdem verbis evangelicis, quibus nos idem probamus; ita enim immediate subdit : Ὡς φησὶν ὁ Χριστός· *Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται*, καὶ, *Οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. Ut Christus asserit* (*Joan.* XV, 26). « *Qui a Patre procedit ;* » *et* (XVI, 24). « *Hic de meo accipiet.* »

Digitized by Google

spicua sunt, nisi mea me fallit opinio. Verum illud obscurius, qua nempe ratione Theophylactus hanc Tiberiopolis urbem, seu Strumitzam, affirmare potuerit esse κατ' ἀρχὰς τῆς χώρας Ἰλλυρίδος, *proxime in principio regionis Illyridis seu Illyrici*, cum ab Illyride proprie sumpta, quam Drinus fluvius a Macedonia disterminat, procul esset quorumdam intervallo dierum : et Illyrici latius accepti medium fere teneret, cujus pars orientalis, seu Illyricum, ut vocabant, Orientale, Macedoniam una cum Daciis ac Mœsiis suo ambitu complectebatur. Verum difficultas evanescit omnis, si ita intelligantur Theophylacti verba, quemadmodum intelligenda esse persuasissimum mihi est, videlicet Ἰλλυρίδος χώρας, *Illyridis* nomine hic significari tractum omnem terrarum, quem Bulgari Illyrica, seu Slavica lingua utentes (ut et modo utuntur) occupabant, atque in suam redegerant potestatem; et quem tum etiam incolebant, cum imperatori Constantinopolitano (ut tempore Theophylacti) parebant. Jam vero Illyridis sic acceptæ prima quæ occurrit civitas ex Græcia, ac potissimum Thessalonica, venientibus hæc est, de qua loquimur, Strumitza; idque constat ex eo, quod et alibi animadvertimus, nimirum Bulgaros usque ad Thessalonicæ fines suum protulisse imperium; atque etiam ex eo quod subindicat Nicephorus Gregoras, sacra paschalia, quibus ille interfuit, Bulgarica seu Slavonica lingua fuisse Strumitzæ celebrata. Ex quo plane consequens est, tum eam habitasse Bulgaros, seu gentem Illyricam. Sed ipsum referre Gregoram præstat, qui satis lepide describit cantum quo Bulgari Strumitziani paschalem solemnitatem celebrabant. *Ibi Pascha* (ait loco supra citato) *moleste et præter veterem nostram consuetudinem, sed tamen celebravimus. Ibi enim omnis doctrina, rhythmi et sacræ hymnodiæ musica pro nugis habentur : quippe oppidani barbara fere lingua utantur, et iis sint moribus qui aratrum et ligonem in primis deceant. Neque enim eum sonum edebant, qui, etsi semibarbarus, tamen modulatus foret, et aliquis ipse quoque esse censeretur, ut semilydius, et si fas dicere, semiphrygius : sed belluinum plane et montanum sonabant : quo ritu nomades ipsi canerent gregibus suis præeuntes ad juga et sylvas vere novo, cum cymbia lacte exundant.* Hæc hyperbolica scribendi ratio Græco homini, principisque civitatis cultui assueto condonari potest. Interim vero ex illa colligi videtur, incolas Strumitzianos neque natione Græcos, neque Græca in sacris lingua usos fuisse; adeoque vel Bulgaros, vel Servios, vel certe aliquem ex Illyrico populum. Neque enim lingua, qua Strumitziani sacra peragebant, alia fuisse videtur præter Schlavonicam (*a*). Quid quod Gregoras ipse præcedenti num. monet, *loci illius* (tum vero adhuc aberat Strumitza fere integrum itineris diem) *incolas plerosque Mysorum* (seu *Mœsorum*) *colonos fuisse*. Persuasum vero habeo, *Mysorum*, seu *Mœsorum* nomine hic Bulgaros significari, vel Servios (uterque est Schlavonicus populus) qui utramque Mœsiam jamdiu incolebant. Ex quibus, ni fallor, satis est exploratum, non immerito Theophylactum asserere potuisse, Strumitzam, seu Tiberiopolim fuisse *proxime in principio regionis Illyricæ*.

XX. Sed alicui fortasse scrupulum ingeret, quod nemo veterum scriptorum memoraverit ullam *Tiberiopolis* urbem eo loci, ubi postmodum Strumitza fuit, exsistentem. Sane Cellarius, antiquæ geographiæ solertissimus investigator, Tiberiopolim ibi nullam agnoscit. Neque etiam in sex *Notitiis* Græcis *Patriarchatuum et sedium episcopalium*, quæ referuntur ad calcem Codini *De officiis* in Corpore historiæ Byzantinæ, ulla fit mentio de episcopatu Tiberiopolitano vel Strumitziano. In Expositione quidem Andronici Palæologi senioris metropolibus annumeratur ipsa etiam *Tiberiopolis* urbs, diciturque ex LXIII facta LXXV. Sed hujusmodi Tiberiopolim urbem haud esse Strumitzam in principio Illy-

an. 1728. Ejus verba sunt : Στρούμιτζα πόλις τῶν Τριβαλλῶν εἰς τὰ πέρατα τῆς Μακεδονίας μεταξὺ τοῦ Στρύμονος καὶ τοῦ Ἀξίου ποταμῶν εὑρισκομένη εἰς κρημνώδες καὶ ἀπότομον ὄρος, ἀπέχον ἀπὸ τοῦ Σκιοῦπι τριῶν ἡμερῶν δρόμον... Αὕτη ἡ Στρούμιτζα ἐκαλεῖτο τὸ πρῶτον Τιβεριούπολις. *Strumitza urbs Triballorum inter fluvios Strymonen et Axium ad fines Macedoniæ reperitur, in præcipiti et abrupto monte : distatque Scupiis trium dierum itinere. Hæc urbs primum vocabatur Tiberiopolis.* Cæterum cum Gregoras, tum Meletius de veteri Strumitza, in qua passi sunt XV martyres, et quæ vere in monte erat, loquuntur. At hodiernam, quæ et *Nova* dici potest, Strumitzam ad pedem ejusdem montis exstare, veterisque tantummodo ruinas superesse, inaudivi a viro locorum illorum perito.

(*a*) Hoc ut meram conjecturam propono. Alias inaudivi, illic nunc sacra celebrari lingua Græca. Fortasse etiam solum Græcæ linguæ corruptionem notare voluit Gregoras, cum ait, illos *barbara fere lingua* usos esse.

Digitized by Google

rici sitam, sed potius Varnam ad Pontum Euxinum, eo loci diserte affirmatur. Sed hæc, quamvis vera, movere tamen neminem debent. Neque enim omnia omnino loca vel cognita a veteribus geographis sunt, vel memoriæ tradita posterorum ; sed vel aliqua ignorata, vel præ sua exiguitate prætermissa. Scriptores vero reliqui nonnisi opportunitate data, mentionem facere consueverunt civitatum aliorumque locorum. Quamobrem Cellarius, tametsi diligentissimus, locos aliquos prætermisit ; præsertim vero (quod facit in rem nostram) nullam ad Pontum Euxinum Tiberiopolim memorat, quam tamen exstitisse dubitari vix potest. In Græcis quoque Notitiis quæ adhuc supersunt, episcopatus fuere aliquot prætermissi, ut eruditi jampridem adnotavere. Cæterum ex eo etiam oriri potuit silentium episcopatus Tiberiopolitani, quod hæc civitas, quandiu nomen istud retinuit, unum fortasse, vel alterum habuerit episcopum ; cum haud multo post martyrium Theodori, primi ejusdem civitatis episcopi, vastata fuerit primo quidem ab Ombris, deinde a Bulgaris, ut satis indicat vel istius auctor opusculi. Quod vero neque alio subnomine, nimirum *Strumitzæ*, annumerata sedibus episcopalibus inveniatur, illud videtur in causa fuisse quod archiepiscopo αὐτοκεφάλῳ, *sui juris*, seu nullius sub patriarchæ ditione constituto, subesset (nam in prædictis Notitiis solummodo recensentur sedes episcopales quæ quinque suberant patriarchis) : nisi dicere malis, urbem hanc non *Strumitzæ* nomine (quippe quod Bulgaricum est) sed Græco alio vocabulo in eisdem Notitiis designari : aut demum ideo Strumitzam non recenseri, quia sedis episcopalis honorem aut nimis sero sit adepta, aut cito nimis amiserit, aut solum certis temporum intervallis ea dignitate fuerit insignita (quemadmodum et aliis contigit parvulis civitatibus), adeoque tum potuit hac prærogativa carere, cum episcopalium sedium catalogi qui ad nos usque pervenerunt conscriberentur. Cæterum illud saltem videtur in dubium revocari non posse, episcopum fuisse Strumitzæ, dum in vivis ageret Theophylactus : quippe qui epistola 32 juxta Meursii editionem testatur, se *Pelagonio* (seu *Pelagoniæ*) καὶ πρὸς τὸν Στρομβίτζης, *et Strombitzæ, et Malesobæ episcopis scripsisse. Strombitzam* enim idem ac *Strumitzam* esse, ipsa nominis similitudo affinitasque dubitare non sinit : præsertim cum supra demonstraverimus, Strumitzam (de qua hic sermo) parum a Pelagonia distasse ; atque etiam, ut ipse arbitror, a Malesoba : Theophylactus vero ad episcopos illos tres, utpote finitimos, suas misisse epistolas videatur. Neque vero Theophylactus duntaxat ipsum Strumitzæ nomen paululum immutavit ; sed et Cedrenus eam Στρούμπιτζαν et Στρούπιτζαν, *Strumpitzan* et *Strupitzan* (nisi in alterutrum locum irrepserit mendum typographicum) vocat. Et quidem eo loci Cedrenum de Strumitza, de qua nos loquimur, sermonem habere, compertum ex eo est quod Basilii imperatoris iter *Serris Scopia* sive *Scupos* describens, eumdem referat Strumpitzæ appropinquasse : quo illum Strumpitzæ situm designat, quem nos Strumitzæ constituimus Nicephori Gregoræ verbis innixi. Alii minore adhuc diversitate eamdem *Strumnitzam* nuncupant, ut Ananias ejusdem episcopus, qui anno 1565 synodo Constantinopoli celebratæ (qua synodo dejectus ob simoniæ crimen e throno patriarchico est Joasaphus illius urbis archiepiscopus) subscripsit his verbis : *Ego humilis episcopus Strumnitzæ Ananias volens meo consilio subscripsi*, ut ecclesiastica seu patriarchica refert historia Emmanuelis Malaxi, Peloponnesii ; quam Martinus Crusius, Academiæ Tubingensis professor, Latine reddidit, ediditque lib. II *Turco-Græciæ*. Ex quo consequitur, Strumitzam nedum sæculo, quo vivebat Thophylactus, undecimo, sed etiam decimo sexto episcopali sede ornatam fuisse. Sedem hanc etiam nunc temporis superesse, imo et metropolitica dignitate fuisse auctam, testatus mihi est Jacobus Nicolai, hieromonachus *Olympiota*, seu ex monasterio montis Olympi, quem paucis ante diebus, quam hæc typis mandarentur, ad hanc urbem appulsum, ut deinde in Transylvaniam pergeret, sacerdotis munere apud suæ gentis homines ibidem functurus, semel et iterum allocutus sum. Hic me in primis certiorem fecit, fere integrum mensem se Strumitzæ moratum esse. Tum mihi de quindecim hisce martyribus sciscitanti respondit, non modo illorum memoriam ea in urbe vigere ; sed etiam a sacerdotibus eo loci celebrantibus commemorationem quotidie fieri : quotannis vero solemnem celebrari eorumdem martyrum festivitatem : quin et peculiare officium et lectiones de ipsorum martyrio haberi : eaque omnia contineri peculiari quodam libello impresso Bo-

Digitized by Google

scopoli, vel, ut communiter pronuntiant Græci, Voscopoli, in Macedonia, in qua urbe paucis abhinc annis instituta est typographia. Notitia hæc, quam mihi diu multumque inquirenti ex hoc uno sacro monacho haurire licuit, egregie confirmat historiæ, quæ in hac Theophylacti oratione describitur, veritatem : præsertim cum omnia, quæ ipse referrem ex prædicta oratione, ille se legisse affirmarit in memorato libello. Solum hoc non satis memoria ille tenebat, an martyres illi sub Juliano Apostata martyrium subiisse eo in libello dicantur. Et hæc de loco, ubi passi sunt martyres, ejusque occasione sint dicta

XXI. Tempus vero quo id contigit definiri facile potest. Nam ex epigraphe ipsaque oratione innotescit, eos imperante Juliano Apostata sanguinem pro Christo fudisse. Cum autem perbrevi tempore moderatus ille imperium sit (nimirum a mense Novembri anni 361 ad diem usque 26 Junii anni 363), perspicuum est, nos in definiendo martyrii tempore vix posse anno integro a vero aberrare. Ex historia siquidem ecclesiastica constat eum aliquanto post initum imperium persecutionem inchoasse contra Christianos ; atque in hoc ipso opusculo legimus, martyres, de quibus hic sermo, post fugam primum quidem ex urbe Nicæa, deinde ex Thessalonica, aliquandiu commoratos esse Tiberiopoli, ejusque cives, et finitimorum locorum incolas qua prædicatione, qua miraculis ad Christi fidem perduxisse : in quo temporis spatium aliquod illudque non adeo exiguum insumptum esse oportet. Hinc vero magna probabilitate deducitur, paucis ante Juliani obitum mensibus, adeoque circa anni 363 initium, aut certe sub finem anni 362, eos martyrium subiisse. Neque hac de re plura : tantummodo animadvertendum martyrii diem in hoc ipso opusculo poni sub die 28 Novembris.

XXII. Diligentius inquirendum videtur tempus et locus quo horum martyrum corpora solemni pompa translata fuere. At nemo tamen hic annum hujus translationis proprium a nobis postulet designari : id enim fieri nullatenus potest, cum nullibi adnotatus occurrat. Quare tempora proximiora utcunque indicare sufficiet. Id vero pendet a tempore quo Bulgarica gens amplexa est Christi Domini fidem : nam sub primo Bulgarorum rege Christiano translationem illam fuisse peractam, diserte asseritur in hoc sermone. Qua de re nonnulla diximus in Notis, quas in inferiore hujus orationis margine, ac præsertim pag. 501 apposuimus. Neque opus esse arbitror, eam rem fusius hic persequi aut accuratius investigare ; cum scriptores omnes qui hanc historiæ ecclesiasticæ partem attigere, conversionem Bulgarorum nono sæculo accidisse consentiant ; solumque viginti annorum spatio citius alii, alii serius autumant evenisse. Nam scriptores Græci eam fere ad annum octingentesimum quadragesimum sextum revocare videntur. Anastasius vero Bibliothecarius in Vita Nicolai I ea tradit, ex quibus colligere pronum est, nationem Bulgaricam Christianæ religioni nomen non dedisse ante annum ejusdem sæculi sexagesimum sextum. In eo etiam omnes fere consentiunt, quod rex Bulgarorum primus Christianæ religioni addictus ante baptismum Bogoris (Theophylactus in hac oratione *Borisim* scribit, voce paululum immutata), postmodum vero *Michael* fuerit appellatus. Sed rursum ii valde discrepant in assignanda causa, qua inductus ille fuerit ad Christianam fidem amplectendam. Alii enim sororis suæ adhortationibus, quæ dum Constantinopoli moraretur, Christianis erat imbuta mysteriis, permotum fuisse tradunt ; alii bellorum famisque calamitatibus impulsum : alii vivida futurorum cruciatuum imagine, quam hauserat ex insigni pictura, perculsum divinitus infusæ luci oculos aperuisse, narrant. Sed hæc enucleare nostra non interest. Satis mihi est, Bogorim, sive *Borisim* quamcunque demum ob causam, et sive una, sive multiplex fuerit, nonnisi circa dimidium sæculi noni religionis Christianæ mysteriis fuisse initiatum : inde enim compertum efficitur exploratumque SS. martyrum, de quibus nunc sermo est, translationem eodem inclinante jam sæculo contigisse ; adeoque Theophylacti ætatem duobus circiter sæculis præcessisse, ut superius innuimus.

XXIII. Verum quo clarius innotescit tempus saltem proximum istiusmodi translationis, eo nobis obscurior est locus ad quem delata sacra pignora sunt. Auctor quidem orationis hunc sæpenumero vocat Βραγαληνίτζαν, *Bragalinitzan* (vel si β pronuntietur recentium more Græcorum, *Vragalinitzan*) eamque et πόλιν, *urbem*, et ἐπαρχίαν, *provinciam*, seu me-

Digitized by Google

*tropolim* nuncupat. Sed quænam et quo loco posita sit, vel olim fuerit civitas hæc, nondum mihi inquirenti satis detegere licuit, cum neque in geographicis mappis adnotatam, neque ab alio aliquo auctore memoratam repererim. Cum vero ex indole linguæ Slavonicæ, haud mihi prorsus ignotæ, atque ex similibus quæ passim occurrunt, etiam apud Theophylactum, exemplis compertum haberem, hoc vocabulum Bulgarica, quæ lingua Slavicæ seu Slavonicæ dialectus est, terminatione desinere, illud statim perquirere cœpi, utrum, detracta saltem terminatione *itza*, vel *nitza*, hujus similisve nominis urbs in Bulgaria esset, vel in alia regione, cujus incolæ lingua uterentur Bulgarica, cujusmodi fuit *Bragalinitza*, ut ex ipsa oratione constat. Verum non aliam urbem offendi, quæ aliqua ratione cum illa con gruere videretur, quam *Bargala* pertinens ad Macedoniam secundam orientalis Illyrici partem : nam *Bargalæ* nomen, quod dempta terminatione Bulgarica, remanet, cum illa fere consensit ; neque a Tiberiopoli multum abesse videtur. Quocirca credibile est, intra Bulgarici fines imperii eam tum exstitisse, adeoque et Bulgaricæ linguæ in ea usum tunc temporis viguisse.

XXIV. Huc usque scripseram, cum supra laudatus monachus Olympiota certiorem me fecit, exstare etiamnum in secunda Macedonia urbem *Bragalinitzam*, seu, ut ipse efferebat, *Bragarinitzam* ; sed e magna urbe ad pagi conditionem redactam, habitarique a Turcis, paucis immistis Christianis : distare vero a Strumitza quinque circiter horarum itinere : ac in ea non solum de peracta ad ipsam sanctorum martyrum translatione memoriam vigere ; sed etiam se, cum illac transiret, propriis vidisse oculis fundamenta templi quod in eorum honorem olim exstructum dicebatur. Plura de hisce sanctis mihi dicenda non suppetunt. Cæterum clarissimi et de Christiana republica optime meriti Bollandi continuatores suo tempore totam hanc historiam accuratissime, summaque, ut assolent, eruditionis vi discutient, illustrabunt, expedient. Interim haud infima laus hujus editionis erit, ansam præbuisse præclarissimis viris negotium hoc perficiendi : ut reipsa præbitura videtur ; quandoquidem ex illis unus, vir omnigena eruditione clarus, Joannes Stiltingius, quem hac de re per litteras ipse consului, solita humanitate respondit, *se horum martyrum acta non vidisse.*

## SECTIO VII.

### *De Allocutione ad Familiarem circa ea quorum incusantur Latini.*

XXV. Allocutio hæc, quam alii *Epistolam ad Nicolaum diaconum et canstrisium* vocant (*a*) tunc etiam celebris erat, cum adhuc in quibusdam insignioribus bibliothecis inedita latitaret. Non modo enim de ea mentionem fecerant ii omnes qui de Theophylacti operibus disseruere ; sed aliqua etiam ejusdem fragmenta tum in *Jure Græco-Romano*, quod Leunclavius vulgavit, inserta, tum in *Græcia Orthodoxa* ab Allatio edita, obvia omnibus perstabant. Hæc vero ita acuerant eruditorum animos, ut summopere exoptarent, ex ipso fonte detegere, quænam auctori satis vetusto, doctissimoque et celebri archiepiscopo mens insedisset quoad ea quæ Græcam a Latina Ecclesiam infando schismate diremptam jam dudum tenent. Primus (quem equidem noverim) qui justissimis his litteratorum hominum votis explendis serio adjecerit animum, fuit editionis hujus fautor amplissimus, de quo jam diximus supra, quique jam ab anno 1753 dedit operam, ut ex codice Cæsareo-Vindobonensi exscriberetur, ut huic tertio volumini Operum Theophylacti, velut non mediocre ipsius ornamentum, insereretur. Insequenti anno eam ipse Latinitate donavi : ex qua cl. præviæ *Dissertationis* auctor particulas aliquas in rem suam excerpsit. Quod ea in hac editione publici juris facienda esset, admoniti sunt eruditi cum in Dissertatione prædicta, tum etiam in *Declaratione* Græco-Latina, quæ simul cum tomo primo emissa in lucem est anno 1754. Sed cum voluminis hujus impressio ob eam, quam memoravimus, causam longius produceretur, vir doctissimus Joannes Aloysius Mingarellius, canonicus regularis S. Augustini congregationis Rhenanæ, fortasse ut aliquanto maturius eruditorum exple-

(*a*) Vide Dissertationem tomo I præfixam, num. LIV.

Digitized by Google

ret vota, suo *Anecdotorum Fasciculo*, quem edidit an. 1756, inserendam existimavit. Quod quidem tametsi editionis hujus fautoribus paulo injucundius acciderit, eo quod exinde præreptum ei aliquid laudis suspicarentur, mihi tamen percommodum cessit: sic enim collationem, quam cum Bononiensi textu facere meditabar, eo jam edito, multo facilius exsequi potui. Cæterum Mingarellius Græco textui Latinam versionem adjunxit sane accuratam et nitidam : quam propterea, ut in hanc editionem asciscerem, animo diu multumque propendi. Sed tandem nil esse ratus, cur versionem meam eo jure privarem, quod ratione temporis acquisierat, et postquam haud mediocri nisu eluctata ex exemplari esset pluribus de causis perarduo, eam innoxiam tenebris damnarem perpetuis, ipsam hic apponendam censui. Cæterum cum Bononiensis codex codice Cæsareo-Vindobonensi, qui haud ita magnam redolet antiquitatem, mihi aliquando nitidior visus sit, emendatiorque, illius ope nonnulla mei exemplaris corrigere menda (prius quidem sola conjectura plura sustuleram), indeque et versionem meam aliquantulum perficere mihi licuit : ut proinde non omnino suo exciderit voto præstantissimus Mingarellius, qui ea præ cæteris ad evulgandam Allocutionem hanc ratione se inductum fuisse monet, *ut Theophylacti Operum editio magis magisque perfici possit.* At et codicem Bononiensem, tametsi plerumque Vindobonensi nitidiorem, vicissim posse, imo et debere in aliquibus corrigi et ipse codice Vindobonensi, perspiciet facile lector ex variantibus lectionibus, quas ad paginarum calcem adtexui. Et sane lectionem Vindobonensem in quibusdam anteferendam esse Bononiensi, nemo, ut puto, inficiabitur, qui pauculas, quas adjecimus, notas expendere velit. Variantes quoque lectiones, quæ in Chomateni excerptis occurrunt, addidimus, non quidem omnes, sed eas tantum quæ alicujus esse momenti visæ sunt. Sed jam de ipsamet Allocutione nonnulla dicamus.

XXVI. Erunt fortasse qui hanc Theophylacti opellam nonnisi Photii sectatoribus in suo schismate obfirmandis usui esse posse arbitrantes, eam a nobis in publicam efferri lucem, ægre ferant, aut saltem demirentur. Sed nos ab eorum qui ita sentiunt opinione adeo procul absumus, ut non modo nullum in ea edenda periculum subesse suspicemur, sed fructum etiam multiplicem exinde nobis obventurum confidamus : 1 scilicet, ut integerrima in evulgandis Theophylacti Operibus fides nostra omnibus explorata fiat : deinde ut Latini nominis hostes perspiciant, ita nos æquitati causæ nostræ confidere, ut quæ contra afferuntur argumenta in medium producere non vereamur : denique ut Photiani (ita eos appellare lubet, qui ex Græcis schismati adhærent, ut ab inclyta eorum natione, quam magnopere diligo, et, ut decet, colo, secernam) aliquando discant æquius de Latina Ecclesia sentire, animosque capiant moderatiores. Quod ita quidem eventurum confido, si sedato passionum æstu, ac præjudiciis paulisper sepositis, ad Theophylacti placita (quem alias magni, nec immerito, faciunt) animum mentemque suam exigere velint. Hoc si præstiterint, fatebuntur sane, *neque* (*a*) *multos esse Latinorum errores, neque tales, qui ad discindendas Ecclesias sint idonei, eorumque nullum ad fidei caput pertinere.* Fatebuntur ejusmodi, ut ipsi putant, errores ultra rationem omnem et modum a *fervidioribus* quibusdam (*b*) *orthodoxiæ zelatoribus* amplificari; aliquosque *nullius*, alios vero *mediocris emendationis indigere*, ita ut *non magni intersit Ecclesiæ, si ea perficiatur*. Fatebuntur omnem ferme dissensionis Græcos inter ac Latinos causam revocandam esse ad particulam *Filioque* Symbolo adjectam (*c*), adeoque *nec propter azyma, neque propter jejunia* (*d*), *multo vero minus propter reliqua*, pacem esse cum *Latina* Ecclesia turbandam. Fatebuntur multa, quæ ipsis *errores sunt, meras consuetudines* (*e*) esse, *quasdam quidem ex pietate, alias ex provida dispositione* introductas. Fatebuntur denique, ex solo *charitatis defectu, ambitione* ac *superbia* (*f*), ex *zelo non secundum scientiam, ex cæco sui amore* (*g*) tot congeri

(*a*) Verba Theophylacti Alloc. num. I, pag. 513.
(*b*) Num. II.
(*c*) Ib. et num. III.
(*d*) Num. XV.
(*e*) Ibid.
(*f*) Huc spectant verba quæ habet num. I : *Non enim fraterne suscipimus*, etc.; tum quæ habet num. XVI, ubi graphice describit quorumdam ex suis *popularibus* ὑδερικὸν ὄγκον, *hydropicum tumorem.*
(*g*) Num. XI in fine.

Digitized by Google

Latinorum errores, eosque tanta acerbitate improperari. Itaque legant et perlegant, accuratiusque perpendant, quæ magnus illorum doctor, nullatenus certe Latinis addictus, contra nimium immodicumque, atque a ratione prorsus alienum Photianorum sui temporis zelum in hac sua *Allocutione* conscripsit; nec velint ipsi limites ab eodem præstitutos adeo enormiter transilire. Cogitent etiam, atque etiam, quid esset ille scripturus, si in hæc incidisset tempora, quibus eorum zelus, seu potius odium in Latinam Ecclesiam ad furorem usque exarsit. Et sane, quo nunc animo esset, aut quid, amabo, conscriberet, si in *Patriarcharum Historia* a Dositheo conscripta, auctaque a Chrysantho, et Bucherestæ in Valachia edita anno præsentis sæculi decimo tertio, ea omnia in Romanam Ecclesiam congesta deprehenderet genera calumniarum, quas vel infensissimi illius hostes commenti usquam fuere? Quid si in Theophylacti manus incideret libellus ante biennium Constantinopoli editus, qui encyclicam Eugenii scholarchæ in *Monte sancto* epistolam continet, in qua præconcepti Latinorum errores quamplurimi, *innumerabilesque* dicuntur, et mirum in modum amplificantur, Ἔτι δὲ περιέχει τὸ, *Πάτερ ἡμῶν*, ἐπιτηδείως ὅλον ἁρμοσθὲν ὑπὸ σοφοῦ τινος ἱερέως εἰς τὸν πάπαν ὡς Λατίνων ὄντα θεόν, *atque etiam Orationem Dominicam exhibet totam a docto quodam sacerdote concinne in papam, tanquam Latinorum Deum, aptatam.* O præclarum sane doctissimi sacerdotis inventum (*a*)! Quid si Theophylactus vel obiter percurreret *Pseudoevangelicam* illam Macarii cujusdam *Tubam*, anno 1754 furtivis in hac urbe typis impressam (cujus proinde exemplaria auctoritate publica flammis addicta fuere), eo præsertim fine conflatam et inflatam, ut loco Christianæ dilectionis, majorem in modum populi odium incenderet inflammaretque: cuique præmissa præfatio est a Græco homine Ephraimo ipsimet operi apprime respondens, ubi summa incredibilique impudentia scribit, Latinos ἀληθῶς πνευματομάχους εἶναι, ἀντιχρίστους καὶ ἀντιθέους, ὡς λατρεύοντας τῇ κτίσει ἡγοῦν τῷ ἰδίῳ πάπᾳ, παρὰ τὸν Κτίσαντα, esse *revera pneumatomachos, antichristos et antitheos*, seu *Dei adversarios; quippe qui adorant creaturam, nempe suum papam, loco Creatoris;* ac Romanum ipsum pontificem non modo ait, ἀναιρεῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ Κυρίου ἐπὶ τῆς γῆς, *destruere potestatem Domini super terram*, καὶ περικλεῖν τὸν Χριστὸν εἰς οὐρανὸν μόνον, διὰ νὰ φαίνεται ἐπίγειος θεός, et *concludere Christum solo cœlo, ut ipse terrenus Deus appareat;* sed et eum non amplius χειροτονεῖσθαι προσευχῇ καὶ ἐπικλήσει Πνεύματος, *ordinari oratione et invocatione Spiritus sancti;* verum τῇ τῶν μορίων θεωρίᾳ καὶ ψηλαφήσει, quæ verba naturalis pudor vetat interpretari. Quid demum, si dictum illud *satanicum* (utor Theophylacteo verbo, neque enim hic aptius ullum occurrit), si illud, inquam, inaudiret, quod terere dicitur Photianorum vulgus, simplicique plebeculæ altius inculcari, videlicet, Κρεῖττον Μουαμεδισμὸς ἢ Λατινισμός, *Muhamedismus melior Latinismo est?* Nonne hæc inaudiens summo animi dolore atque indignatione correptus exclamaret:

*Quis furor, o cives, quæ tanta licentia linguæ* (*b*)!

Verumenimvero illud vereor, ne nunc temporis Theophylacto accidat, quod suamet ætate

(*a*) Titulus istius libelli ita se habet: Βιβλιάριον κατὰ Λατίνων, ἔχον ὄνομα, Ἐγκύκλιος Ἐπιστολὴ γραφεῖσα παρὰ τοῦ σοφωτάτου κυρίου Εὐγενίου διδασκάλου τῆς ἤδη συγκροτηθείσης ἐν τῷ ἁγιωνύμῳ Ὄρει σχολῆς, συντόμως ἀπαριθμοῦσα τὰς τῶν Λατίνων μίαν πρὸς μίαν καινοτομίας ἐκπομπεύει. Hoc est: *Libellus contra Latinos, cui nomen est: Epistola Encyclica, conscripta a sapientissimo domino Eugenio magistro scholæ jam institutæ in Monte, qui Sanctus cognominatur, quæ breviter pandit omnes Latinorum innovationes, eas singillatim enumerans.* Editor hujus libelli est Christophorus ieromonachus, qui eum patriarchæ Cyrillo dedicavit, ac prolixum proœmium adjecit. In eo auctor triginta Latinorum καινοτομίας, *innovationes*, velut in aliarum *innumerabilium* specimen nominatim recenset; nempe quidquid a receptis inter Græcos sententiis vel ab eorum moribus abhorret. In his magnam illam καινοτομίαν, *innovationem*, de barbæ clericorum tonsione non præterit; sed his verbis proponit. Δι' εὐταξίαν καὶ σεμνοπρέπειαν ἐπεκράτησεν ἔθος ἐπαινετὸν οἱ ἐκκλησιαστικοὶ νὰ τρέφωσι καὶ τῆς κεφαλῆς τὴν κόμην, καὶ τοῦ προσώπου τὸν πώγωνα· ὅθεν ὁ θεῖος Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἱερὸν κόσμον τοῦτον ὠνόμασε· καὶ αὐτοὶ οἱ Λατῖνοι, καὶ ἱερεῖς, καὶ ἀρχιερεῖς ξυρίζουσιν ὁμοῦ μὲ αὐτὰ καὶ τὸν μύσταχα, καὶ παραστήκουσιν εἰς ἡμᾶς τὴν κεφαλὴν τῆς Λατινικῆς Ἐκκλησίας ἐξυρημένην. *Decoris et gravitatis gratia invaluit laudabilis consuetudo, ut ecclesiastici et capitis cæsariem et faciei barbam nutriant; quocirca sacrum ornatum rem hanc appellat Clemens Alexandrinus. At ipsi* (Latini) *sive presbyteri sint, sive episcopi radunt cum ipsis etiam pilos labii superioris* (vulgo la *basetta*, vel propius ad Græcam vocem μύσταχα, *mystaca*, *i mostacchi*), *et nobis opponunt caput Ecclesiæ Latinæ rasum.* Hem! Siccine amittitur ecclesiasticus decor et gravitas si abjiciatur, quod brutis etiam quibusdam convenit?

(*b*) Ex Lucano lib. I, v. 8, mutata voce *ferri* in *linguæ*.

Digitized by Google

verebatur ille eventurum sibi, nempe quod nonnulli ex *fervidioribus Photianis*, legentes quam acriter in sua hac opella perstringat eorumdem *immoderantiam zeli, charitatis defectum, ambitionem atque hydropicum tumorem*, æstimatione in contemptum versa, eum condemnent *inscitiæ crassioriaque in rebus sacris judicii, vel incuriæ, imo et orientalium dogmatum proditionis*. Alii tamen, sperare juvat, gravissimi hujus viri auctoritate permoti sibi facile persuadebunt, *nec multos esse Latinorum errores, neque tales qui ad discindendas Ecclesias sint idonei; nec ullum qui ad fidei caput pertineat.* At ii ipsi fortasse ejusdem auctoritate freti contendent, se jure a Latinorum communione abhorrere, quippe qui illud Symbolo addiderint, quo Spiritum sanctum et a Filio procedere enuntiatur. Hos igitur amice et fraterne, utque verbis utar Theophylacti, *simpliciter et candide, atque ut piscatorum discipulum omnino decet*, nunc paucis alloqui lubet.

XXVII. Ac primo quidem eos, quoad præsens attinet, præmonitos velim, potius animi dispositionem quam verba esse in Theophylacto spectanda; deinde quæcunque ejus mens fuerit, non magni esse faciendam illius hac in re auctoritatem. Quoad primum attinet, pro certo habeo, ita eum fuisse animo comparatum, ut si quo tempore vixit, per aliquod concilium ex Græcis Latinisque coactum ad examen vocata ac definita fuisset processio Spiritus sancti etiam a Filio, procul dubio concilii judicio ac sententiæ stetisset: quemadmodum plurimi sanctitate ac doctrina præstantissimi Patres stetere synodo, Florentinæ, eique perpetuo et constantissime adhæserunt. Hac fuisse Theophylactum animi dispositione affectum, ipse colligo ex eximio ejus pacis unionisque amore, qui cum in aliis operibus, tum potissimum in hac ipsa *Allocutione* luculenter se prodit. Verum cum ante floruerit quam controversia hæc definita esset in aliqua œcumenica synodo (primo enim definita est in concilio generali Lugdunensi II, an. 1274), cumque per id tempus dissidii et schismatis æstus primum excitatus a Photio, tum a Michaele Cerulario non ita pridem renovatus, ferveret quam vehementissime, haud valde mirandum si et Theophylactus se quoque abripi passus utcunque sit. At quia tamen ob eam, quam supra memoravimus, causam ignotum nobis est, an illius fervor ad hæreticam usque pertinaciam excreverit, ideo neque illum hæreseos, neque *formalis*, ut aiunt, schismatis condemnamus (*a*) quin nec *sancti* viri appellationem, qua vulgo ab Orientalibus insignitur, nos ullatenus ipsi invidemus.

XXVIII. Verum hoc ipsum quod Theophylacto ab his criminibus purgando, sive excusando deservit, ad minuendam quoque hac in parte illius auctoritatem quam maxime facit. Cum enim controversia hæc in concilio ex Græcis Latinisque coacto nondum data opera communique consensu subjecta esset examini, quod primo factum est in prædicta generali synodo, ignorare is facile potuit quibus niteretur fundamentis Latinorum sententia, vel quo in sensu assererent hi, Spiritum sanctum etiam a Filio procedere, et quam legitima ratio seu causa eis fuerit, ut particulam *Filioque* in suæmet usum Ecclesiæ Symbolo fidei adjiciendam putarint. Hæc reipsa ab Theophylacto ignorata fuisse, dubitari vix potest, si argumenta queis suam ipse causam propugnat, paulo attentius expendantur. Anne enim usus unquam verbis illis evangelicis fuisset: *Ostende nobis Patrem* (qui nempe doceat Spiritum sanctum a Filio procedere), *et sufficit nobis* (*b*), si cognovisset, tot esse Patres, et *probatissimos* quidem, et non modo Latinos, qui floruere ante dissensionis initium (quibus proinde *probatorum Patrum* et nomen et gradum nemo sane, qui recte sentiat, abjudicarit), sed etiam Græcos, qui nostram tradidere sententiam? Hic vero, antequam ultra progredior, cohibere me non possum, quin vehementer querar expostulemque de apertissima injuria quam Græci nostræ hujus ætatis non Latinæ tantum, sed et universæ Ecclesiæ inferre haud reformidant, dum controversiam hanc fidei ad Græcos tantum exigendam esse Patres, ex eorumque placitis definiendam esse contendunt. Quid enim? An catholica

(*a*) Hac ratione eum excusarunt auctores editionum ann. 1531, 1542 et 1554, quas videre mihi licuit. Enarrationum ipsius in quatuor Evangelia. Verba illorum ad calcem Joannis hæc sunt: *Propterea reprehendendus non est Theophylactus* (quod ita locutus fuerit de Spiritus sancti processione), *quia minime tunc ab Ecclesia universali definitum erat, eum ab utroque procedere.*

(*b*) Num. III.

Digitized by Google

Ecclesia intra solius Græciæ vel Orientis fines etiam primis Ecclesiæ sæculis conclusa erat? Aut *divina traditio*, cujus propria dos est, *semper* et *ubique* vigere, ex *Orientali* tantum Ecclesia haurienda pensandaque est? Ecquis hac prærogativa Orientales donavit? An Christus, qui Evangelium in universo mundo prædicandum edixit? An apostoli, qui illud annuntiarunt ubique terrarum; eorumque coryphæus Petrus Romam cum doctrinæ suæ, tum etiam potestatis sedem constituit? ubi etiam Paulus doctoris munere functus biennio est : ut de cæteris sileam apostolis, quorum aliqui per seipsos, alii per discipulos ab se institutos in varias Occidentis provincias ac regna doctrinam evangelicam disseminarunt. Quamvis igitur nullum ex Græcis Patribus afferri posset pro Latino dogmate testimonium, nonne satis esset unanimis Latinorum Patrum sententia, ut nedum ab omnis suspicione erroris absolveretur, sed etiam ut apostolis ipsis referretur acceptum? Et sane si Theophylactum non latuit isthæc Latinorum consensio Patrum, qua ratione ausus est affirmare, *a nullo ex probatis Patribus id edoceri*, provocareque nos evangelicis verbis : *Ostende nobis Patrem?* An non *probati* Patres Cyprianus et Ambrosius, quorum utitur testimoniis tertia synodus œcumenica, sive Ephesina? Nonne probatissimus Pater Leo Magnus, cujus scripta quarta synodus στήλην ὀρθοδοξίας, *columnam orthodoxiæ* appellavit. Nonne probatus Pater Augustinus, quem sexta synodus summis prosecuta est laudibus æque ac ipsum Ambrosium atque Leonem? Si vero hoc ille ignoravit, consequens est, multo breviorem ecclesiasticæ eruditionis supellectilem illi fuisse, quam decuisset tanti nominis archiepiscopum : adeoque illius auctoritatem, ad hoc quod attinet, non esse magnopere faciendam. Quod vero magis displicet, est illud quod subdit : *Si enim probatus est, non dixit; et si dixit, probatus non est.* Quæ verba hæreticum spiritum redolere videntur : hæretici enim ex opinione propria Patrum auctoritatem metiri solent, de eaque judicium ferre : dumque ab eisdem dissentiunt, eos flocci ac nihili faciunt. Sed mitius sentire præstat de Theophylacto, atque ea verba benigne interpretari, velut non eo spiritu sensuque prolata; sed quia sibi nimium blandiretur, atque confideret, ex Græcis illustrioribus Patrem reperiri neminem posse, nam de Latinis nihil sollicitus fuisse videtur, qui Spiritum sanctum etiam a Filio procedere docuisset. Pretium igitur operæ est, accuratius investigare, quibus ille et quam validis fundamentis innixus tantopere sibi ipsi præfideret. Sed paulo post videtur et ipse sibi non satis tutus, cum subdat : *Deinde etsi hoc daremus, non utique quod rarius est, in argumentum trahendum.* Quid vero, si non pauci rarique sint, nedum Latini, sed Græci etiam Patres, qui dogma nostrum tradiderint vel disertis vel æquivalentibus verbis?

XXIX. Sed antequam id demonstro, jure omni abs Theophylacto et Photiani schismatis propugnatoribus postulo, ut ex eorum *probatis Patribus* vel unum *nobis ostendant*, qui ante Photiana tempora inficiatus fuerit, Spiritum sanctum a Filio procedere. Sed *quamvis diu multumque fatigentur*, indicare ne unicum quidem possunt (Damascenum enim, quem solum specie aliqua veri opponere valent, a nobis minime dissidere postea demonstrabimus). Alias vero dogmati nostro censendi minime sunt adversari, qui vel hac de re penitus silent, vel solum aiunt, Spiritum *a Patre procedere*. Quis enim ignorat, rem esse plane diversam non asserere, Spiritum sanctum procedere a Filio, atque id negare? aliud pariter affirmare, eum *a Patre* procedere, aliud *a solo Patre?* Quare nullatenus intelligere valeo, quomodo Theophylactus omnesque Photiani nos veluti Christo Patribusque adversantes traducant, eo quod simpliciter ii asserant, Spiritum sanctum *a Patre procedere*, atque a nobis fieri καινοτομίαν, seu *innovationem in fide* contendant, dum eumdem asserimus etiam a Filio procedere; ea solum ratione quod Christus tantummodo dixit, *a Patre*. Verum si quid addere est innovare, cur et ipsi quidpiam addunt dicentes, *a solo Patre?* Ubinam Christus, ubi Patres id (saltem ante Photii tempora) asseruere? Quid enim? An nobis exprimere vetitum, quod Christus Dominus non expressit; illis limitare liceat, quod a Christo limitatum non est? Si ille non dixit, Spiritum sanctum a Filio, hoc est a seipso procedere, neque id etiam negavit. Cur itaque Photiani negant? Et si quidem tantummodo non assererent, ferendum eorum silentium esset; verum et negant, et eos qui asserunt condemnant dirisque omnibus devovent; tritum illud (in quod etiam Theophylactus ab

Digitized by Google

iniquitate causæ suæ præceps est actus), ac puerile argumentum usurpantes: *Si Spiritus sanctus etiam ex Filio procedit* (*a*), *quid prohibuit ne ita Christus loqueretur: Qui ex Patre et ex me procedit?* Sed mihi subdere liceat: *Si a solo Patre* procedit, quid prohibuit, ne id Christus exprimeret; præsertim cum ipse jam prænovisset quot et quanta ex illius voculæ præteritione oritura aliquando essent dissidia? Quid ad hæc Photiani respondeant, nihil habent; at nobis in promptu est, quid contra eos regeramus: videlicet, Christum sin eo, saltem aliis in locis; sin expressis, saltem æquivalentibus verbis, docuisse Spiritum etiam a seipso procedere: quod quidem nostri homines millies demonstrarunt, et ex eo quod Christus Dominus ait Joan. x, 30, *Ego et Pater unum sumus;* ex quo inferunt *unum* etiam esse Filium cum Patre quoad rationem principii Spiritus sancti. Et ex eo (*Joan.* xvi, 15), *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt:* ergo, inquiunt et virtus producendi Spiritum sanctum est Filii, seu convenit Filio. Et ex illo (*ibidem* 14): *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Quid enim, aiunt, Spiritus sanctus accipere a Filio potest, nisi ipsum esse? Et ex eo demum quod Joan. xv, 26, ait se *missurum* Spiritum sanctum: cum *missio* in divinis nil aliud esse aut intelligi possit, quam processio æterna cum ordine ad quidpiam extrinsecus producendum. Quid quod et ipsis verbis, quibus tantopere fidunt adversarii, videlicet, *qui a Patre procedit*, docet implicite, etiam a seipso procedere. Nam quidquid *in Scripturis de una persona dicitur, etiam de alia oportet intelligi, nisi repugnet proprietati personali ipsius*, ut verissimum effert theologorum cum S. Thom. IV cap. Gen., cap. 25, axioma, ea ratione nixum, quod tres divinæ personæ unum idemque sunt omnes, iis tantum exceptis quæ ad personalem pertinent proprietatem. Quod adeo certum est ut, etiamsi Christus eo loci dixisset, *Qui a Patre solo procedit*, non inde tamen abdicanda ei esset Spiritus sancti productio. Fortene mirantur vel hoc negant Photiani. Ergo pariter negent Patrem a Spiritu sancto *cognosci*, vel etiam *nosse* seipsum, propterea quod dixerit Christus Matth. xi, 22, *Nemo novit Patrem, nisi Filius;* vel negent cum Socinianis, Filium ipsum esse verum Deum, quia ipse Patrem alloquens ait (*Joan.* xvii, 3), *Ut cognoscant te solum verum Deum.*

XXX. En quo tandem abit argumentum a Photianis adeo decantatum: a Photianis, inquam, qui et tritum illud et per sese luculentissimum ignorare videntur: *Qui unum asserit, aliud non negat, nisi ei quod asserit repugnet.* Nam probaruntne unquam, aut aliquando probaturi sunt, ullam in eo esse repugnantiam, quod Filius una cum Patre sit principium Spiritus sancti? Quid enim? Anne aliquid virtutis, quæ insit Patri, deesse Filio putandum erit? Vel rationi Filii repugnat producere aliam a seipso personam? Vel demum quod habet principium, nequit esse principium alterius? Nihil horum profecto. Cur igitur ovantes adeo argumentum istud obtrudunt: *Evangelium Christi ore clare docet fideles, Spiritum sanctum a Patre procedere; at ipsi angeli tenebrarum* (Latini) *prædicant, etiam a Filio:* ergo Evangelio contraria docent. Ita sane post innumeros alios Eugenius in citato libello, cujus Græca verba sunt hæc: Τὸ Εὐαγγέλιον διὰ στόματος τοῦ Χριστοῦ εὐαγγελίζεται εἰς τοὺς πιστοὺς φανερὰ ὅτι Πνεῦμα παρὰ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι σκότους εὐαγγελίζονται, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. O præclaram scholarchæ Montis Ἀγιονύμου ratiocinatio! Sic, cine? *Procedit a Patre; non igitur a Filio:* cum potius dicendum foret: *Procedit a Patre, ergo et a Filio*, ob indicatas rationes. Sed et ipse Theophylactus male famæ suæ consulit, dum prædictum argumentum *simplicem vocat absolutamque rationem* (*b*), addiditque, alium nobis esse quærendum doctorem præter *unum magistrum nostrum Christum*, si huic dogmati adhærere velimus. At vero, si Christus aiendo: *qui a Patre procedit*, nobis nullatenus adversatur, multo minus censendi sunt nobis contrarii esse quicunque ex Græcis Patribus docent solummodo, affirmantque Spiritum sanctum *a Patre procedere*. Cum igitur Græcorum nemo inficietur eumdem et a Filio procedere, nonnulli autem ex illis una cum Latinis omnibus affirment, profecto illud negare præfracte velle, imo et hæreseos nos condemnare quia id asserimus, *res illorum est* [verba regero quæ habet Theophylactus (*c*)] *qui spiritu erroris pleni sunt.*

(*a*) Num. III.
(*b*) Ibidem.
(*c*) Ibidem.

Digitized by Google

XXXI. Sed jam age proferamus in medium Græcos, eosque *probatos*, imo et *probatissimos* Patres, qui nobiscum in hoc dogmate sentiunt; ut qui sapiunt, inde perspiciant quam inconsulte Theophylactus nos provocarit iis verbis : *Ostende nobis Patrem*, etc. *Probati* sane ac *probatissimi* Patres sunt Athanasius, Epiphanius, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Alexandrinus, Basilius, quibus addendus est Didymus summâ saltem venerabilis antiquitate. Porro satis aperte hi omnes docent Spiritum sanctum procedere a Filio. Quanquam enim, ut candide quod est, fatear, Græcorum nemo prior Symeone Metaphraste voce ipsa ἐκπορεύεσθαι ad id exprimendum utatur, tamen vocabula et phrases ejusdem omnino valoris adhibent, ut προϊέναι, *progredi;* προχεῖσθαι, *profundi, emanare;* εἶναι, *esse,* ὑπάρχειν *exsistere;* ὕπαρξιν ἔχειν, *exsistentiam habere*, et similia, quibus æternam Spiritus sancti productionem a Filio significari, nemo inficias ierit, qui in defendendo errore penitus obfirmatus non fuerit. Et sane phrases εἶναι, *esse*, ὑπάρχειν, *exsistere*, ὕπαρξιν ἔχειν, *exsistentiam habere*, per sese ad id quod intendimus, significandum claræ sunt : verbo autem προϊέναι, *progredi* vel *profluere* utitur etiam Theophylactus ad substantialem Spiritus sancti *processionem* indicandam, dum in *Allocutione* num. IV explicans, cur *Spiritus Christi* ipse dicatur, non, inquit, ὡς ἐξ ἐκείνου προϊὸν, *quod ex ipso profluat; sed*, etc. Cur itaque hodierni Græci legentes in suis Patribus Spiritum sanctum προϊέναι, *profluere*, seu *progredi ex Filio*, id ad temporaneam ejusdem Spiritus *missionem* seu diffusionem referendum contendunt? Profecto pari ratione et illud Christi Domini ὃς παρὰ Πατρὸς ἐκπορεύεται, *qui ex Patre procedit*, posset quis de temporanea missione explicare; adeoque æternam ejus etiam a Patre productionem seu processionem inficiari. Sed jam ipsa Patrum Græcorum testimonia ob oculos ponenda sunt.

XXXII. Igitur 1. S. Epiphanius, ut ab iis qui clarius sese exprimunt, incipiam, in *Ancorato*, n. 67 : Χριστὸς, ait, ἐκ τοῦ Πατρὸς πιστεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, *Christus ex Patre creditur esse Deus de Deo, et Spiritus sanctus ex Christo, sive ab ambobus* (a). Et n. 71 : Θεὸς Υἱὸν καλεῖ τὸν ἐξ αὐτοῦ, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα τὸ παρ' ἀμφοτέρων. Et præced. n. 8 ait Spiritum sanctum esse ἐν μέσῳ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ, *in medio Patris et Filii, ex Patre et Filio, tertium appellatione.* Et n. præcedente, esse ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ Πνεῦμα ἅγιον, *ex ipsa substantia Patris et Filii Spiritum sanctum.* Et hæresi 74, n. 8, εἶναι φῶς τρίτον παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, *esse lumen tertium a Patre et Filio.* Esse etiam παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, *a Patre et Filio*, bis repetit n. 9. Et antea ibidem n. 7 dixerat, esse τὸ ἅγιον Πνεῦμα παρ' ἀμφοτέρων, *Spiritum sanctum ab ambobus.* Similia habet n. 10, et hæresi 62, n. 4. Ut proinde nemo fortasse ex Latinis Patribus aut clarius aut frequentius hac de re locutus fuerit.

2. S. Gregorius Nyssenus lib. I *Contra Eunomium* duo præsertim ait, ex quibus ineluctabiliter sequitur, Spiritum sanctum a Filio procedere. Primum est, Filium habere rationem *causæ* seu *principii* relate ad Spiritum sanctum, et hac sola ratione ipsi præintelligi, quemadmodum se habet Pater respectu Filii. Verba ejus sunt : Ὡς συνάπτεται Πατρὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων οὐκ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν· οὕτω πάλιν καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως, *Quemadmodum Patri copulatur Filius, et ex ipso habens esse, posterior tamen exsistentia non est; sic rursus Spiritus sanctus proxime hæret Unigenito, qui sola consideratione secundum rationem causæ* (seu *principii*), *præintelligitur personæ Spiritus sancti.* Est igitur Filius αἰτία, *causa*, seu *principium* Spiritus sancti; igitur hic ab illo procedit. Dictum alterum Nysseni est, Τοῦ λόγου τῆς αἰτίας ὑπεξῃρημένου, ἐν μηδενὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα πρὸς ἑαυτὴν ἀσυμφώνως ἔχειν, *Subtracta ratione principii, nulla re sanctam Trinitatem a se ipsa dissidere;* hoc est nullam esse inter sanctissimæ Trinitatis personas distinctionem nisi ex ratione principii. Cum igitur Filius et Spiritus sanctus sint ab invicem realiter distincti,

(a) Non tantum Epiphanius asserit Spiritum esse *ex Christo* seu Filio, et quidem eodem modo quo Christus est ex Deo Patre, hoc est, substantialiter; sed etiam probat esse ex utroque iisdem verbis evangelicis, quibus nos idem probamus; ita enim immediate subdit : Ὡς φησὶν ὁ Χριστός· *Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται*, καὶ, *Οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. Ut Christus asserit* (*Joan.* xv, 26). « *Qui a Patre procedit ;* » et (xvi, 24). « *Hic de meo accipiet.* »

Digitized by Google

oportet ut inter eos intercedat ratio principii, adeoque, ut hic ab illo procedat. Principium idem clarius et ἐμφατικοτέρως proponit in epistola ad *Ablabium* his præcipue verbis : Τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα (esse in Deo), ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν, τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου, *Diversitatem secundum rationem causæ et causati* (seu juxta rationem principii) *et ejus quod est a principio* (in Deo) *non negamus : quo solo alterum ab altero secerni comprehendimus, quatenus unum quidem principium esse credimus, alterum ex principio.* Quæ cum ait Nyssenus, quis neget eum credidisse Spiritum sanctum esse a Filio tanquam ἐκ τοῦ αἰτίου, cum ab ipso distingui non dubitaverit?

3. Didymus, libro II *De Spiritu sancto* Christum rationem afferentem inducit, cur de Spiritu sancto dixerit Joan. XVI, 13 : *Non enim loquetur a semetipso* his verbis : *Quia non ex se, sed ex Patre et me est; hoc enim ipsum quod subsistit, ex Patre et me illi est.* Clarissima vero sunt verba, quæ ibidem paucis interpositis, habet : *Neque quid aliud est Filius exceptis iis quæ ei dantur a Patre ; sic neque alia substantia est Spiritus sanctus præter id quod datur ei a Filio.* Igitur Spiritus sanctus accipit substantiam a Filio : ergo ab eo substantialiter procedit.

4. Cyrillus Alexandrinus, lib. I, *De adorat.*, Ἔστι τοῦ Θεοῦ, ait, καὶ Πατρὸς, καὶ μὴν καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, εἴτουν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ Πνεῦμα, *est ex Deo, et Patre, et Filio ille, qui substantialiter ex ambobus, seu ex Patre per Filium profluit Spiritus.* Anne vero istum *substantialem* Spiritus sancti ex utroque *effluxum* de donorum ejus, atque *charismatum* effusione interpretabuntur Photiani? Sed ridendi sunt, non confutandi, si eo usque insaniant : præsertim cum idem in *Comment. in Joel.* cap. II, satis indicet Spiritum sanctum eodem modo esse ex Filio sicuti est in ipso, hoc est *substantialiter :* absolute enim ait : Ἴδιον αὐτοῦ (Υἱοῦ) τε, καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστι, *proprius est et ipsius* (Filii), *et in ipso, et ex ipso est Spiritus.* Sed quomodo, beatissime Cyrille, Spiritus sanctus est in Filio? Καθάπερ, respondet, ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός, *quemadmodum videlicet in ipso intelligitur Deo ac Patre.* Et in responsione ad Orientalium objecta, ad *Anathematismum* 9, Filius, inquit, ἴδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ, καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς αὐτῷ Πνεῦμα ἅγιον, *proprium habet eum, qui ex ipso est, et substantialiter ei inest, Spiritum sanctum.* Pari modo lib. XXXIV *Thesauri* de eodem Spiritu sancto ait : Πρόεισι δὲ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. *Progreditur autem ex Patre et Filio;* et ne quis de progressione temporali hoc intelligat, subdit eum τῆς θείας εἶναι οὐσίας, οὐσιωδῶς ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς προϊόν, *Divinæ esse substantiæ, in ipsa et ex ipsa progredientem :* ut perinde Cyrillo sit esse ex Patre et Filio, ac ex substantia Patris et Filii. Quis sanæ mentis hoc ad temporariam Spiritus sancti effusionem trahat? Par huic est quod eodem libro ait : Ἐν αὐτῷ (Χριστῷ) καὶ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς ὑπάρχον τὸ Πνεῦμα, *in ipso* (Christo) *et ex ipso naturaliter exsistit Spiritus sanctus ;* et : Ἀνάγκη τὸ Πνεῦμα τῆς οὐσίας ὁμολογεῖν τοῦ Υἱοῦ, ὡς γὰρ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχον, *necesse est fateri Spiritum sanctum esse ejusdem cum Filio substantiæ : nam ut ex ipso naturaliter exsistens,* etc. (*a*) Similia habet dialogo I, *De Trin.* Et in *Comment. in Joannem* ait, eum a Filio κατὰ φύσιν προχεῖσθαι, *secundum naturam,* seu *naturaliter profundi.* Denique ut cætera quæ multa sunt, testimonia prætereram, peremptorium videtur esse illud quod habet *Comment.* lib. X, *in Joannem,* ubi postquam dixit de Spiritu sancto, Ἔστι πνεῦμα Χριστοῦ καὶ νοῦς αὐτοῦ, *est spiritus Christi et mens ipsius* (quæ vel sola verba satis esse deberent ad astruendam ejusdem a Filio processionem : quomodo enim *mens ejus* est, si ab ipso non est?), paulo post subdit : Ὡς πνεῦμα αὐτοῦ, καθάπερ ἀρτίως εἰρήκαμεν, καὶ εἰδὼς ἀδιδάκτως πάντα τὰ (αὐτοῦ) ἐξ οὗ καὶ ἐν ᾧπέρ ἐστι, τὰ θεῖα τοῖς ἁγίοις ἀποκαλύπτει μυστήρια, *tanquam Spiritus ipsius, uti modo dicebamus, et ut cognoscens, nemine docente, omnia quæ sunt ejus, ex quo et in quo est, divina sanctis mysteria patefacit.* Audin', Photiane, ἐξ οὗ καὶ ἐν ᾧπέρ ἐστι, *ex quo et in quo est ;* et adhuc sustinebis ex eo non esse, seu non procedere?

(*a*) Quam recta Cyrillo adversatur Theophylactus, dum num. IV ait : Λέγεται Πνεῦμα Χριστοῦ, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐξ ἐκείνου προϊὸν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖον αὐτοῦ, συγγενὲς γάρ. *Dicitur Spiritus Christi, non quia ex ipso profluit ; sed quia proprius illius est, cognatus enim est.*

Digitized by Google

5. Sanctus Basilius hæc habet lib. III *contra Eunomium* : Ἀξιώματι μὲν δευτερεύειν (τὸ Πνεῦμα) τοῦ Υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν καὶ ὅλως τῆς αἰτίας ἐκείνης ἐξημμένον παραδίδωσιν ἴσως ὁ εὐσεβείας λόγος, *Spiritum sanctum dignitate secundum esse a Filio, ut qui esse ab illo habeat, et ab ipso accipiat, et omnino ex illa causa pendeat, pietatis sermo fortasse tradit.* En quam clare Magnus Basilius dogma Latinorum tradit. Equidem Marcus Ephesinus in concilio Florentino, cum non aliud quod ad evidens hoc responderet testimonium, illi suppeteret, magna contentione sustinuit, textum hunc falsatum et interpolatum esse. Sed quanta injuria! Nam, ut Joannes Niger, qui illud attulerat, regessit, codex unde depromptus est, optimæ notæ erat, Constantinopoli a cardinali Cusano advectus, in membranis, sexcentis ante concilium Florentinum annis, adeoque ante exortum Græcos inter ac Latinos hac de re dissidium, exaratus. Unde ergo corruptionis suspicio? Sed plures codices ita non habent, opponebat Ephesinus. Quid inde, si vetustiores et ante schisma conscripti textum ut attulimus exhibeant? Alii vero, quocunque numero sint, a Photianis potius data opera corrupti dicendi sunt, eo majore fundamento, quod sunt omnes post exortum schisma confecti, et in nonnullis verba dogmati nostro faventia cultro erasa deprehensa sunt. Adde, textum hunc, prout a nobis affertur, nihil continere quod cum reliquis Magni Basilii dictis pugnet : pugnat autem, ut a Photianis legitur. Ita enim legunt illi, ut consequens foret, eum dubium hæsisse, an Spiritus sanctus dicendus sit secundus dignitate a Filio et a Patre tertius : cum tamen exploratum sit, ipsum hac de re dubitasse nunquam; quandoquidem cum aliis in locis, tum præsertim in fine epistolæ trecentesimæ, *ad canonicas*, ait nefas esse, Spiritum sanctum ante Filium collocare, aut aliter quam ordine tertium a Patre : quod et alii Patres docuerunt. Insititium igitur est illud ἴσως, *fortasse*, quod post παραδίδωσιν, *tradit*, ipsi legunt. Sed si hoc ratum habeatur, ut haberi procul dubio debet, vel ex hoc solum verosimilius fit, controversa verba eum addidisse; cum vel ex hoc solo invicte demonstretur ejus sententia fuisse Spiritum sanctum item a Filio procedere : non enim ulla divina persona esse potest secunda vel tertia τάξει, *ordine*, vel ἀξιώματι, *dignitate*, ab alia, nisi ab ipsa procedat : sane non alium ordinem in divinis agnoscunt catholici doctores et Patres.

6. S. Athanasius in libro *De humana natura suscepta* ait, Filium esse πηγὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, *fontem Spiritus sancti*. Sic et alii Patres Græci. Certum autem est apud Patres πηγὴν, *fontem*, perinde esse ac αἴτιον, *principium*. Quare et Athanasius ipse orat. II, *contra Arianos* Patrem vocat πηγὴν, *fontem* Filii; et Basilius eumdem Patrem esse dicit ῥίζαν καὶ πηγὴν, *radicem et fontem*, Spiritus sancti. Idem S. Pater in epist. *ad Serapionem*, ait Spiritum sanctum ἴδιον εἶναι κατ' οὐσίαν τοῦ Υἱοῦ, *proprium esse secundum substantiam Filii*; ex quo plane consequitur, eum nostro dogmati adhæsisse, siquidem oratione II (juxta aliquos I) *contra Arianos* hac ratione probat Filium esse ex Deo (Patre), et in Deo. Verba ejus sunt : Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Λόγος ἐστὶν ἴδιος φύσει τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, ἐξ αὐτοῦ τέ ἐστι, καὶ ἐν αὐτῷ. *Quoniam igitur Verbum proprium est natura substantiæ Dei, et ex ipso est, et in ipso.* Sed Athanasii mens adhuc clarius perspicitur ex eo quod homilia 4 (juxta Græcos 3) *contra Arianos* ait : Αὐτὸς (Υἱὸς) γὰρ, ὥσπερ εἴρηται, τὸ Πνεῦμα δίδωσι · καὶ ὅσα ἔχει τὸ Πνεῦμα, ταῦτα παρὰ τοῦ Λόγου ἔχει, *ipse enim* (Filius), *ut dictum est, dat Spiritum sanctum; et quæcunque habet Spiritus sanctus, ea a Verbo accipit.* Cum vero Spiritus sanctus in primis habeat naturam et essentiam, quis dubitare potest quin Athanasius senserit, hanc eum a Filio recepisse?

7. S. Joannes Chrysostomus, seu alius vetustus auctor homiliæ *De incarnatione Domini*, quam Chrysostomo tribuit Photius cod. 277, Ὁ Χριστὸς, inquit, ἔδωκεν ἡμῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ Πνεῦμα, *Christus dedit nobis Spiritum sanctum, qui ex ipso est.* Anastasius Sinaita, Antiochenus episcopus, in primo *De rectis dogmatibus* : Καὶ μὴν ὁ Κύριος δεικνὺς αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχειν, ἐμφυσῶν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε, *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. At vero Dominus ostendens ex semetipso Spiritum exsistere, insufflans discipulis dixit* : « *Accipite Spiritum sanctum.* » Demum S. Symeon Metaphrastes in Martyrio S. Dionysii : Τὸ ἐκπορευόμενον αὐτοῦ Πνεῦμα ἐπὶ τῇ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν καταπέμπει τοῖς μαθηταῖς ὁδηγίᾳ, *Christus procedentem a se Spiritum ad infideles deducendas gentes, in discipulos immittit.*



Digitized by Google

XXXIII. Alia plura Græcorum Patrum testimonia hic sane congerere possem, quo constans eorumdem Patrum de Spiritu sancto a Filio procedente sententia magis magisque elucesceret. Sed ex superius allatis satis superque compertum esse arbitror, quam temere imprudenterque protulerit Theophylactus ea verba : *Ostende nobis Patrem*, etc. Nos multo potiori jure et ipsum Theophylactum et nostræ ætatis Photianos provocare possumus, atque iterum iterumque repetere : *Ostendite nobis Patres*, etiam ex Græcis, qui ante Photiana tempora diserte negaverint Spiritum sanctum a Filio procedere. Verum etiamsi *diu multumque fatigentur*, non alios profecto, specie aliqua, producere queunt, quam Theodoretum et Damascenum : quorum alter hac saltem in re *probatus* procul dubio non est; cum verba nobis objecta in eo exstent libello quem pro Nestorio edidit contra Cyrillum, quique propterea tanquam hæreticus ab Ecclesia proscriptus in quinta synodo est (præterquam quod non solum *ex Filio*, sed etiam *per Filium* esse, inficiatur) : alter vero, tametsi doctus et pius, cum floruerit sæculo duntaxat octavo, nullatenus est cum Athanasiis, Basiliis, Epiphaniis, Cyrillis aliisque Patribus, qui dogmati nostro aperte favent, auctoritate comparandus. Quid vero, si ne ille quidem nobis reipsa adversetur? Equidem lib. 1, *De fide orthodoxa*, cap. 11, hæc habet : Τὸν δὲ Υἱὸν αἴτιον οὐ λέγομεν, *Filium vero non dicimus auctorem* seu *principium*. Et paulo post : Ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐ λέγομεν, Πνεῦμα δὲ Υἱοῦ ὀνομάζομεν, *ex Filio autem Spiritum non dicimus* (a), *sed eum Filii Spiritum nominamus*. Et cap. 13 : Καὶ Υἱοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον· μόνος γὰρ αἴτιος ὁ Πατήρ. *Sed et Filii Spiritus est; non tanquam ex ipso, sed quod per ipsum ex Patre procedat: solus enim Pater auctor seu principium est.*

XXXIV. Non negaverim, verba hæc nobis in speciem esse contraria : pro certo tamen habemus, Damasceni mentem a dogmate quod tuemur minime esse alienam. Nam juxta diversam notionem et ideam, quæ subjicitur particulæ ἐξ, *ex*, et nomini αἴτιος, *principium*, vel affirmari potest, vel etiam negari, cum Spiritum sanctum esse ex Filio, tum Filium αἴτιον, *principium* esse Spiritus sancti. Nam si vim istiusce vocis inspicias, duo hæc significat, scilicet esse *primum*, et esse causam alterius, cujuscunque sit generis causa. Sed et τὸ *primum* spectari dupliciter potest; vel *absolute*, cum nihil in eo genere prius esse intelligitur; vel *relative*, nimirum in ordine ad aliud, quod ex illo promanat. Duplex etiam est αἰτία, *causa* : altera *primordialis*, seu *primigenia*, quæ producendi vim ab alia non recipit, sed habet a se; eamque Græci appellitant προκαταρκτικήν; alia vero *secunda*, quæ causæ principi subjecta est, utpote ex qua agendi vim obtinet, et quacum operatur et agit quidquid agit. Ut priorem illam exprimant Græci, frequentius utuntur particula ἐξ, *ex*; ut vero indicent posteriorem, plerumque adhibent particulam διά, *per*. Et hæ quidem particulæ ac commodatiores tali sensui fundendo sunt : nam particula ἐξ, *ex*, nihil per se indicat aut supponit anterius : verum particula διὰ, per, ita causæ seu principii rationem exprimit, ut priorem aliam et quidem principem causam menti exhibeat. Verumtamen istarum usum particularum non ita Græci coarctant, quin et particula ἐξ, *ex*, causæ *secundæ*, et particula διὰ, *per*, *primordialis*, seu προκαταρκτικῆς significandæ gratia interdum utantur; quoties nimirum in illis solum inspiciunt significationem illam, in qua ambæ conveniunt, nempe causæ qualiscunque rationem; adeoque ad causarum discrimen, cui significando vel innuendo magis videntur idoneæ, minime attendunt. Hinc vero perspicuum exploratumque fit, juxta diversam harum particularum notionem affirmari posse, Spiritum sanctum *esse ex Filio*, et *non esse ex Filio*, *esse ex Patre per Filium*, et *esse per Patrem et Filium*. Reipsa multiplices has loquendi rationes in Græcis Patribus reperiri, ex eorum textibus, quos attulimus supra, exploratum est. Sic itaque et Damasceni verba nobis objecta explicare par est, quod nempe inficietur, Spiritum *dici*, aut *esse ex Filio*, tanquam ἐξ αἰτίας προκαταρκτικῆς, a *causa primigenia* ac *primordiali principio*, quod non ab alio producendi virtutem acceperit; atque hac ratione solum Patrem esse αἴτιον, *auctorem* sive *principium* (quod et nos lubentissime asserimus ac probamus) : non autem neget, Spiritum esse ex Filio tan-

(a) Mirum, quod proferre hoc potuerit Damascenus, cum tam multi Patres ante eum dixerint, esse *ex Filio*, ut vidimus.

Digitized by Google

quam ex causa, seu principio *secundario*, quod simul cum Patre operetur, et quidem eadem Patris virtute sibi communicata, et in se, quatenus est *unum cum Patre*, recepta, producat.

XXXV. Ab hoc inficiando alienus adeo censendus est Damascenus, ut potius id asserere intelligendus sit eo ipso quod subdat, Spiritum sanctum *esse per Filium*. Quid enim Damasceno, quid cæteris Patribus qui hac loquendi formula usi fuere, significet aliud, aut significare queat τὸ *per Filium*, neque ego, neque alius quispiam intelliget. Cum enim particula διὰ, *per*, tria valeat indicare, nempe *causam efficientem*, præsertim quæ agat virtute ab alio recepta; insuper solum *instrumentum inanime;* ac demum *vehiculum iners* nulla præditum energia; primum solummodo potest ab omni imperfectione sejungi, reliqua duo manifestam imperfectionem involvunt. Ex quo consequens est, particulam illam nonnisi in sensu priore posse in divinis de Filio enuntiari. Ita igitur Damascenus intellexerit oportet, Spiritum sanctum procedere, seu esse *per Filium*, sicut omnes Catholici intelligunt ea Scripturæ verba, *Omnia per ipsum facta sunt :* et qua ratione ait etiam Cyrillus, eum procedere *per Patrem*, ut nempe Filius nullatenus excludatur a productione Spiritus sancti, adeoque sic statuenda res est : Pater *primo et principaliter*, seu *primordialiter*, προκαταρκτικῶς producit Spiritum sanctum quatenus suapte virtute a nullo alio recepta producit; adeoque primum omnino est, nullumque præsupponit anterius, ac vere προκαταρκτικὴ αἰτία Spiritus sancti. Producit etiam *per Filium*, quatenus virtus illa productrix una eademque est cum divina natura Filio communicata et in ipso recepta. Quare producit etiam Filius vi et actione a Patre recepta; non producit vero virtute propria et *primigenia*, seu quam non receperit ab ipsomet Patre, neque actione diversa et distincta ab actione Patris. Hinc si virtus et actio illa, qua producitur Spiritus sanctus, spectetur ut a Patre recepta, propriissime dicitur Spiritus procedere *a Patre per Filium;* at si eadem virtus et actio consideretur ut facta jam propria Filii, adeoque Filium afficiens, eumque constituens actorem, sic dici jure optimo potest, Spiritum etiam procedere *ex*, vel *a Filio :* ita tamen ut si particulæ *ex* illigetur significatio *primigenii*, seu *primi* omnino *principii*, προκαταρκτικῆς αἰτίας, æquo jure negari possit, Spiritum procedere ex Filio. Ut igitur pax et consensio nos inter et Græcos, quoad præsens caput attinet, redintegretur, non aliud ab eis postulamus quam ut æquissimæ huic conditioni acquiescant. Nos cum Damasceno οὐ λέξομεν, *minime dicemus*, imo etiam, si malint, *negabimus*, Spiritum sanctum esse a Filio, tanquam scilicet ex *primordiali principio*, ἐκ προκαταρκτικῆς αἰτίας, quodque operetur virtute et actione diversa a virtute et actione Patris, et non ab eodem Patre recepta. Illi contra fateantur, Spiritum a Filio esse, tanquam a *secundaria* causa, sive principio Patri subjecto, virtuteque ab ipsomet Patre recepta operante, imo et eadem Patris actione sibi communicata una cum natura divina.

XXXVI. Nil porro impedimento esse merito potest, quominus sic, amota dissidii causa, tandem aliquando invicem redeamus in gratiam. Quid enim, aut quam ob rem Photiani pugnant contra Latinos? pro simplicine voce ἐξ, *ex*, an pro re significata per vocem? Si primum, nihil indignius, quodque magis dedeceat inclytam nationem Græcorum; si alterum, quæso igitur explicent, qua ratione Pater *per Filium* producat Spiritum sanctum, absque eo quod operetur et Filius ad productionem Spiritus sancti, adeoque reipsa producat; id enim nullo mentis conatu intelligi potest. Præterea si Filius productricem Patris actionem vel solum deferat tanquam *vehiculum*, vel in se tanquam *instrumentum* recipiat, explicent nobis quomodo non summam id afferat imperfectionem Filio. Quomodo etiam Pater propriam Filio naturam, seu essentiam indivise communicans, non eidem communicet *fecunditatem* et actionem spirandi, quæ minime pugnat cum ratione hypostatica Filii. Explicent, quomodo Spiritus sanctus sit persona a Filio distincta, si, Nysseno (cujus verba supra retulimus) teste, *subtracta ratione principii*, nulla est in Trinitate distinctio. Explicent quomodo Filius *mittat* Spiritum sanctum, quin mittens sit misso superior, et missus mittenti ministerium exhibeat, si missio æternam productionem non exprimat aut includat; quemadmodum Pater hac ipsa ratione misisse dicitur Filium in mundum. Explicent quomodo Spiritus vel *audiat* a Filio, vel de suo *accipiat*, nempe quod est ipsius Filii, quin vel *discipuli* rationem subeat, vel *indigentis*, si id non significet, habere essentiam

Digitized by Google

et naturam a Filio. Cum igitur omnia hæc explicare nullatenus valeant, tandem fateantur nobiscum, Spiritum esse et procedere *a Filio* et *per Filium*. Sed jam ad Theophylactum nostra revertatur oratio.

**XXXVII.** Quam infeliciter illi cesserit illud : *Ostende nobis Patrem*, jam constat ex dictis. Nunc mihi demonstrandum foret, quam imbecilla sint, tantoque indigna doctore argumenta, queis Latinum dogma refellere aggreditur, nisi cum plures alii, tum nuperrime cl. præviæ Dissertationis auctor a num. 75 cumulate id præstitisset. Perpauca tamen adjicere liceat, ut magis magisque infringatur illius vis argumenti, quod petitur ex duobus principiis, quæ in productione Spiritus sancti a nobis admitti arbitratur, vel saltem necessario consequi ex dogmate quod propugnamus. Mirum sane, quod vir præstanti ingenio præditus in crassissimum hunc errorem impegerit; sed nullo modo ferendum, quod Photiani hunc ipsum errorem nobis adhuc objicere et exprobrare non desinant, postquam et centies, et millies, et luculentissime quidem hæc a nostris contrita objectio est. Quid vero dicendum de Ephraimo jam alibi memorato, qui in præfatione prædicta, non modo jactitat, nos ἐμπεσεῖν εἰς τὸ βάραθρον τῆς δυαρχίας, *incidere in barathrum duplicis principii;* sed etiam, ut majorem nobis conflet invidiam, effutit, Latinos asserere, Spiritum sanctum *ex Filio* esse ὡς ὅθεν μὴ ἔχον, ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευθὲν, τὴν τελειότητα, *quia scilicet non habet, quatenus a Patre procedit, perfectionem;* adeoque ὡς ἀτελὲς, *ut imperfectum* procedere etiam a Filio ἵνα τὸ τέλειον προσλάβῃ, *ut perfectionem recipiat*. Verum, o bone, si ex sententia nostra consequitur, Spiritum sanctum a Patre *imperfecte procedere*, quia juxta nos procedit etiam a Filio, nonne consequens erit juxta vos, Patrem *imperfecte* producere universum, quia non ab una, sed ab omnibus singulisque personis producitur? Et si nos Spiritum sanctum a duabus personis esse docentes, in δυαρχίας, *duorum principiorum* errorem prolabimur, vos ergo in barathrum τριαρχίας, *trium principiorum* inciditis, cum nemo aliquis vestrum inficietur, aut inficiari queat, fuisse mundum a tribus personis ex nihilo eductum. Quidquid igitur ad propugnandam in creatione universi μοναρχίαν, *unitatem principii* dictum a vobis fuerit, id ipsum asseremus et nos ad tollendam in productione Spiritus sancti τῆς δυαρχίας, *duorum principiorum* exstantiam. Quid enim vobis aliud suppetit dicendum, nisi ad multiplicanda creationis principia satis minime esse, quod plures operentur personæ; sed insuper, oportere, quod et virtute, et actione diversa, et absque unius ab altera dependentia, subordinatione vel ordine operentur et agant? Eodem igitur pacto et nos respondemus, Patrem et Filium non duplex, sed *unum* esse *principium* Spiritus sancti, quia sicut est eadem utriusque natura et essentia, ita et eadem numerica virtus, et actio individua utriusque : seu quia Filius nonnisi virtute actioneque a Patre recepta producit : et non quatenus refertur ad Patrem ab eoque distinguitur; sed quatenus *unum* idemque cum illo est. Quemadmodum igitur ob rationem allatam omnes et singulæ Trinitatis personæ sunt *unum* creationis *principium*, unusque rerum omnium κτιστὴς, *creator;* ita et eamdem ob causam Pater et Filius sunt *unicum* Spiritus sancti principium, unicusque προβολεὺς, *spirator* simplicissimus. Res sane perspicua et cuique pervia est. Quare nos minime asserimus, ideo Spiritum sanctum etiam a Filio procedere, quia *imperfectus* seu imperfecto modo procedat a Patre (quod absit); sed quia hoc ipso, quod a Patre procedit, a Filio quoque procedere necessum est; cum una eademque virtus et actio, qua Pater producit, exstet etiam in Filio communicata ab ipsomet Patre : quemadmodum res creatæ, eo ipso quod producuntur a Patre, etiam a Filio et a Spiritu sancto producantur oportet, cum neuter, ad hoc quod attinet, secernatur a Patre. Mirandum sane iterumque mirandum, quod rem adeo perspicuam Theophylactus non viderit, sicque argumentationem instituat num. VI : Εἰ μὲν οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος αἴτιος, δύο ἀρχαὶ τοῦ ἑνός. *Si itaque Filius auctor est etiam Spiritus sancti, duo sunt unius personæ principia.* At quem in transversum non agant firmata jam præjudicia, et causæ, quæ propugnatur, iniquitas? Est vero perridiculum (pace tanti viri dixerim) quod subdit : *Quod autem pluribus principiis opus habet ad exsistendum, vel majus erit eo quod ex uno principio habet esse, vel æquale, vel minus. Sed æquale esse non potest, alioquin esset id quoque ex uno principio. Restat igitur ut majus sit aut minus. Igitur etiam Spiritus sanctus aut major Filio erit... aut minor.* Quæ argumentandi ratio non

Digitized by Google

solum peccat in eo quod Patrem et Filium duo esse principia Spiritus sancti jam præsupponat, sed in eo potissimum, quod non satis animadverterit Theophylactus, processionem Spiritus sancti e duabus personis non ex aliqua illius indigentia proficisci, sed ex unitate atque identitate virtutis et actionis spirantis, quæ in utraque persona est; quam ob rem oriri non potest a Patre quin simul oriatur a Filio, quemadmodum creari mundus a Patre non potuit quin et aliæ personæ concurrerent in creationem. Sed piget in his, quæ vel ipsis theologiæ tironibus explorata sunt, diutius immorari.

XXXVIII. Quemadmodum porro nihili facienda est, ad hoc quod attinet, auctoritas Theophylacti, utpote infirmissimis argumentis innixi, ita probanda illius animi moderatio, quod a censura qualibet disputando abstinuerit; cum ex Photianis aliqui tanquam *hæreticam*, alii ut *blasphemam in Spiritum sanctum* traducere Latinorum sententiam, atque adeo dogma catholicum, non vereantur, ut furibundus ille sycophanta Ephræmus. Theophylactus contra videtur ut falsam tantummodo opinionem queis potest argumentis refellere. Hinc num. III τὸ μέγιστον Λατίνων σφάλμα, *maximum Latinorum errorem* docet esse non ipsam, quam tuemur, sententiam, sed τὴν ἐν τῷ πίστεως Συμβόλῳ καινοτομίαν, invectam *in fidei Symbolum innovationem*, seu additionem particulæ, *Filioque*; et num. XIII in placitis Latinorum velut τὴν πατρίκην πίστιν σαλεῦον, *fidem concutiens SS. Patrum*, solum affert τὸ ἐν τῷ Συμβόλῳ περὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος προστιθέμενον, *id, quod de Spiritu sancto adjectum est Symbolo*. Ad hunc autem *errorem Latinorum maximum* profligandum non alio utitur argumento, quam hoc : Δεῖ δὲ εἶναι τοῦ πιστοῦ τὸ σύμβολον πάσης ἀπηλαγμένον περιποιήσεως, *Oportet enim fidelis symbolum immune esse ab omni adulteratione et corruptione*. Sed ad hoc facilis responsio est, neque Theophylactum, licet acri ingenio præditum, probasse, neque alium quempiam esse unquam probaturum, falsam esse Latinorum doctrinam quoad Spiritus sancti etiam a Filio processionem. Quo igitur jure per additionem vocis *Filioque* dici poterit Symbolum *adulteratum* sive *corruptum?* Cæterum de Ephesinæ synodi interdicto, quod adeo jactitant Photiani, et pro quo tam altos clamores cient, quo nempe vetitum putant, ne quidquam Symbolo vel majoris tantum explicationis gratia adderetur (quasi vero vel hac solum de causa rejicienda esset ut impia atque illegitima memoratæ particulæ additio), nullum Theophylactus verbum facit; quod mihi argumento luculentissimo est, persuasum illi fuisse, interdictum Ephesinum esse aliter, atque a Photianis assolet, intelligendum : adeoque nullatenus improbare additionem, in quam illi adeo conclamant. Sed de hac celebri *Allocutione* ne plura. Quidquid enim Theophylactus adjungit vel contra legitimum azymorum usum in Eucharistiæ confectione, vel contra Latinorum jejunium in Sabbato, abunde refutata jam habes in prævia Dissertatione: præterquam quod Theophylactus ipse fatetur, duo hæc tanti momenti non esse, ut Latinos inter et Græcos dissidia parere debeant, multoque minus unius Ecclesiæ ab altera separationem.

## SECTIO VIII.

### *De Institutione regia, ad Constantinum Porphyrogenitum.*

XXXIX. Allocutionem de iis, quos Græci Latinis affingunt, erroribus excipit *Institutio regia ad Constantinum Porphyrogenitum*, imperatoris Ducæ IV, et Mariæ ex Iberiæ regibus prognatæ filium. Egregium sane opus, et Theophylacti ingenio, eruditione ac sapientia dignum. Divisum est in partes duas; quarum altera in Mariæ imperatricis eximiis animi dotibus, regiique pueri cum animi, tum etiam corporis exponendis extollendisque prærogativis tota est. Altera vero multa, eaque sapientissima præcepta complectitur, queis Theophylactus ipse Constantinum, cujus præceptor erat, ad bene feliciterque imperandum instituit. Et sane in hac parte absolutissime functus suo munere est : quemadmodum in alia priore diserti oratoris, fortasse et periti aulici partes solerter explevit. Libellum hunc ex bibliotheca Florentino-Medicea primus eruit doctissimus Græcæque linguæ peritissimus Petrus Possinus, inclytæ Societatis Jesu alumnus et ornamentum; eumque libellum epistola data Romæ anno (ut vulgo dicitur) *sancto* 1650, Ludovico XIV, Galliæ et Navarræ regi, tum adhuc adolescenti, et sub matris tutela regnum administranti, nuncupavit, ea præsertim (ut ipse testatur) ratione ductus, quod in hac opella describi ad amussim et graphice

Digitized by Google

videretur ipsemet Ludovicus, et qualis tunc esset quoad corporis animique dotes, et qualis etiam futurus progressu temporis esset aut esse deberet. Etsi vero epistola nuncupatoria scripta sit Romæ anno, ut diximus, 1650, editio tamen nonnisi anno insequente 1651, eaque non Romæ, sed Parisiis secuta est typis regiis, volumine, ut aiunt, *in-quarto*. Inserta postmodum est corpori Byzantinæ historiæ, tomo, juxta Venetam editionem, XX; inde vero in hoc translata volumen est. Tempus, quo hanc Theophylactus opellam verosimilius elucubravit, videsis in præviæ Dissertationis n. VIII. Græco textui versionem addidit elegantissimam ab se elaboratam idem Possinus; quam tamen propterea nonnulli reprehendendam censent, quia nitidiori puriorique stylo intentus a Theophylacti verbis paulo liberius quandoque vagatur. Sed ego sin omnino probandum, saltem excusandum censeo Possinum, dum eloquentiæ suæ, qua maxime præstabat, flumine raptus, intra rigidioris versionis limites sese cohibere non potuit; maluitque sensa reddere auctoris *ut orator*, quam *ut interpres*: quod idem in versione Demosthenis præstitisse se aliquando Tullius ipse testatur. Mihi potius admirationem ingerit, quod in epigraphe istius operis Theophylactum τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν, *S. Patris nostri* titulo condecorarit. Valde enim dubito, utrum in eo, quo usus est, codice elogium hujusmodi revera exstet: quandoquidem in codicibus, quos mihi inspicere licuit, nulli ipsius operi id præfixum reperiatur. Alias vero Possinus in Theophylacti laudes paulo liberalior videtur, utpote qui etiam in Epistola nuncupatoria eumdem non *sapientissimum* modo ac *reverabilem archiepiscopum*, verum etiam *Ecclesiæ doctorem* appellat; quod quidem absolute et sine aliqua limitatione de eo recte dici posse non puto.

## SECTIO IX.

### *De Encomio in imperatorem Alexium Comnenum.*

XL. Theophylacti operum nunquam hactenus editorum unum est etiam, quod sequitur, elegantissimum *Encomium in imperatorem Alexium Comnenum*. Dominus de OEfeld (quem honoris causa nomino), celeberrimæ serenissimi ducis atque electoris Bavariæ bibliothecæ præfectus meritissimus, illud propria manu descriptum ex vetusto codice bibliothecæ prædictæ editionis hujus fautoribus humanissime suppeditavit; quo sane beneficio sese obstrictos fatebuntur ii omnes qui eximii hujus opusculi perjucunda lectione fruentur. Quo illud tempore Theophylactus scripserit ac recitarit, in Dissertatione prævia num. LVI solerter et erudite expeditum jam habes. Sed hic forte percontaberis, quo potissimum fundamento Encomium istud Theophylacto, cujus opera in hoc eduntur volumine, tribuatur. Responsio in promptu est, illud Theophylacto ascriptum in vetusto codice reperiri, quin ullus sit codex qui repugnet. Per id vero temporis alium aliquem Theophylactum, præterquam Bulgariæ archiepiscopum, floruisse non constat. Stylus a stylo Theophylacti nostri minime abhorret, tametsi pro ratione encomiasticæ orationis paulo floridior sit, majorique profana eruditione refertus. Demum bibliographi quique magna consensione illud adjudicant Theophylacto, Bulgarorum antistiti.

XLI. Attamen, ut candide fatear quod sentio, hæc mihi argumenta haud satis esse videntur ad dubitationem omnem hac de re amovendam. Prædictæ siquidem orationi insunt nonnulla quæ Theophylacto nostro minus videntur congruere. Et primo quidem mirum est, quod cum cætera Theophylacti opera (quoad mihi videre licuit) illius nomini adjunctam ejus dignitatem præferant, *Encomii* hujus epigraphe solum putumque *Theophylacti* nomen exhibeat. Equis autem asserere certo possit, non alium eo tempore in regia urbe Theophylactum fuisse, qui *Encomio* huic concinnando esset idoneus? Deinde si istius intimam veluti formam structuramque paulo accuratius quis expendere velit, gravitatem illam et zelum, qui provectæ jam ætatis archiepiscopum deceat, vix, ac ne vix quidem in illo deprehendet. Et sane archiepiscopumne et non potius *sophistam* illud præ se ferre videtur, quod in tanta imperatoris lætitia non ecclesiasticum quidpiam, seu Ecclesiæ utilitatem respiciens, sed *sophisticen* tantum, hoc est, *oratoriam* ac *philologiam* semel iterumque commendet? *Sophista* igitur, seu professor rhetorices, qui tum floruerit Constantinopoli, hujus auctor *Encomii* esse videtur. Equidem si a Theophylacto nostro adhuc juvene ha-

Digitized by Google

bita fuisset isthæc oratio, quæ supra attulimus, nullum negotium facesserent : nam aliquando eo munere functum, cum ex aliis monumentis, tum præsertim ex secunda ex epistolis illis viginti, quas nunc primum in lucem emittimus, satis explorata res est (*a*). At Theophylacto jam senescenti, et a pluribus annis amplissimæ Ecclesiæ regimini addicto quam parum ista conveniant, nemo non videt. Alias vero *Encomii* hujus auctorem *sophistæ* et *scholarchæ* munus eodem tempore, quo illud publice recitavit, exercuisse, aperte colligitur (nisi mea me fallit opinio) ex verbis illius postremis, quibus suos ita discipulos ipsum, ut videtur, circumstantes alloquitur : *At vero ego quidem, o pueri, debitæ imperatori nostro faustæ precationis ac laudis telæ stamen jam posui ; vos subtegmen adjicite. Ego vobis artem monstravi, qua elegantius picta atque perfectior tela fiat.* Cæterum etsi hæc omnia suspicionem aliquam ingerere possint de germano orationis hujus auctore, jure tamen impedimento nobis esse non debent, quominus in hoc volumine una cum aliis Theophylacti operibus edatur : malumus enim incertum illi fetum tribuere quam forte legitimum detrahere.

## SECTIO X.

### *De Epistolis viginti recens erutis ex bibliotheca Vaticana.*

**XLII.** Solertissimi editionis hujus curatores cum epistolas quasdam ineditas Theophylacti nostri in bibliotheca Vaticana latere inaudissent, eas sibi procurandas omnino putarunt, ne ulla ex parte imminuta prodiret præsens editio. Voti compotes effecti fuere humanitate summa celeberrimi viri Josephi Evodii Assemani, ejusdem bibliothecæ præfecti, qui viginti epistolas ex pluribus collectas codicibus, atque optimo charactere exaratas huc misit, ut a nobis producerentur in lucem. Eas reipsa fuisse a Theophylacto conscriptas, nullus esse videtur ambigendi locus; cum et diserte præferant Theophylacti nomen, et eumdem stylum easdemque ferme res, quas aliæ jam editæ, contineant. Quare nil dubito quominus futuræ sint Lectori gratissimæ. Peculiari tamen voluptate eum auguror afficiendum ex epistolis decima septima, decima octava, et decima nona, quæ eamdem continuare seriem videntur cum tricesima secunda ex editis a Meursio : ubi et Theophylactum perspicies auctoritatem suam in episcopum Triaditzæ exercentem, cum humanitate tamen, quæ Ecclesiæ antistitem decet, conjunctam. Ex secunda vero inscripta *Joanni Sebasto Augustæ fratri*, deprehendet, haud certum esse (ut aliqui putant) Theophylactum patria Constantinopolitanum fuisse. In ea siquidem *consanguineos et affines suos, qui in Euripo sunt*, principi viro commendans, non obscure significat, se quoque ex loco eodem, proindeque ex *Eubœa* oriundum esse ; quod colligitur etiam ex versibus, quos Patavinus S. Justinæ codex vetustissimus continet; quosque Latine redditos supra (tom. I, col. 137) apponendos ipse curavi. In aliis epistolis rudes agrestesque Bulgarorum mores, qui tum vigebant, graphice lepideque descriptos a Theophylacto Lector offendet : qui et querulo seni hyperbolicis quandoque phrasibus cum hac in re, tum in aliis calamitatibus deplorandis utenti veniam, ut arbitror, dabit. Quoad primam vero attinet adnotare hic lubet, quod post ejus impressionem accuratiore collatione deprehendi, nempe eam partem posteriorem facere epistolæ secundæ ex editis a Joanne Lami, quæ inscripta est *Magno domestico*. Animadvertenda vero est varians lectio unius vocis, quæ exstat in Lamiana editione : ubi pro νῖκος, *victoria*, quod legitur in prædicta prima epistola, inibi habetur νεῖκος, *contentio* : quam lectionem alteri præferendam, imo solam veram esse puto : quippe quæ sensum multo meliorem aptioremque fundit. Cæterum etiam Lamiana editio ex illa alia corrigi et suppleri aliquatenus potest, ut conferenti patebit.

**XLIII.** An epistolæ aliæ ejusdem auctoris ineditæ adhuc latitent in bibliothecis, nobis plane incompertum. Hoc jure optimo asserere possumus, nulli parcitum esse labori, ut, si quæ essent, producerentur in lucem. Quare cum in librorum mss. catalogo bibliothecæ publicæ Augustanæ legissem, ibi codicem reperiri Theophylacti epistolas continentem,

(*a*) Hæc enim eo loci verba habet : Τίς δ' ἄν μοι ῥητόρων χορὸν συνεκρότησεν, ἵνα τούτων κορυφαῖος γενόμενος, ὅπερ ἦν τότε... κοινῇ τὴν λογικὴν χορείαν ἐπλήρωσα ; *Quis mihi rhetorum aajunxerit chorum, ut illorum coryphæus factus, ut olim eram... una cum eis choream oratoriam versolvam.*

Digitized by Google

earumque penultimam ut ineditam notari, confestim scripsi ad cl. virum ac dictæ bibliothecæ custodem dignissimum Gotfridum Heckingium, rogans ut de ea epistola notitiam mihi aliquam submitteret. At ille non modo absque mora perquam humane rescripsit, sed ipsam etiam epistolam, de qua certior fieri exoptabam, accurate nitideque descriptam ad nos transmisit. Vix ea accepta deprehendi, non a Theophylacto Bulgarorum episcopo, sed ab alio Theophylacto fuisse conscriptam, cui *Simocatæ* cognomen erat; quique alias quamplures in suorum forte discipulorum usum (erat quippe professione *sophista*, seu præceptor rhetorices) elucubravit. Hanc utpote ineditam, et alioqui brevissimam, veniam lector optimus dabit, si velut parergon hoc loci apposuero una cum versione Latina in gratiam eorum qui ejusmodi studiis delectantur. Est vero :

*Dæmodocus Antigono.*

Si vitæ pignora Socrates non possidet, pædagogus filii tui non constituatur. *Pignora vitæ* intelligantur filii. Quem enim esse patrem natura docuit, hunc pædagogum esse, consentaneum est : quippe qui experientia novit generationis affectionem et amoris dolores.

*Δαιμόδοκος Ἀντιγόνῳ.*

Εἰ μὴ βίου Σωκράτης ἐνέχυρα κέκτηται, παιδαγωγὸς τοῦ σοῦ μὴ προχειριζέσθω παιδός. *Ἐνέχυρα δὲ βίου* παῖδες νοεῖσθωσαν. Ὃν γὰρ εἶναι πατέρα φύσις ἐδίδαξε, τοῦτον καὶ παιδαγωγόν ἐστιν ἀξιόπιστον, πεῖραν μανθάνοντα καὶ γενέσεως σχέσιν καὶ στοργῆς ἀλγηδόνας.

## SECTIO XI.

### *De postrema parte homiliæ undecimæ, In resurrectionem.*

XLIV. Quæ de hac postrema parte homiliæ Theophylacti dicenda hic mihi forent, in Dissertationis prævіæ num. L jam præoccupata fuere. Quare hic solum admoneo, me quidquid ex historia Eusebii derivatum in eam est, cum ipsomet fonte contulisse, eoque mei exemplaris supplesse defectus, atque etiam variantes lectiones pauculas addidisse. Codex Cæsareo-Vindobonensis, unde hæc homiliæ undecimæ pars desumpta est, integrum continet *Homiliarium*, seu in totius anni Evangelia decerptas ex variis Patribus homilias. Ex quo mihi valde verosimile fit, eum, qui prædictum concinnavit *Homiliarium*, postremam hanc homiliæ undecimæ partem suo addidisse arbitratu, ut errorem vulgi in patria sua nimis forte vigentem de Joanne in vita adhuc superstite, omnino tolleret et eliminaret. Ideo autem nunc editur hæc homiliæ pars, quia constitutum nobis est, nihil in hac editione quod Theophylacti nomine inscriptum sit, præterire.

## SECTIO XII.

### *De Commentario in Acta apostolorum ex bibliotheca Florentino-Medicea.*

XLV. Theophylacti *Commentarius in Acta apostolorum* a Sifano editus adeo rarus evasit, ut cum editionis hujus curatores eum diu quæsivissent, invenire nullibi venalem potuerint. Quod si eum aliquando nacti sunt, ex Græcia duplici editionis hujus corpore commutandum receperunt. Interea dum jamdiu supervacaneam eidem quomodolibet comparando navassent operam, deque exitu negotii hujus hærerent incerti, in eam sententiam ventum est, ut ejus apographum, qui in Florentino codice reperitur bibliothecæ Mediceo-Laurentianæ, quemque Theophylacto ascribit Montefalconius in sua *Bibliotheca bibliothecarum*, sibi procurandum existimarint, rati, eumdem omnino esse cum eo qui editus a Sifano est : atque adeo, quidquid demum accidisset, variantes saltem lectiones, atque etiam correctionum subsidia suppeditaturum. At non ita res cessit. Eo enim apographo Florentia nobis allato, primum turbati sumus nullam in eo invenientes epigraphen, qua Theophylacto Bulgarorum archiepiscopo ascriberetur, deinde eum nobis evolventibus nullum apparuit indicium, cur tribuendus Theophylacto esset : adeoque mirari cœpimus, a Montefalconio indubitanter fuisse Theophylacto adjudicatum. Tandem vix ulla superfuit dubitatio, eum esse ab legitimis Theophylacti operibus expungendum, cum inter aliorum nomina Patrum, quæ citantur in margine, etiam semel Θεοφ., *Theoph.*, seu ut legendum videbatur, Θεοφύλακτος, *Theophylactus* occurrisset; ac præsertim postquam inspeximus verba ibidem allata exstare in Commentario edito a Sifano. Hinc enim plane consequens videbatur, opus, in quo Theophylactus ipse citatur, ejusque commentarius aliis aliorum Patrum

Digitized by Google

commentariis annumeratur, nullatenus ipsi esse adjudicandum. Verum hoc argumentum vim pene omnem amittere visum est, postquam ex Catena Oxoniensi (de qua superius) intellexi, expositionem illam Theodori Heracleensis esse, utpote qui diserte citatur pagina 58 ejus codicis, cujus exemplar, ut rei hujus certior fierem, postulavi et obtinui. Hinc enim suborta mihi suspicio est, oscitantia veteris aut recentioris amanuensis scriptum in codice Florentino, vel nostro exemplari fuisse Θεοφ., *Theoph.*, pro Θεοδ., *Theod.* Sed quomodocunque res ista se habeat, ut certum puto, Montefalconium non alio niti fundamento potuisse ad Commentarium hunc Theophylacto asserendum, quam quod, dum raptim illum evolveret, in aliqua inciderit loca continentia illud idem quod ante in Sifaniano Commentario perlegisset. Mihi saltem non aliud animo fundamentum occurrit. Id vero quam sit imbecillum in Commentariis, qui vel puram Catenæ rationem habent, vel ad illam proxime accedunt, quisquis facile intelligit.

XLVI. Verum si res ita se habet, cur igitur hic a nobis in lucem emittitur? Cur etiam Græce duntaxat? In lucem hic emitti respondeo, primum, quod viro sane doctissimo visus fuerit esse Theophylacti; neque certo aliquo perspicuoque argumento refelli possit ista hæc opinio. 2. Quia æquum non censui, apographum istud omnino interire; quippe quod esse fortasse poterit alicui posteris usui, quemadmodum mihi non inutile fuit, ut Commentarii Vaticani (de quo dictum est supra) exemplar emendarem atque supplerem. Et quidem quoad ejus attinet usum, breviter patefaciam, quod mihi eum percurrenti venit in mentem : nimirum ex tribus hisce *in Acta apostolica* Commentariis, quos volumen istud complectitur (præsertim si Chrysostomi fontis omnium præcipui adnotationes addantur) perfectum confici posse, absolutumque in eadem Acta Commentarium; cum singuli cæteroquin haud parum procul sint a debita perfectione. Poterit igitur quispiam ex singulis ea quæ ad rem maxime faciunt, seligendi curam laboremque suscipere : quem forte egomet suscepissem, nisi aliæ, quibus distrahor, curæ et valetudinis imbecillitas inhibuissent. En igitur ratio, cur illum ediderim. Græce autem tantum edidi, quia ex una parte levissimum est fundamentum Commentarii hujus Theophylacto adjudicandi : ex altera vero expositiones ejus pleræque in alterutro ex iis, qui voluminis hujus initio impressi sunt, Sifaniano scilicet, et Vaticano, non modo quoad sensum, sed etiam quoad verba sæpenumero insunt. Hinc pretium operæ minime esse censui, novum hunc subire laborem, et aliquorum accessione foliorum nulla propemodum utilitate volumen hoc onerare.

XLVII. Quamvis autem Commentarium hunc Latine non verterim, non ideo tamen ab omni in eo edendo labore me absolvi. Lacunas enim, quibus apographum frequenter hiabat (præsertim sub ejus initium) explere pro viribus studui. Et initio quidem, ubi spissiores lacunæ erant, mihi in hanc rem incumbenti percommodum fuit Catenæ Oxoniensis in eadem Acta primum, quod habebam præ manibus, folium : cum ipsa quippe Catena apographum meum sic inibi convenire deprehendi, ut idem esse opus videretur, nisi ex postrema illius parte, atque ex duobus aliis, quæ mihi cernere licuit, ejus foliis omnino cognovissem, Catenam Oxoniensem multa complecti, quæ in Florentino Commentario desiderantur. Posterior iste fortasse excerptus est ex illa priore. Ad sarciendas vero, quæ occurrerent in progressu, lacunas alterutro ex Commentariis prædictis, Sifaniano scilicet, et Vaticano, sed omnium frequentissime magno Chrysostomo usus sum; et ea quidem felicitate, ut ex plurimis, quæ inerant antea, lacunis una tantum, vel altera inexpleta mihi remanserit. Verba a nobis addita ex signis, quibus uti in similibus solemus, Lector agnoscet. Ad calcem Commentarii, ne integra pagina omnino vacua remaneret, ab eo loco pag. 629, col. 2, Ἔστιν οὖν ὁ πᾶς χρόνος, rogatu typographi adjeci verba, quibus Catena Oxoniensis absolvitur. Neque id Lectori injucundum fore confido : sic enim prædictæ Catenæ, quam *præstantissimam* appellat Fabricius in *Bibl. Græca*, initium tenebit et finem.

## SECTIO XIII.

### *De Epistolis a Meursio editis, et a Lamio.*

XLVIII. Forte mirabitur Lector, quod istæ epistolæ ab aliis viginti sejunctæ huic editioni fuerint insertæ, cum nemo non videat, naturalem ordinem postulasse ut conjunctim ederentur omnes. Consilii itaque nostri hanc rationem habeto. Principio fuerat

Digitized by Google

constitutum, ut viginti duntaxat Theophylacti epistolæ hoc in volumine sedem haberent, quæ nondum publicam lucem aspexerant; cum eæ tantum huic tertio volumini, quod ineditis Theophylacti operibus excipiendis destinatum in primis erat, explendo satis esse viderentur, adjectis tamen duobus operibus adhuc ineditis, quorum alterum Parisiis, alterum Florentia præstolabamur. Sed primum illud sæpe promissum, nunquam perlatum ad nos est. Alterum quidem accepimus; sed illud perpendentibus nobis non suspicio duntaxat, sed certa persuasio insedit, ad Theophylactum nullatenus pertinere. Nos vero in errorem perduxerat, quæ apud Montefalconium legitur in *Biblioth. bibliothecarum* t. I, pag. 35, immiuuta inscriptio, quæ sequitur : *Threnodia super beatæ memoriæ viro D. Theophylacto.* Scilicet ejusmodi titulus nos erexerat in spem, *Threnodiam*, de qua hic sermo, genus aliquod orationis funebris esse in Theophylactum jam mortuum, quæ huic volumini ea ratione inseri posset, quod aliqua ex gestis virtutibusque (ut in hujusmodi orationibus accidere solet) illius celebris archiepiscopi complecteretur. At sola lectio epigraphes exemplaris ad nos transmissi ab omni omnino spe et præconcepta nos opinione dejecit; ita enim se habet : Θρηνῴδη ἐπὶ τῷ μακαρίτῳ κύρῳ Θεοφυλάκτῳ τῷ Βελισσαρίτῳ, *Lamentatio super felicis memoriæ viro domino Theophylacto Belissarito.* Porro vel ipsum *Belissariti* cognomen satis procul dubio fuisset, ut Theophylactum hunc a Bulgarorum archiepiscopo secerneremus, etiamsi quæ continentur in hac oratione lugubri aliquo modo fuissent ambigua. Sed et res in ipsa contentæ Theophylactum exhibent a nostro plane diversum : tota enim impenditur in deplorando immaturo juvenis cujusdam nobilis interitu, qui cum generis nobilitate, tum virtutum ornamento præstabat : quique dum Athenis studio operam daret, faucibus angina interclusis, migravit e vita, datis ante pluribus pietatis indiciis. Eum igitur solum ex hoc opusculo fructum referre potuerunt curatores istiusce editionis, ut magis magisque perspectam omnibus testatamque redderent diligentiam, qua usi sunt, maximam in conquirendis undique, nulla sumptus ratione habita, operibus ad Theophylactum nostrum quomodolibet pertinentibus. Cum igitur hujus alteriusque defectu operis non pauca deessent folia ad præstitutam hujus voluminis molem, curatores prædicti, impressis jam epistolis viginti, et Græco Commentario insequente, consilium capessivere (ad alium tomum reservato opere, quod Parisiis præstolantur) adjiciendi etiam epistolas a Meursio et Lamio editas, ne tomus iste æquo brevior evaderet; simulque celeritate summa curandi ipsius impressionem, ne eruditorum vota diutius fatigarentur. Hinc vero hoc solum incommodi accidit (quod enim ejusmodi epistolæ ab aliis sejunctæ prodeant, pro nihilo habendum esse a viris prudentibus puto) quod Marinerianæ versionis emendationem, quam aggredi ac perficere stato tempore constitueram, capto a curatoribus novo inopinatoque consilio, et re maxime properata, præstare non potuerim. At versionem illam tolerabilem ad minus esse, vel ex eo mihi persuadeo, quod Lamius, vir doctissimus, Græcique idiomatis peritissimus, in celebri editione Meursiana, cui præest, eam collocare non dubitarit. Nullam igitur in his edendis epistolis ipse operam posui, adeoque nihil de iisdem superest mihi dicendum. Et hæc quoad singulas hujus voluminis partes. Nunc pauca de versione mea, additisque notis, antequam Præfationem absolvo, adjicere lubet.

XLIX. Usus sum liberiore versionis genere; non quidem, ut eam redderem elegantiorem, sed ut clariorem magisque perspicuam. Etenim in ea semper sententia fui, eum haud perfecte fungi *interpretis* munere, qui accurate quidem verba transferre satagit, auctoris vero sensum obscurum relinquit. Hujus siquidem explicationem potissimum ad *interpretem* pertinere, patet vel ex eo quod ii etiam qui cujuspiam auctoris sensum tametsi in eadem lingua, clariorem reddunt, soleant *interpretes* appellari. Plerumque igitur in id tantummodo laboravi, ut sensum quem auctoris verba diligentius expensa continere censui, phrasi, quoad potui, clariore, verbisque æquivalentibus exhiberem. Sicubi vero auctoris mens minus certa exploratague mihi visa est, tum pressius hærere verbis consultius existimavi, acuto Lectori potestatem ut facerem ea ut sibi probabilius videretur interpretandi. In hujusmodi scopulos semel et iterum incidi dum verterem Epistolas, quæ mihi ubique difficiles, alicubi visæ sunt etiam satis obscuræ. Fortasse

Digitized by Google

Theophylactus in eis conscribendis clariore stylo usus non est, quia ad familiares et domesticos scribens, clarius sese explicare aut neglexit aut noluit. In variis tomi hujus operibus a me Latine redditis diversitatem aliquam in ipsa versione fortasse Lector offendet, ita ut modo magis, modo minus elaborata ei videatur atque expolita; quandoque etiam magis, quandoque minus Theophylacti verbis astricta. Cujus diversitatis eam causam esse sciat, quod ego non continenter, sed per varia temporis intervalla, adeoque et varia utens corporis valetudine, variisque curis plus minusve distentus, versiones hujusmodi elucubrarim : unde aliquam styli atque interpretationis diversitatem oriri necesse fuit. Quoad notas attinet, noverit Lector, me minime id muneris mihi sumpsisse, ut notis de more subjectis Theophylacti opera illustrarem : neque enim necesse id erat, neque per occupationes meas et corporis valetudinem præstare id mihi licuisset. Solum igitur notas aliquas operibus a me translatis hac illacque aspersi, ubi vel major aliqua urgere necessitas videbatur, vel promptum omnino erat, quod adnotarem. Illud postremo loco monendum superest, sacræ Scripturæ textus juxta versionem Vulgatam attulisse me, ut Catholicorum qui ei assueti sunt, commodo præsertim inservirem; atque non Novi duntaxat, sed etiam Veteris Testamenti verba afferendo : licet Theophylactus, utpote Græcus auctor, quoad secundum, utatur versione τῶν LXX. Cum vero Vulgatæ verba adeo differrent a verbis per Theophylactum allatis, ut ejus fini minime consentanea viderentur, tunc pressius ea vertere necessarium omnino visum est.

L. Jam vero, lector optime, habes omnium, quæ tomus iste complectitur, operum laborisque a me in eo insumpti rationem. Quoad duplicem enim Indicem, Græcum unum, alterumque Latinum, quos postremo loco adjeci, nihil habeo, quod dicam, nisi me in eo spectasse delectum potius quam copiam. Nihil etiam de impressionis accurata correctione dicam; quippe quæ ad me non spectat, sed ad eum qui specimina correxit. Solum igitur nunc superest, ut te etiam atque etiam rogem, meum hunc qualemcunque laborem ut si probare omnino non possis, conatum saltem meum æquo gratoque animo excipere velis.

---

Nobilibus, generosis atque magnificis viris D. Marco et Joanni Fuggeris fratribus, Antonii filiis, Kirchpergæ et Weissenhorni baronibus, etc., dominis suis charissimis et amicis summis, Laurentius SIFANUS, Prunsfeldius, J. U. Doctor, S. P. D.

Cum abhinc triennium, viri generosi, Arnoldus Bircomannus, Agrippinensis bibliopola, hoc opus scholiorum in Acta apostolica divi Lucæ, ex Austria a clarissimo viro D. Joanne Sambuco ad se missum, mihi exhibuisset : quod erat exemplar obsoletum, et compendio litterarum adeo intricatum atque obscuratum, ut ab admodum paucis Coloniæ legi posset, mecum agere cœpit, ut susciperem ejus describendi laborem. Haud enim ignorabat me olim Lutetiæ ejusmodi describendis vetustis codicibus Græcis exercitatum, haud multum in lectione esse laboraturum. Ego vero cum intelligerem eum opus illud Græce simul et Latine divulgare in animo habere, cupiebam quidem et illi pro amicitia morem gerere et publicæ utilitati consulere ; sed deterrebat me cum scripturæ exilitas oculis inimica, tum exemplum minus emendatum, præsertim cum deesset aliud apographum unde corrigi hujus atque emendari vitia possent. Itaque, quanquam ægre, concessi tamen petenti, et rem suscepi : et cum vitandæ pestiferæ contagionis causa me in patriam ex urbe recepissem, apud Jacobum Panhusium abbatem cœnobii Steinveldii, virum et litteris, et pietate, et prudentia ornatissimum, hoc opus haud sine maximo labore ac læsione oculorum descripsi ; quod ubi transcriptum Bircomanno tradidi. Ille porro mecum agere cœpit, ut quod descripseram, etiam converterem in sermonem Latinum. Ego vero (quod haud ignorabam quantopere mihi æstuandum atque sudandum esset in opere, cujus unum duntaxat exstaret exemplum, idque multis in locis mutilum atque depravatum), aliquantisper cunctatus, tandem Ecclesiæ, in tam utili præsertim ac pio opere, juvandæ studio, atque etiam tolerabili a Bircomanno proposita conditione, rem aggressus sum : ac vix tandem absolvi. Nam sæpenumero, dum in loca mutila atque corrupta incidebam, tædio laboris frequenter irriti, ac propemodum desperatione rei feliciter absolvendæ (cum nec semper otium esset), ab opere cessavi, quod plerumque etiam facere solco, ubi mihi ipse non satisfacio: nec enim mihi persuadere possum, ab aliis probatum iri, quod mihimetipsi displiceat. Itaque cum perpe-

Digitized by Google

tuum in convertendo morem servare soleo, ut non ante pergam opere instituto, quam prioris diei labores recognovero, et usque eo correxero, ut animo meo aliquo modo satisfiat. Ac quanquam mihi non ubique satisfeci (qui enim potuissem in iis locis, ubi corrupto penitus ac mutilato apographo conjecturas sequi necesse habui ?), malui tamen re suscepta fidem meam liberare, nec hominum exspectationem frustrari, et aliquid potius in parte operis, quod aliquando sarciatur, minus probari, quam totum opus diu desiderari. Habetis simul consilium meum in suscipienda re, et re suscepta, causam cur tam sero opus absolutum atque perfectum prodeat in lucem. Cum igitur operi jam propemodum finis impositus esset, atque ego mecum deliberarem atque consultarem quem his laboribus meis potissimum deligerem patronum, amicis aliis alios, eosque amplissimos quidem viros, sed quibuscum mihi nulla propemodum notitia intercederet, proponentibus : ego cum ineptum et importunum esse judicabam, magnorum virorum eorumque ignotorum, et ad quos nullum quis aditum habeat, amicitias appetere, ac sese non modo serviliter, verum etiam impudenter insinuare : tum meæ naturæ atque ingenio videbam rem esse maxime adversam et inimicam. Atque haud ignorabam eos, quibus ignotis ejusmodi honos habetur, non absque causa suspicari solere suam ab hominibus importunis munificentiam atque liberalitatem sollicitari : sed si quis beneficio affectus animi sui gratitudinem declarare studeat, eum non modo non offendere, verum etiam laudem, si nihil aliud proficiat, ab hominibus ferre solere. Quæ cum animo agitarem, atque perplexus hærerem cui hos meos labores absque offensione atque obtrectatione cujusquam dedicarem (non enim convenire nec expedire videbatur, librum absque patrono atque defensore judicium hominum subire, præsertim cujus auctor etiam nunc superesset : quippe cum vivi magis quam mortui invidiæ obnoxii simus et obtrectantibus opportuni), vos mihi in primis, ut par est, in mentem venistis, quibus non modo propter vetera, verum etiam ob recentia merita, imo vero propter perpetuam erga me beneficentiam atque liberalitatem, omnium longe plurimum deberem. Non me præterit, auribus vestris ingratam et injucundam esse immodicam ac nimiam liberalitatis vestræ prædicationem : verum date, quæso, hanc veniam mihi, cui nihil unquam petenti denegastis, sed plurima non petenti tribuistis, ut summatim saltem in me collata beneficia vestra percurram. Nam patris vestri, amplissimi atque optimi viri, in me summa collata beneficia, alio loco abunde satis commemoravi, quo vita defuncto, vos non modo facultatum et opum illius hæredes exstitistis, verum etiam virtutum et liberalitatis in primis imitatores fuistis : quæ tanta exstitit erga me, ut illius mortui liberalitatem atque munificentiam haud magnopere desiderarim. Nam, ut superiora præteream, quæ frequentia atque ingentia fuerunt, primum vos ante biennium, cum in hoc opere versarer, nihil tale non modo petenti, verum etiam ne cogitanti quidem bonam pecuniæ summam mihi suppeditari ac subministrari curastis : deinde, cum jam liberalitatem vestram citius fatigatam esse suspicatus fuissem, quam aliquid ejusmodi sperare, nedum petere, ausus essem, ante paucos menses præteritos æque magna atque biennio ante me summa pecuniæ donastis. Quo beneficio tempore opportunissimo a vobis accepto, cum videlicet deliberarem quem potissimum huic partui meo tutorem ac defensorem pararem, omnis dubitatio cunctatioque mihi propemodum exempta est : nam restabat etiam nunc scrupulus unus. Quoniam etiam sciebam, quo minus appetitis, eo plures vobis honores deferri, ac multos homines doctos vobis suos labores atque lucubrationes dedicasse, subverebar ne animos vestros talibus epulis satiatos atque repletos intempestiva benevolentia offenderem citius quam hoc genere officii gratiam a vobis inirem. Sed tamen cum liber absque patrono omnino non divulgandus, nec hominum judicio objiciendus esse videretur, et non satis pie nec recte me facturum esse judicarem, si vobis præteritis alios mihi patronos quærerem (non enim cæterorum hominum eadem quæ vestra sunt judicia) malui in hanc partem peccare, quam cuiquam minus prudenti non satis gratus videri. Non enim video nec sperare possum fore aliquando tempus, quo alio officii genere atque hoc, vestra beneficia remunerari possim, quippe cum nihil mihi suppetat præter voluntatem. Huc accedit quod videbam haud facile alios ex numero amicorum præter vos me reperire posse, qui cum propter utriusque linguæ peritiam haud vulgarem optime de hujusmodi scriptis judicare possent, tum candide atque sincere judicaturi essent. Quamobrem a vobis pro vestra in me perpetua ac maxima benevolentia majorem in modum peto quæsoque, ut hunc parvum et exiguum partum, quem vobis in clientelam et fidem commendo, ab invidis omni ope tueri, a calumniatoribus et obtrectatoribus omnibus viribus defendere velitis : qui si a vobis dignus judicatus fuerit quem amplectamini, quem in familiam vestram recipiatis atque foveatis, si hominibus piis et studiosis aliquando utilis fuerit, nihil mihi istic vindicabo, in vos omnes meum jus transfero, quorum opibus adjutus et sustentatus, hunc fœtum produxi : qui sicubi deformior minusve perfectus et in aliqua parte sui mutilus ac depravatus apparuerit, hoc partim vitiis matris Græcæ, quæ mihi haud incorrupta conciliata est, attribuitote : partim meæ imbecillitati assignatote, a quo, superante malo vires et ingenium artificis, omnia corrigi et emendari non potuerunt. Nam si quis iniquior et malignior judex hæc, quæ de matris Græcæ vitiis dico, minus sincera atque integra fide a me proferri suspicabitur, producam eorum quæ dico locupletissimum testem, clarissimum doctissimumque virum D. Joannem Sambucum Pannonium : in ejus enim potestate matris istius parentes sunt, et clarissima,

Digitized by Google

gravissima firmissimaque exstant eorum, quæ dico, signa atque documenta. Hæc vos idcirco monendos esse judicavi, ut instructiores sitis adversus eos qui istum fœtum voluerint impugnare, nam quantum in me fuit, nulli nec labori nec diligentiæ in eo fingendo atque formando unquam peperci. Quid præstiterim quidve assecutus sim, quoniam exstant documenta Græce atque Latine, atque adeo cæterorum hominum utriusque linguæ peritorum, si vitiorum modo memoratæ matris Græcæ rationem habueritis, judicio permitto.

Quod attinet ad rationem temporum, quibus vixerit Theophylactus Bulgariæ archiepiscopus, nondum mihi satis constare potuit : ut enim conjicere possum, plures hoc nomine fuerunt. Nam Nicephorus, *Ecclesiasticæ Historiæ* lib. XIV, cap. 39, ubi de translatione aliquot episcoporum agit, Basilio Porphyrogenneta Constantinopoli imperante, Theophylactum quemdam Sebastiæ episcopum Rosiam translatum esse scribit. Wilhelmus Lindanus, sacræ theologiæ professor Lovaniensis, in chronologia quam ad frontem suæ *Panopliæ* apposuit, Theophylactum quemdam, quem in illa sua *Panoplia* inter cæteros auctorem secutus sit, anno a nativitate Domini septingentesimo vixisse significat, sed cujus civitatis episcopus fuerit, non adjicit. Est autem verisimile, quoniam nullius alterius, quod equidem sciam, scripta exstant, hunc archiepiscopum Bulgariæ ab illo significari, quem etiam Erasmus Chrysostomi abbreviatorem esse dixit, et titulus hujus operis hoc præ se fert. Nam non solum ex Joanne Chrysostomo, verum etiam ex Basilio, Cyrillo, Severo, et nonnullis aliis, quæ ad propositum et rem institutam pertinere viderentur, desumpsit et in unum corpus contraxit : quam rem non modo genus dicendi, si quis animum attendat, verum etiam nomina auctorum in margine annotata significant atque declarant. Joannes Œcolampadius, in præfatione quam apposuit Theophylacti quatuor Evangeliorum explicationibus ab sese conversis, nihil aliud quam illum inter Græcos theologos recentiorem fuisse significat, sed haud falsis eum laudibus ornat, quas si quis requirit, ne ab aliis bene dicta mihi cum fastidio legentium repetere necesse sit, illinc petat, atque etiam ex præfatione Nicolai Beraldi, quæ præposita est Commentariis illius *in Epistolas divi Pauli*, a Christophoro Porsena, Romano, in Latinum sermonem conversis : qui ( quod præterire non possum ) « Unum hoc, inquit, satis constat, in his Commentariis pia esse omnia et orthodoxa longeque ab iis dissidentia quæ theologorum vulgus quotidie magno supercilio indoctæ plebis auribus inculcat. Ubique enim apostolicum pectus non modo explicat operis hujus auctor, sed etiam refert, sapit ac spirat, id quod quam paucis merito tribuendum sit, facile intelliget, qui novitios theologos antiquis illis, cum Latinis tum Græcis, composuerit. » Hæc Beraldus. Œcolampadius prolixius ac singulatim Theophylacti virtutes persequitur atque recenset. Christophorus Porsena, in sua Præfatione ad Sixtum IV pontificem Romanum, Theophylacti temporum nullam facit mentionem. Misit ad nos D. Joannes Sambucus orationem Græcam hac inscriptione : Θεοφυλάκτου λόγος εἰς τὸν αὐτοκράτορα κύριον Ἀλέξιον τὸν Κομνηνόν. Quod si is est noster Theophylactus, nempe archiepiscopus Bulgariæ, jam non amplius dubium esse potest quo tempore vixerit. Nihil aliud ego neque de vita neque de temporibus hujus nostri Theophylacti diligenter scrutando atque inquirendo potui invenire. Quod reliquum est, vos etiam atque etiam rogo ac vehementer peto, ut hoc exiguum atque adeo tenuissimum munusculum, vobis licet indignum vestrisque in me summis beneficiis ac meritis impar, æqui tamen facere bonique consulere, et ut ab animi benevolentia atque gratitudine profectum, hilari vultu lætaque fronte accipere velitis. Hoc si a vobis consecutus fuero, abunde satis magnos laborum me fructus cepisse existimabo. Bene valete, viri amplissimi.

Ex monasterio Steinweldio XII Kalendas Septembris, anno Domini 1567.

---

Clarissimo excellentissimoque viro, D. Joanni Sambuco, Pannonio, Cæsareæ Majestatis medico et historiographo, Laurentius SIFANUS, Prunsfeldius, J. U. Doctor, S. P. D.

En prodit tandem in publicum, vir clarissime, Theophylactus tuus Græcus a me factus Latinus : tuum dico, quo careremus, nisi tu quod separatim habere tibi proprium licebat, commune ac publicum bonum esse maluisses. Causa cur tam sero prodeat, ut etiam librarii culpam recipiam in me, hæc est, quod dum ille de me Latine, ego de illo Græce discere nitebamur, ubi alter alterum minus intelligebamus, cum interpres utrique deesset, atque haud incorruptis ministris uteremur, conjecturis quibus alter alterius sensa assequeremur, multis in locis uti habuimus necesse. Cujus rei quoniam clara documenta sunt in promptu, ne inepta prolixitate verborum typographo festinanti sim in mora, te etiam atque etiam rogo, ut hæc ipsa quæ dico documenta scrutando atque examinando, æquum te mihi judicem atque faventem præbere, et istam operam quam præstiti æqui bonique facere velis. Quod reliquum est, magnas tibi et agimus et habemus gratias, qui istud mancipium publicæ utilitatis inservire, quam domi privatum

Digitized by Google

habere maluisti : ac te hortamur, ut deinceps macta ista virtute sis, et ea quæ etiam nunc penes te habes ejusdem generis, atque etiam diversæ nationis mancipia manumittere ac bono publico dicare velis. Illud quod pene præterieram, te admonitum velim, me in iis locis, ubi lectio scripti exempli prorsus non tolerari nec excusari posse videbatur, ad marginem e regione posuisse illam ipsam lectionem quam correxi, adjecto videlicet verbo *habetur* aut *habebatur* : ut si (quod alicubi fieri potuit) errassem, lectoris judicium integrum esset, utram lectionem sequi mallet. Sed ubi dubitavi de lectione (scis enim unico me duntaxat tuo usum esse apographo), ibi in margine apposui aliam lectionem, quam conjecturas secutus veram esse aut esse debere puto, adjecta videlicet dictione ἴσως. Atque hoc ut admonerem studiosos, quibus ea facultas est, ut adhibitis correctioribus exemplaribus, ipsi sibi juxta ac reipublicæ consulant in istiusmodi locis, ubi hoc ad intelligendum melius explicationem Theophylacti conducere videbatur, in scholiis repetivi verba divi Lucæ, atque etiam iterata inserui exemplari Græco ; quod collatione facta cum tuo manuscripto propemodum necessarium fuisse videbis in multis locis, quæ a minus prudenti lectore parum intellecta præteriri potuissent.

Bene vale. Raptim ex monasterio Steinweldio x Kalendas Septembris, anno Domini 1567.

—

## In Theophylacti in Acta apostolorum Explicationes a Laurentio Sifano Latine factas, Petri Kempensis Epigramma.

Betula cur geminos diffundit vertice ramos,
Quæ viret his scriptis, docte Sifane, tuis ?
Quorum hos populeis docta insitione videmus,
Atque illos lauri luxuriare comis.
Necnon Argolicos simili ambitione lepores,
Ambas spirare et Ausonias Veneres.
Esse quid hoc dicam ? num quod tua scripta columnis
Graiis et Latiis discriminata nitent ?
Queis satis ostendis linguæ tibi gloria quanta,
Dum versas Latio Graia scripta stylo.
An potius quæ pressa diu latuere sub alto,
Nomina neglectu, et squalidiore situ,
Incepere tuis tandem juvenescere chartis,
Et fieri voto splendidiora tuo ?
Scriptaque Grajugenis tantum celebrata Lycæis
Permittis cœlo liberiore frui ?
Et Latii spirare fidem, Latiumque nitorem
Dum subiit cultus lingua Pelasga novos ?
Cum Herculeus labor hic, pietas et Apolline digna,
Magna venit meritis gratia danda tuis.
Propterea ipse suas Tirynthius explicat umbras,
Implicet ut meritum lecta corona caput.
Καὶ σοῦ, Λαυρέντι, χροτάφους περίδησεν Ἀπόλλων
Κορικίοις δάφνης πλέγμασι χρυσοκόμου,
Ἴσον ὅτ' ἀμφοτέρων σοφίῃ, γλώττῃ τ' ὑπερέχεις,
Δείγματα μειλιχίης ἀμφοτέρου χάριτος.
Hoc pretium studii vigilatorumque laborum,
Hic studiis partus te comitatur honos.
Te merito hæc igitur comitatur gloria lauri,
Famaque per nullos interitura dies.

—

### *LAURENTII SIFANI ADMONITIUNCULA AD LECTORUM.*

*Admonendus Lector, ubi diversa in margine translatio apposita est, per* V. *Vulgatam versionem significari: diversam ab hoc meam esse. Quod attinet ad diversam lectionem Græcam, ubi in margine appositum est,* habebatur *aut* habetur, *illic a me correctam esse procul dubio corruptam in manuscripto lectionem ; sed ubi ascriptum est ad Græcam in margine positam diversam lectionem,* ἴσως, *id est,* forsitan, *ibi me conjecturis usum ita legendum esse putare.*

---

# ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ ΤΩΝ ΠΡΑΞΕΩΝ

## ΣΥΝ ΤΟΙΣ ΚΕΦΑΛΑΙΟΙΣ ΑΥΤΩΝ.

—

# ARGUMENTUM LIBRI ACTORUM

## UNA CUM CAPITULIS EORUM.

—

Acta apostolorum liber hic vocatur, quoniam simul continet acta apostolorum : qui autem hæc

Πράξεις ἀποστόλων τὸ βιβλίον καλεῖται, ἐπειδὴ τὰς πράξεις ὁμοῦ τῶν ἀποστόλων περιέχει. Ὁ δὲ

Digitized by Google

διηγούμενος ταῦτα, ἐστὶ Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστής, ὁ καὶ τὸ βιβλίον συγγράφων· Ἀντιοχεὺς γὰρ οὗτος ὑπάρχων τὸ γένος, ἰατρός τε τὴν ἐπιστήμην, συναπεδήμει γὰρ [1] τοῖς τε ἄλλοις ἀποστόλοις, καὶ μάλιστα τῷ Παύλῳ, καὶ εἰδὼς ἀκριβῶς γράφει. Διηγεῖται δὲ ἐν αὐτῷ, πῶς ἀγγέλων ὑπολαβόντων ἀνελήφθη ὁ Κύριος. Καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔκχυσιν γενομένην ἐν τῇ Πεντηκοστῇ ἐπί τε τοὺς ἀποστόλους [2] καὶ πάντας τοὺς τότε παρόντας· τήν τε κατάστασιν τοῦ Ματθία [3] ἀντὶ Ἰούδα τοῦ προδότου· καὶ τὴν κατάστασιν τῶν ἑπτὰ Διακόνων· καὶ τὴν ἐκλογὴν τοῦ Παύλου· καὶ ὅσα ἔπαθε· καὶ ὅσα οἱ ἀπόστολοι διὰ προσευχῆς καὶ τῆς εἰς αὐτὸν τὸν Χριστὸν πίστεως ἐθαυματούργησαν. Καὶ τέλος τὴν εἰς Ῥώμην ἀποδημίαν αὐτοῦ. Τῶν δὲ ἀποστόλων τὰς πράξεις, καὶ τὰ σημεῖα τὰ παρ' αὐτῶν γενόμενα διηγεῖται Λουκᾶς· καὶ ἔστιν ἃ καὶ ἐξηγεῖται σημεῖα ταῦτα·

A exponit, Lucas est evangelista, qui et librum conscripsit. Hic enim patria Antiochenus, arte medicus, peregrinabatur tum una cum cæteris apostolis, tum maximam partem una cum Paulo : atque ea scribit, quæ plene comperta habebat. Narrat autem in eo, quemadmodum, angelis suscipientibus, Dominus assumptus est : et ut Spiritus sanctus in die Pentecostes, cum super apostolos, tum super omnes, qui tunc aderant, effusus sit : adhæc ut Matthias in locum Judæ proditoris substitutus sit ; describit item creationem septem diaconorum, et electionem Pauli, quæque passus sit ; præterea miracula, quæ per orationem et fidem in Christum apostoli fecerunt, et ut tandem Paulus Romam pervenerit. Apostolorum autem acta, et signa ab iis B facta, Lucas exponit. Signa vero, quæ ab illo narrantur, sunt hæc :

α'. Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἐθεράπευσαν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου τὸν ἐκ γεννητῆς χωλὸν, τὸν ἐν τῇ Ὡραίᾳ πύλῃ καθήμενον.

1. Petrus et Joannes per nomen Domini, eum, qui claudus natus ad portam Pulchram sedebat (mendicans), curaverunt.

β'. Πέτρος Ἀνανίαν καὶ Σαπφείραν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἤλεγξε νοσφισαμένους ἀπὸ τῆς ἐπαγγελίας τῆς εἰς Θεόν· καὶ γεγόνασι παραχρῆμα νεκροί.

2. Petrus Ananian et Sappheiran ejus uxorem de pretio, quod Deo promiserant, seposuisse convicit, et e vestigio mortui sunt.

γ'. Πέτρος τὸν παράλυτον Ἐνέαν [4] ἀνέστησεν.

3. Petrus Ænean, qui paralysi laborabat, excitavit.

δ'. Πέτρος ἐν Ἰόππῃ τὴν ἀποθανοῦσαν νεκρὰν Δορκάδα εὐξάμενος ἤγειρε.

4. Petrus Joppæ vita defunctam Dorcada per orationem a morte excitavit.

ε'. Πέτρος τὸ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καθιέμενον σκεῦος πλῆρες παντὸς ζώου ἑώρακε.

5. Petrus vidit vas, quod refertum omni genere animalium de cœlo demittebatur.

C

ς'. Πέτρου ἡ σκιὰ ἐρχομένη ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας, ἐθεράπευεν αὐτούς.

6. Petri umbra, si ad ægrotantes pertineret, eos sanabat.

ζ'. Πέτρος τηρούμενος καὶ δεδεμένος ἐν τῇ φυλακῇ, ὑπὸ ἀγγέλου ἀπελύθη, μὴ εἰδότων τῶν στρατιωτῶν· καὶ Ἡρώδης σκωληκόβρωτος γενόμενος ἐξέψυξε.

7. Petrus cum vinctus in carcere asservaretur, insciis militibus, ab angelo solutus et dimissus est : et Herodes a vermibus erosus exspiravit.

η'. Στέφανος ἐποίει τέρατα καὶ σημεῖα.

8. Stephanus prodigia atque miracula faciebat.

θ'. Φίλιππος ἐν Σαμαρίᾳ πολλὰ πνεύματα ἐξέβαλε· καὶ χωλοὶ καὶ παραλελυμένοι ἐθεραπεύθησαν ὑπ' αὐτοῦ.

9. Philippus (Diaconus) in Samaria multos spiritus ejecit. Claudi item ac paralytici ab eo curati sunt.

ι'. Παῦλος ἐγγίζων τῇ Δαμασκῷ, εἶδεν ὀπτασίαν. καὶ εὐθὺς γέγονεν εὐαγγελιστής.

10. Paulus appropinquans Damasco, vidit visionem, et statim factus est Evangelii prædicator.

ια'. Ὁ αὐτὸς Φίλιππος τὸν εὐνοῦχον ὑπήντησεν ἀναγινώσκοντα καὶ ἐβάπτισε.

11. Idem Philippus obviam processit eunucho, eumque baptizavit.

ιβ'. Παῦλος ἐν Λύστροις χωλὸν ἐκ γεννητῆς ὄντα ἐθεράπευσεν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. D

12. Paulus Lystris per nomen Domini claudum natum curavit.

ιγ'. Παῦλος ἀπὸ ὀπτασίας εἰς Μακεδονίαν ἐκλήθη.

13. Paulus per visionem in Macedoniam vocatus est.

ιδ'. Παῦλος γυναῖκα τὴν ἔχουσαν πνεῦμα Πύθωνος ἐκαθάρισεν [5] ἐν Φιλίπποις.

14. Paulus mulierem habentem spiritum Pythonis Philippis curavit.

ιε'. Παῦλος καὶ Σίλας εἰς φυλακὴν ἐβλήθησαν· καὶ ἠσφαλισμένους εἶχον τοὺς πόδας ἐν τῷ ξύλῳ. Ἐν δὲ τῷ μεσονυκτίῳ σεισμὸς γέγονε· καὶ λέλυνται αὐτῶν τὰ δεσμά.

15. Paulus et Silas in carcerem conjecti, eorumque pedes ligno constricti erant : nocte vero media terræmotus factus est, et eorum vincula soluta fuerunt.

ις'. Ἀπὸ τοῦ χρωτὸς Παύλου ἀπέφερον σουδάρια

16. A corpore Pauli deferebant sudaria super

## Variæ lectiones.

[1] *locus videtur corruptus.* [2] τῶν ἀποστόλων *habebatur.* [3] Ματθίας *habebatur.* [4] Αἰνέαν *et* Αἰναΐαν, *habebatur in excusis.* [5] ἐκαθαίρησεν, *erat.*

Digitized by Google

ægrotos, et dæmoniis correptos : quo facto curabantur.

17. Paulus Troade de fenestra delapsum et mortuum Eutychum excitavit, dicens : Anima ejus in eo est.

18. Paulus in Cypro increpuit Elyman magum : atque ipse magus cæcus evasit.

19. Paulus dum Romam navigaret, tempestate jactatus est, et ipse, et omnes, qui erant in navi ad dies et noctes quatuordecim. Omnibus autem mortem exspectantibus, cum Dominus Paulo astaret, dixit ei : Propter te vitam his concessi : et salvi evaserunt omnes.

20. Egressum Paulum e navi, vipera momordit, atque omnes putabant fore ut moreretur : ut autem mansit integer et incolumis, putabant eum esse deum.

21. Principem insulæ Publium dysenteria correptum, impositis manibus Paulus sanavit : multos item alios ægrotos curavit.

A ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας καὶ δαιμονιῶντας · καὶ ἐθεραπεύοντο.

ιζ'. Παῦλος ἐν Τρῳάδι πεσόντα Εὔτυχον ἀπὸ τῆς θυρίδος, καὶ ἀποθανόντα ἤγειρε λέγων· Ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἐστι.

ιη'. Παῦλος ἐν Κύπρῳ ἐπετίμησε τῷ μάγῳ Ἐλύμᾳ · καὶ ἐγένετο τυφλὸς αὐτὸς ὁ μάγος.

ιθ'. Παῦλος ὡς ἔπλεεν ἐν Ῥώμῃ [6], ἐχειμάσθησαν αὐτός τε καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ πλοίῳ ἐπὶ νυχθήμερα ιδ'. Πάντων δὲ προσδοκώντων ἀποθανεῖν, ἐπιστὰς ὁ Κύριος εἶπεν αὐτῷ τῷ Παύλῳ, ὅτι Διὰ σὲ κεχάρισμαι τούτοις τὸ ζῆν · καὶ ἐσώθησαν πάντες.

κ'. Ἐξελθόντα τὸν Παῦλον ἀπὸ τοῦ πλοίου, ἔχις ἔδακε · καὶ οἱ μὲν πάντες ἐνόμιζον αὐτὸν γίνεσθαι B νεκρόν. Ὡς δὲ ἀπαθὴς ἔμεινεν, ἐνόμισαν αὐτὸν εἶναι θεόν.

κα'. Τὸν πρῶτον Πούπλιον ἐν τῇ νήσῳ δυσεντερίᾳ συνεχόμενον, χειροθετήσας, ἰάσατο ὁ Παῦλος · καὶ ἄλλους πολλοὺς ἀσθενοῦντας ἐθεράπευσεν.

*Peregrinationes sancti Pauli apostoli.*

Ab Damasco exorsus est, et ascendit Hierosolymam : inde Tarsum : atque illinc Antiochiam et rursus iterum Hierosolymam profectus est : et rursus iterum Antiochiam : atque illinc una cum Barnaba destinatus apostolatui, descendit Seleuciam : deinde in Cyprum : ubi et Paulus cœpit vocari : post hæc Pergam, et Antiochiam Pisidiæ : deinde Iconium et Lystram et Derbam Lycaoniæ : postea in Pamphyliam : deinde rursus Pergam : postea Attaliam : deinde rursus tertium Antiochiam Syriæ : postea rursus tertium Hierosolymam propter circumcisionem : deinde rursus quartum Antiochiam : postea peragravit Syriam et Ciliciam : deinde rursus iterum Derbam et Lystram : ubi Timotheum circumcidit : posthæc profectus est in Phrygiam et Galaticam regionem : deinde in Mysiam : postea Troadem : atque illinc Neapolim : deinde Philippos Macedoniæ urbem : postea, peragrata Amphipolim et Apolloniam, venit Thessalonicam : deinde Berrhœam et Athenas : postea Corinthum et Ephesum : inde Cæsaream : posthæc iterum Antiochiam Pisidiæ : inde in Galaticam regionem et Phrygiam : posthæc iterum reversus est Ephesum. Deinde, peragrata Macedonia, venit in Græciam ; atque inde peragrata Macedonia, iterum reversus est Philippos, a Philippis Troadem rursus profectus est : ubi etiam Eutychum lapsum excitavit : deinde Asson profectus est et Mitylenen ; mox ad loca sita e regione Chii : postea Samum : atque inde Miletum. Unde, accersitis ad se Ephesiis, sermocinatus est ac valedixit : postea venit in Coum : mox Rhodum : inde Patara deinde Tyrum : postea Ptolemaida : atque inde Cæsaream : unde rursus quartum ascendit Hierosoly-

*Περίοδοι τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου.*

Ἀπὸ Δαμασκοῦ ἤρξατο, καὶ ἦλθεν [7] εἰς Ἱερουσαλήμ· ἐκεῖθεν εἰς Ταρσόν · κἀκεῖθεν εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ πάλιν δεύτερον εἰς Ἱερουσαλήμ · καὶ πάλιν δεύτερον εἰς Ἀντιόχειαν, κἀκεῖθεν ἀφορισθεὶς μετὰ Βαρνάβα εἰς τὴν ἀποστολήν, κατῆλθεν εἰς Σελεύκειαν· εἶτα εἰς Κύπρον · ἔνθα καὶ Παῦλος ἤρξατο καλεῖσθαι · εἶτα εἰς Πέργην · [8] εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας· εἶτα εἰς Ἰκόνιον · εἶτα εἰς Λύστραν καὶ Δέρβην καὶ Λυκαονίαν [9] · εἶτα εἰς Παμφυλίαν · εἶτα C πάλιν εἰς Πέργην · εἶτα εἰς Ἀττάλειαν · εἶτα πάλιν τρίτον εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας · εἶτα πάλιν τρίτον εἰς Ἱερουσαλήμ, διὰ τὴν περιτομήν. Εἶτα πάλιν τέταρτον εἰς Ἀντιόχειαν.[10] Εἶτα πάλιν δεύτερον εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν· ἔνθα τὸν Τιμόθεον περιέτεμεν· εἶτα εἰς τὴν Φρυγίαν καὶ Γαλατικὴν χώραν · εἶτα εἰς Μυσίαν · εἶτα εἰς Τρωάδα · κἀκεῖθεν εἰς Νεάπολιν · εἶτα εἰς Φιλίππους τῆς Μακεδονίας · εἶτα, διελθὼν τὴν Ἀμφίπολιν καὶ τὴν Ἀπολλωνίαν, ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην · εἶτα εἰς Βέρροιαν, εἶτα εἰς Ἀθήνας · εἶτα εἰς Κόρινθον · εἶτα εἰς Ἔφεσον · εἶτα εἰς Καισάρειαν · εἶτα δεύτερον εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας · εἶτα εἰς τὴν Γαλατικὴν χώραν καὶ Φρυγίαν· εἶτα πάλιν δεύτερον εἰς Ἔφεσον · εἶτα, διελθὼν D τὴν Μακεδονίαν,[11] ἦλθε πάλιν δεύτερον εἰς Φιλίππους. Καὶ ἀπὸ Φιλίππων [12] πάλιν εἰς Τρωάδα · ἔνθα καὶ τὸν Εὔτυχον ἤγειρε πεσόντα · εἶτα εἰς τὴν Ἄσσον · εἶτα εἰς Μιτυλήνην · εἶτα [13] ἀντικρὺ Χίου. Εἶτα εἰς Σάμον, κἀκεῖθεν εἰς Μίλητον · ἐκεῖθεν, εἰσπεμψάμενος [14] τοὺς ἐν Ἐφέσῳ, ὡμίλησεν αὐτοῖς · εἶτα εἰς Χῶν · εἶτα εἰς Ῥόδον · κἀκεῖθεν εἰς Πάταρα · κἀκεῖθεν εἰς Τύρον · εἶτα εἰς Πτολεμαΐδα · κἀκεῖθεν εἰς Καισάρειαν · κἀκεῖθεν πάλιν τέταρτον ἀνῆλθεν εἰς Ἱερουσαλήμ · κἀκεῖθεν παρεπέμφθη εἰς

Variæ lectiones et notæ.

[6] *Ισ.* εἰς Ῥώμην. [7] *γρ.* ἀνῆλθεν. [8] ἀλλαχοῦ προστίθεται τὸ εἶτα. [9] *γρ.* τῆς Λυκαονίας. [10] προστίθεται ἀλλαχοῦ, εἶτα, διῆλθε τὴν Συρίαν κατὰ (*ἴσ.* καὶ) τὴν Κιλικίαν. [11] *Addita hæc sunt in exemso :* ἦλθεν εἰς Ἑλλάδα · κἀκεῖθεν διελθὼν τὴν Μακεδονίαν. [12] Φιλίπποις, *habebatur.* [13] *γρ.* εἰς τὰ ἀντικρύ. [14] *γρ.* μεταπεμψάμενος.

Digitized by Google

Καισάρειαν. Καὶ λοιπὸν δέσμιος ἐπὶ Ῥώμην. Οὕτως[15] ἀπὸ Καισαρείας ἦλθεν εἰς Σιδῶνα· κἀκεῖθεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας· εἶτα εἰς Κνίδον· κἀκεῖθεν πολλὰ παθὼν ἦλθεν εἰς τὴν νῆσον. Ἔνθα ἡ ἔχιδνα καθήψατο τῆς χειρὸς αὐτοῦ καὶ ἔμεινεν ἀβλαβής· εἶτα εἰς Συρακούσας· εἶτα εἰς Ῥήγιον τῆς Καλαβρίας· εἶτα εἰς Ποτιόλους· κἀκεῖθεν πεζὸς ἀνῆλθεν εἰς Ῥώμην, ἀπαντησάντων αὐτῷ τῶν ἀδελφῶν εἰς Ἀππίου φόρον καὶ τριῶν Ταβερνῶν[16]. Καὶ λοιπὸν εἰσελθὼν εἰς Ῥώμην, καὶ διδάξας χρόνον ἱκανὸν, ὕστερον ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ἐμαρτύρησεν, αὐτόθι τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνισάμενος. Ῥωμαῖοι δὲ περικαλλέσιν οἴκοις καὶ βασιλείοις τὰ λείψανα τούτου καθήρξαντες[17] ἐπέτειον αὐτῷ ἡμέραν μνήμης πανηγυρίζουσι τὴν πρὸ τριῶν Καλανδῶν Ἰουλίων[18]. Πολλὰς δὲ καὶ πρὸ τούτου ἤδη παραινέσεις ὑπὲρ τοῦ βίου καὶ ἀρετῆς ὁ μακάριος ἐποιήσατο, καὶ πολλὰ περὶ τῶν πρακτέων τοῖς ἀνθρώποις εἰσηγήσατο. Ἔτι δὲ ὅλως καὶ διὰ τῆς ὑφῆς τῶν δεκατεσσάρων Ἐπιστολῶν αὐτοῦ τὴν ὅλην ἀνθρώποις διέγραψε πολιτείαν.

A mam : atque inde Cæsaream, ac deinceps Romam vinctus transmissus est. Ita a Cæsarea venit Sidonem : atque inde Myra Lyciæ urbem : mox in Cnidum : atque inde multa passus, venit in insulam, ubi vipera manum ejus invasit, et mansit integer et incolumis. Postea venit Syracusas : deinde Rhegium Calabriæ urbem : deinceps Puteolos : atque inde pedes Romam ascendit, obviam ei progressis fratribus ad Appii usque forum et tres Tabernas : ac deinceps Romam ingressus, cum multo tempore docuisset in ipsa urbe Roma, martyrium subiit, et inibi pulchrum illud certamen peregit. Romani autem reliquias ejus præpulchra æde atque basilica cinxerunt, memoriam ejus et martyrii ferias, tertio Kalendas Julias, nempe sexto mense totius anni celebrantes. Sed jam antea quoque beatus ille multas pro vitæ honestate atque virtute composuerat admonitiones, ac de officiis multa edidit hominibus præcepta : præterea vero summatim etiam per contextum suarum quatuordecim Epistolarum, totam hominibus vitæ degendæ rationem descripsit.

B

*Τὰ Κεφάλαια τῶν Πράξεων τῶν ἁγίων ἀποστόλων.*

*Capita Actorum sanctorum apostolorum.*

α'. *Περὶ τῆς ἐξ ἀναστάσεως διδασκαλίας Χριστοῦ, καὶ ὀπτασίας πρὸς τοὺς μαθητὰς, καὶ περὶ ἐπαγγελίας τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς· θέας τε καὶ τρόπου τῆς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου· καὶ περὶ τῆς ἐνδόξου δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας*

1. *De doctrina Christi post resurrectionem, et quemadmodum se conspiciendum præbuerit discipulis, et de promisso dono Spiritus sancti : atque spectaculo et modo Domini assumptionis : ac de glorioso ejus adventu secundo.*

C

β'. *Πέτρου διάλογος πρὸς τοὺς μαθητευθέντας, περὶ θανάτου καὶ ἀποβολῆς Ἰούδα τοῦ προδότου.*

2. *Petri sermocinatio cum discipulis de morte et rejectione Judæ proditoris.*

γ'. *Περὶ θείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοιτήσεως ἐν ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς γενομένης εἰς τοὺς πιστεύσαντας.*

3. *De divino appulsu et accessu sancti Spiritus, qui accidit ad eos qui crediderant, in die Pentecostes.*

δ'. *Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ θεραπείας τοῦ ἐκ γενετῆς χωλοῦ, Πέτρου τε κατηχήσεως ἐλεητικῆς, συμβουλευτικῆς, συμπαθητικῆς πρὸς σωτηρίαν*

4. *De curato in nomine Christi eo, qui claudus natus erat, de doctrina item Petri propensa ad misericordiam et condolentiam, qua consilium suum exponit, quemadmodum ad salutem perveniri possit.*

ε'. *Περὶ ὁμοψύχου καὶ καθολικῆς κοινωνίας τῶν πιστευσάντων.*

5. *De unanimi et universali eorum, qui crediderant, communione.*

ς'. *Ὅτι τοὺς ἀποστόλους ἐμβληθέντας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ νύκτωρ ἐξέωσεν, ἐπιτρέψας ἀκωλύτως κηρύσσειν τὸν Ἰησοῦν*

D 6. *Ut apostolos in carcerem conjectos angelus Dei octu eduxerit, atque præceperit, ut palam ac libere Jesum prædicarent.*

ζ'. *Περὶ χειροτονίας τῶν ἑπτὰ διακόνων.*

7. *De electione, creatione atque ordinatione septem diaconorum.*

η'. *Ἰουδαίων ἐπανάστασις καὶ συκοφαντία κατὰ Στεφάνου, αὐτοῦ δὲ δημηγορία περὶ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ διαθήκης τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ τῶν ιβ' πατριαρχῶν.*

8. *Importunus adversus Stephanum impetus atque calumnia Judæorum : ejus item concio de testamento ac fœdere Dei cum Abrahamo : adhæc de duodecim patriarchis.*

θ'. *Περὶ διωγμοῦ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ταφῆς Στεφάνου.*

9. *De persecutione Ecclesiæ et sepultura Stephani.*

## Variæ lectiones et notæ.

[15] οὗτος *habebatur.* [16] τρεῖς Ταβερνάς. [17] γρ. καθείρξαντες. [18] προσετέθη ἀλλαχοῦ· Ἔκτῳ τῶν ὅλων μηνὶ τοῦτο μαρτύριον ἑορτάζοντες.



Digitized by Google

10. *De Simone mago, qui crediderat, et una cum* A *aliis pluribus baptizatus est.*

ι'. *Περὶ Σίμωνος τοῦ μάγου πιστεύσαντος καὶ τοῦ βαπτισθέντος σὺν ἑτέροις πλείοσιν*

11. *Quod non pretio neque hypocritis, sed sanctis per fidem detur participatio atque communio Spiritus sancti.*

ια'. *Ὅτι οὐκ ἀργυρίου, οὐδὲ ὑποκριταῖς, ἀλλὰ ἁγίοις διὰ πίστεως ἡ μετοχὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δίδοται.*

12. *Quod bonis ac fidelibus Deus largiatur salutem, exemplo videlicet eunuchi.*

ιβ'. *Ὅτι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ πιστοῖς εὐδοκεῖ ὁ Θεὸς τὴν σωτηρίαν, δῆλον ἐκ τῆς κατὰ τὸν εὐνοῦχον ὑποθέσεως.*

13. *De Paulo a Deo cœlitus vocato ad apostolatum Christi.*

ιγ'. *Περὶ τῆς οὐρανόθεν θείας κλήσεως Παύλου εἰς ἀποστολὴν Χριστοῦ.*

14. *De Ænea paralytico Lydiæ per Petrum sanato.*

ιδ'. *Περὶ Αἰνέα [19] παραλυτικοῦ ἰαθέντος ἐν Λυδίᾳ [20] διὰ Πέτρου.*

15. *De Cornelio : ut angelus ad eum venerit ; itemque de iis, quæ Petro cœlitus de vocatione gentium dicta sunt.*

ιε'. *Περὶ Κορνηλίου, ὅτε [21] ἦλθε πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος, καὶ ὅσα πάλιν Πέτρου [22] οὐρανόθεν περὶ κλήσεως ἐθνῶν ἐρρήθη.*

16. *Quomodo Petrus, cum prophetia sua in disceptationem venisset,* B *ordine singula, quæ facta erant, apostolis exposuerit : et ut tunc Barnabas missus sit ad fratres qui erant Antiochiæ.*

ις'. *Ὡς Πέτρος καθεξῆς ἕκαστα τῶν γεγονότων διηγεῖται τοῖς ἀποστόλοις διακριθεῖσι προφητείας [23] αὐτοῦ, τὸ τηνικαῦτα δὲ Βαρνάβαν ἐκπέμψαι πρὸς τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀδελφούς.*

17. *Prophetia Agabi de fame per totum orbem terrarum futura : munus item ac subsidium, quod missum est ad fratres qui erant in Judæa.*

ιζ'. *Προφητεία Ἀγάβου περὶ λιμοῦ οἰκουμενικοῦ · [24] καὶ καρποφορία πρὸς τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ [25] ἀδελφούς.*

18. *Jacobi apostoli cædes, ac Petri liberatio* [a] *: ubi etiam de supplicio custodum, ac postea de acerba atque calamitosa morte impii Herodis.*

ιη'. *Ἰακώβου ἀποστόλου κατασφαγή. [26] Ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς τῶν φυλάκων κολάσεως καὶ μετέπειτα τῆς τοῦ ἀσεβοῦς Ἡρώδου πικρᾶς καὶ ὀλεθρίου καταστροφῆς.*

19. *De Barnaba et Saulo a divino Spiritu missis in Cyprum : quæ item egerint in nomine Christi, de Elyma mago.*

ιθ'. *Ἀποστολὴ Βαρνάβα καὶ Σαύλου παρὰ τοῦ θείου Πνεύματος εἰς Κύπρον · ὅσα τε εἰργάσαντο ἐν ὀνόματι Χριστοῦ περὶ Ἐλύμα τοῦ Μάγου.*

20. *Pauli tum ex lege, tum deinceps ex prophetis* C *luculenta historica et evangelica de Christo doctrina.*

κ'. *Παύλου εὐθαλὴς Διδασκαλία εἰς Χριστὸν, ἔκ τε τοῦ νόμου καὶ καθεξῆς τῶν προφητῶν ἱστορικὴ καὶ εὐαγγελική.*

21. *Ut apostoli cum Iconii Christum prædicassent, ac multi credidissent, vi quæ parabatur adversus eos provisa, ex urbe profugere coacti sint.*

κα'. *Ὅπως ἐν Ἰκονίῳ κηρύξαντες τὸν Χριστὸν πολλῶν τε πιστευσάντων ἐδιώχθησαν οἱ ἀπόστολοι.*

22. *De eo qui Lystris claudus natus per apostolos sanatus est. Quamobrem et dii esse, et ad loci incolas accessisse visi sunt, ubi nimirum Paulus etiam lapidatur.*

κβ'. *Περὶ τοῦ ἐν Λύστροις ἐκ γεννητῆς χωλοῦ ἰαθέντος διὰ τῶν ἀποστόλων · διόπερ εἶναί τε θεοὶ, καὶ παρεῖναι ἐδοξαν τοῖς ἐγχωρίοις, ἔνθα δὴ καὶ λιθάζεται ὁ Παῦλος.*

23. *Quod non oporteret eos qui ex gentibus credidissent, circumcidi. Decreta apostolorum et usus eorum.*

κγ'. *Ὅτι οὐ δεῖ περιτέμνεσθαι τοὺς ἐξ ἐθνῶν. Δόγματα καὶ νενόσεις τῶν ἀποστόλων.*

24. *De institutione Timothei, ac de eo qui, revelatione intercedente, accidit, adventu Pauli in Macedoniam.* D

κδ'. *Περὶ κατηχήσεως Τιμοθέου, καὶ τῆς κατὰ ἀποκάλυψιν ἀφίξεως Παύλου εἰς Μακεδονίαν.*

25. *De seditione mota Thessalonicæ propter prædicationem : et ut fugerit Paulus Berrhœam atque inde Athenas.*

κε'. [27] *Περὶ στάσεως γενομένης ἐν Θεσσαλονίκῃ τοῦ κηρύγματος ἕνεκεν · φυγῆς τε τοῦ Παύλου εἰς Βέρροιαν, κἀκεῖθεν εἰς Ἀθήνας.*

26. *De inscriptione quæ Athenis in ara insculpta*

κς'. *Περὶ τῆς Ἀθήνας [28] ἐπιθωμίου γραφῆς, φιλο-*

## Variæ lectiones et notæ

[19] Αἰνέα. [20] Λύδδα, ἴσως. [21] ἴσως, ὅπως. [22] Πέτρῳ, ἴσως. [23] ἴσως, διακριθείσης τῆς προφητείας. [24] λειμοῦ, *habebat, et* οἰκουμενικῆς. [25] ἴσως, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. [27] *Desiderari videtur,* Πέτρου ἀπαλλαγή. [27] *Hic amplius dimidii capitis decimi sexti, historia de Lydia et puella habente spiritum Pythonis, curata, et in carcerem ob id factum conjectis apostolis et divinitus liberatis, et conversо ad fidem carceris custode, prætermittur.* [28] ἴσως, Ἀθήνας.

[a] *Hæc aut similia in Græco desiderata, prætermittenda visa non sunt.*

Digitized by Google

σόφου τε κηρύγματος καὶ εὐσεβείας τοῦ Παύλου. A

κζ'. Περὶ Ἀκύλα καὶ Πρισκίλλης, καὶ τῆς Κορίνθου ἀπειθίας [29]· τῆς τε κατὰ πρόγνωσιν ἐπ' αὐτοὺς εὐδοκίας ἀποκαλυφθείσης τῷ Παύλῳ.

κη'. Περὶ βαπτίσματος, καὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς δοθείσης διὰ προσευχῆς Παύλου τοῖς ἐν Ἐφέσῳ πιστεύσασι, καὶ περὶ ἰάσεως Παύλου.

κθ'. Περίοδος Παύλου ἐκ τῆς περὶ θανάτου καὶ ἀναλήσεως Εὐτυχοῦ διὰ προσευχῆς ἐν Τρωάδι, παραίνεσίς τε ποιμαντικὴ πρὸς τοὺς ἐν Ἐφέσῳ πρεσβυτέρους.

λ'. Ἀγάβου προφητεία περὶ τῶν συμβησομένων B τῷ Παύλῳ ἐν Ἱερουσαλήμ.

λα'. Παραίνεσις Ἰακώβου πρὸς Παῦλον, περὶ τοῦ μὴ δοκεῖν κωλύειν Ἑβραίους περιτέμνεσθαι.

λβ'. Περὶ τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ κατὰ Παύλου κινηθείσης ἀταξίας, ὅπως τε αὐτὸν ὁ χιλίαρχος τοῦ πλήθους ἐξαιρεῖται [30].

λγ' Ὅσα ὁ Παῦλος καταβὰς εἰς τὸ συνέδριον ἔπαθε καὶ εἶπε καὶ εὐθυβόλως ἔπραξε

λδ'. Περὶ ἐπιβουλῆς μελετωμένης κατὰ τοῦ Παύλου ὑπὸ Ἰουδαίων, καὶ μηνύσεως αὐτοῦ πρὸς Λυσίαν.

λε'. Τερτύλλου περὶ Παύλου κατηγορία, καὶ ἀπολογία αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος.

λς'. Περὶ Φήλικος διαδόχου, καὶ τῆς Φήστου C προαγωγῆς, τέλος τε ἐπ' αὐτοῦ διακρίσεως Παύλου καὶ ἐφέσεως.

λζ'. Ἀγρίππα καὶ Βερνίκης παρουσία· καὶ πεῦσις τῶν κατὰ Παῦλον.

λη'. Πλοῦς Παύλου ἐπὶ Ῥώμης κινδύνων τε πλείστων [31] καὶ μεγίστων ἔμπλεως.

λθ'. Ὅπως ἀπὸ Μελίτης εἰς Ῥώμην κατήντησεν ὁ Παῦλος.

μ'. Περὶ διαλέξεως Παύλου τῆς πρὸς τοὺς ἐν Ῥώμῃ Ἰουδαίους.

erat, philosophicaque prædicatione ac pietate Pauli.

27. De Aquila ac Priscilla, atque Corinthiorum propensa ad credendum voluntate: itemque de propensa adversus eos voluntate Dei, quæ ex præscientia atque providentia divina profecta, Paulo revelata est [b].

28. De baptismate ac dono sancti Spiritus, per preces Pauli dato iis qui Ephesi crediderant; et ut per Paulum ægroti et infirmi curati sint [c].

29. Peragratio Pauli in qua de Eutycho Troade per preces a morte revocato, adhæc admonitio pastoralis, qua usus est apud presbyteros Ephesios.

30. Prophetia Agabi de iis quæ Paulo in Hierusalem essent eventura.

31. Verba Jacobi ad Paulum, quibus eum admonuit, ut daret operam, ne videretur Judæos circumcidi prohibere.

32. De eo, qui in Jerusalem adversus Paulum concitatus est tumultus: et ut eum tribunus ex multitudine exemerit.

33. Quæ Paulus, cum descendisset in concilium, passus sit, ac dixerit, et recte fecerit.

34. De insidiis quæ Paulo parabantur ab Judæis, et ut eæ Lysiæ tribuno indicatæ sint.

35. Ut Tertullus Paulum coram præside accusaverit, et ille se defenderit.

36. Ut Felix Festum successorem acceperit, et ut ille Paulum produxerit, ac tandem hinc coram eo causam dixerit et appellaverit.

37. Agrippæ et Bernices adventus, atque cognitio causæ Pauli.

38. Pauli Romam versus navigatio plurimorum ac maximorum plena periculorum.

39. Ut a Melita Paulus Romam pervenerit.

40. De sermocinatione Pauli, et collocutione cum Judæis qui Romæ erant.

Variæ lectiones et notæ.

[29] ἴσως, εὐπειθίας. [30] ἐξαιρεῖται *habebatur*. [31] πλήστων, *habebatur*.

[b] Et hic plusquam dimidium caput decimum octavum, de Judæorum calumnia coram Gallione: ac de oriori ad Ephesum adventu et peregrinatione Pauli, deque Apollo, præteritur. [c] Et hic reliqua capitis decimi noni de filiis Scævæ exorcistis, et seditione Ephesi per Demetrium, prætereuntur.

Digitized by Google

# ΕΚ ΤΩΝ ΕΞΗΓΗΤΙΚΩΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ ΚΑΙ ΤΙΝΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ

# ΕΞΗΓΗΣΕΙΣ ΕΙΣ ΤΑΣ ΠΡΑΞΕΙΣ

ΚΑΤΑ ΣΥΝΤΟΜΙΑΝ ΣΥΛΛΕΓΕΙΣΑΙ

ΠΑΡΑ ΤΟΥ

# ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΥ ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ.

—

EX S. JOANNIS CHRYSOSTOMI EXEGETICIS

ET NONNULLORUM PATRUM

# EXPOSITIONES IN ACTA APOSTOLORUM

CONCISE AC BREVITER COLLECTÆ

# A BEATISSIMO THEOPHYLACTO

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPO.

—

*Sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi Commentarius in Acta sanctorum apostolorum.*

*Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ὑπόμνημα εἰς τὰς Πράξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων.*

1 Multis hic liber, non uni soli, nec ipse, nec qui scripsit atque composuit eum, notus est. Quamobrem etiam necessario statui me demittere in hanc commentationem ; ut et ignorantes doceam, nec sinam tantum latere et occultum esse thesaurum. Nec enim minus, quam ipsa Evangelia, prodesse nobis poterit, si tanta philosophia rectisque sententiis, ac maxime scientia earum rerum quæ a Spiritu repræsentatæ sunt, fuerimus repleti. Ne igitur prætereamus eum : sed cum omni cura ac 2 diligentia scrutemur. Etenim prædictiones, quas Christus in Evangeliis præsignificaverat, has reipsa evenisse ac præstitas esse, et in ipsis negotiis veritatem resplendentem, hic possumus videre. Adhæc magna discipulorum in melius commutatio, quæ a Spiritu eis ingenerabatur videri, præterea certæ stabilesque hic inveniri sententiæ possunt : quæ, nisi hic liber exstaret, nemini ita plane notæ essent : sed caput et summa nostræ salutis abscondita jaceret, et nonnulla, quæ et ad vitam et ad certas stabilesque de fide sententias pertinent, incognita et incerta essent.

Πολλοῖς τουτὶ τὸ βιβλίον, οὐδ' ὅτι ἑνὶ γνώριμόν ἐστιν, οὔτε αὐτὸ, οὔτε ὁ γράψας αὐτὸ καὶ συνθείς. Διὸ καὶ ἀναγκαίως εἰς ταύτην ἐμαυτὸν ἔκρινα καθεῖναι τὴν πραγματείαν· ὥστε καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάξαι, καὶ μὴ ἀφεῖναι τοσοῦτον λανθάνειν καὶ ἀποκρύπτεσθαι θησαυρόν. Οὐ δὲ γὰρ ἔλαττον αὐτῶν τῶν Εὐαγγελίων ἡμᾶς [32] ὠφελῆσαι δυνήσεται τοσαύτης ἐμπεπλῆσθαι φιλοσοφίας καὶ δογμάτων ὀρθότητος, καὶ μάλιστα τῶν παρὰ τοῦ Πνεύματος εἰργασμένων. Μὴ δὴ παρατρέχωμεν αὐτὸ, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβείας πάσης ἐξετάσωμεν· καὶ γὰρ τὰς προρρήσεις, ἃς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Χριστὸς προαναφωνεῖ, ταύτας εἰς ἔργον ἐξελθούσας ἐνταῦθα ἔστιν ἰδεῖν, καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων διαλάμπουσαν τὴν ἀλήθειαν, καὶ πολλὴν τῶν μαθητῶν τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολὴν, τὴν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος αὐτοῖς ἐγγινομένην ἔστιν ἰδεῖν, ἔτι τε καὶ δόγματα ἐνταῦθα εὑρεῖν, ἅπερ, εἰ μὴ τοῦτο ἦν τὸ βιβλίον, οὐδενὶ σαφῶς οὕτω γνώριμα ἦν· ἀλλὰ τὸ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἀπεκρύπτετο καὶ ἄδηλα [33] ἦν καὶ βίου καὶ δογμάτων ἔνια [34].

Variæ lectiones et notæ.

[32] ἡμῶν, *erat correctum et substitutum pro vetustate obsoleto.* [33] *Hic litteræ evanuerant, atque is qui emendare ac restituere eas conatus est, magis rem obscuravit quam correxit. Ego sicuti posui existimo legendum.* [34] ἔναα, *erat.*

Digitized by Google

Τὸ δὲ πλέον τῶν ἐνταῦθα ἐγκειμένων, Παύλου A πράξεις εἰσὶ, τοῦ περισσότερον πάντων κοπιάσαντος. Τὸ δὲ αἴτιον, αὐτοῦ φοιτητὴς ἦν ὁ τὸ βιβλίον τοῦτο συνθεὶς, Λουκᾶς ὁ μακάριος· οὗ τὴν ἀρετὴν πολλαχόθεν μὲν καὶ ἀλλαχόθεν ἔστιν ἰδεῖν· μάλιστα μὲν [88] ἐκ τοῦ πρὸς τὸν διδάσκαλον ἀδιασπάστως ἔχειν, καὶ διὰ παντὸς αὐτῷ παρακολουθεῖν. Ὅ τε γοῦν Δημᾶς καὶ Ἑρμογένης αὐτὸν ἐγκατέλιπον· ὁ μὲν εἰς Γαλατίαν, ὁ δὲ εἰς Δαλματίαν ἀπελθών. Ἄκουσον, τί φησι περὶ τούτου· Λουκᾶς ἐστι μόνος μετ' ἐμοῦ. Καὶ Κορινθίοις δὲ ἐπιστέλλων, περὶ αὐτοῦ φησιν· Οὗ ἔπαινος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν. Καὶ ὅταν λέγῃ, ὅτι Ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα· καὶ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ὃ παρελάβετε, τὸ τούτου λέγει. Ὥστε οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι B τὴν πραγματείαν ταύτην αὐτῷ ἀναθεὶς· ὅταν δὲ εἴπῳ τοῦτῳ, τῷ Χριστῷ λέγω.

Εἰ δέ τις λέγει· Καὶ τί δήποτε οὐχὶ πάντα ἀνέγραψε μέχρι τέλους ὢν μετ' αὐτοῦ; Ἐκεῖνο ἂν εἴποιμεν, ὅτι καὶ ταῦτα ἀρκοῦντα ἦν τοῖς βουλομένοις προσέχειν· καὶ ὅτι πρὸς τὰ κατεπείγοντα ἀεὶ ἵστατο· καὶ ὅτι οὐκ ἐν τῷ λογογραφεῖν ἦν αὐτοῖς ἡ σπουδὴ· πολλὰ γὰρ καὶ ἀγράφῳ παραδόσει παρέδωκαν. Πάντα μὲν οὖν ἄξια θαύματος, τὰ ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ κείμενα· μάλιστα δὲ τῶν ἀποστόλων ἡ συγκατάβασις, ἣν καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῖς ὑπέβαλε, παρασκευάζων αὐτοὺς τῷ τῆς οἰκονομίας ἐνδιατρίβειν λόγῳ· διὰ δὴ τοῦτο, τοσαῦτα περὶ αὐτοῦ διαλεχθέντες, ὀλίγα περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰρήκασι. Τὰ C δὲ πλέονα περὶ τῆς ἐνανθρωπότητος διελέγοντο, καὶ τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἀναβάσεως. Τὸ γὰρ ζητούμενον τέως, τοῦτο ἦν, τὸ πιστευθῆναι ὅτι ἀνέστη, καὶ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς. Ὥσπερ οὖν αὐτὸς ὁ Χριστὸς μάλιστα πάντων ἐσπούδαζε δεῖξαι, ὅτι παρὰ τοῦ Πατρὸς ἥκει, οὕτω καὶ οὗτος, ὅτι ἀνέστη, καὶ ἀνελήφθη, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπῆλθε, καὶ παρ' αὐτοῦ ἀφίκετο. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐπιστεύθη πρότερον, πολλῷ μᾶλλον, τῆς προσθήκης γενομένης, τῆς κατὰ τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν ἀνάληψιν, ἄπιστον ἅπαν τὸ δόγμα τοῖς Ἰουδαίοις ἔδοξεν εἶναι. Διὸ ῥῆμα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτοὺς ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα ἀνάγει· ἐν δὲ Ἀθήναις καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν ἁπλῶς ὁ Παῦλος καλεῖ, οὐδὲν πλέον εἰπών, εἰκότως. Εἰ γὰρ αὐτὸν τὸν Χριστὸν, διαλεγόμενον περὶ τῆς εἰς τὸν Πατέρα ἰσότητος, λιθάσαι πολλάκις ἐπεχείρησαν, καὶ βλάσφημον διὰ τοῦτο ἐκάλουν· Σχολῇ γοῦν παρὰ τῶν ἁλιέων τοῦτον τὸν λόγον ἐδέξαντο, καὶ ταῦτα τοῦ σταυροῦ προχωρήσαντος.

Καὶ τί δεῖ λέγειν τοὺς Ἰουδαίους, ὅπου καὶ αὐτοὶ πολλάκις οἱ μαθηταὶ τῶν ὑψηλοτέρων ἀκούοντες δογμάτων, ἐθορυβοῦντο καὶ ἐσκανδαλίζοντο; Διὰ τοῦτο

Porro major pars earum, quæ hic continentur, Pauli sunt acta, qui amplius quam omnes laboravit. Ejus autem rei causa est, quod discipulus illius erat is, qui hunc librum composuit, nempe beatus Lucas : cujus virtus cum ex multis quidem rebus aliis, tum vero maxime ex eo, quod a magistro non potuit divelli, sed continenter eum assectatus est, videri potest. Nam Demas et Hermogenes cum deseruerunt, hic quidem in Gallogræciam, ille in Dalmatiam profectus. Audi quid dicat de hoc : Lucas mecum est solus. Atque etiam Corinthiis scribens de eo dicit : Cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias : et cum dicit : Visus est Cephæ, deinde illis duodecim : et secundum Evangelium quod accepistis, hujus dicit Evangelium. Itaque nemo erraverit, hunc commentarium huic acceptum ferens : cum autem, huic, dico, Christo dico.

Quod si quis dicat : Et cur tandem non omnia litteris mandavit, cum usque ad finem esset una cum illo? huic responderim, quod etiam hæc abunde satis multa sint iis, qui attendere velint : et quod ad ea, quæ urgebant, semper consisterent : quod non in libris scribendis studium suum collocarent, nam multa etiam viva voce, quæ scripta non exstant, tradebant. Atque cum omnia quidem, quæ in hoc libro continentur, admiratione digna sunt : tum vero maxime apostolorum συγκατάβασις, id est, ea virtus, qua se accommodabant ad tempora atque personas, et quasi una cum illis condescendebant ac sese demittebant : quam virtutem Spiritus eis suggerebat, aptos et idoneos eos efficiens ad hoc, ut incumberent in rationem dispositionis et administrationis. Idcirco nimirum tam multa de Christo locuti, pauca de divinitate ejus dixerunt : majorem autem partem de humanæ naturæ assumptione, de passione, de resurrectione et ascensione loquebantur. Nam hoc erat, quod tunc initio requirebatur, ut crederetur resurrexisse et in cœlos ascendisse. Quemadmodum igitur ipse Christus omnium maxime studebat ostendere, se a Patre venire : sic etiam hic demonstrare 3 conatur eum resurrexisse et assumptum esse, et ad illum abiisse, et ab illo venisse. Nisi enim illud prius creditum D fuisset, multo magis adjectione facta earum rerum, quæ circa resurrectionem et assumptionem acciderunt, incredibilis esse fidei universa doctrina Judæis visa fuisset : quamobrem sensim ac paulatim eos ad altiora subduxit, atque Athenis illum Paulus etiam simpliciter hominem vocat, nulla re amplius adjecta, ac merito. Nam si Christum ipsum verba facientem de sua cum Patre æqualitate parique conditione, lapidibus obruere sæpenumero tentaverunt, et blasphemum, id est, læsæ majestatis divinæ reum, idcirco vocabant : profecto vix eam orationem piscatoribus proferentibus probassent, præsertim cum crux præcessisset.

Et quid attinet dicere de Judæis? quandoquidem etiam ipsi sæpenumero discipuli de altioribus sententiis loquentem Christum audientes, turbaban-

Variæ lectiones et notæ.

[88] μέντοι *Isc.*

Digitized by Google

tur et offendebantur; propterea etiam dicebat : Multa habeo, quæ dicam vobis, sed non potestis portare nunc. Quod si illi non poterant, qui tanto tempore una cum eo vixerant, qui tot arcanarum rerum participes fuerant, qui tot miracula viderant : qui potuissent illi, qui ab altaribus et simulacris et victimis, et felibus et crocodilis : talia enim erant ea, quæ pro numinibus a Græcis et paganis colebantur : et aliis malis tunc primum avulsi erant, de sublimibus sententiis verba repente unoque momento probassent? Qui item Judæi quoque, qui quotidie discunt, quorumque aures his vocibus legis undique circumsonant : Audi Israel : Dominus Deus tuus, unus est, ac præter eum non est alius : qui item in cruce clavis affixum illum conspexerant : maxime vero qui etiam illum crucifixerant et sepeliverant ac ne resurrexisse quidem eum viderant, audientes hunc ipsum Deum esse ac Patri æqualem, non omnium maxime resiluissent, et abrupti essent? Quamobrem paulatim ac sensim illos ad hoc adducunt, ac multa quidem condescensionis et accommodationis ratione et administratione utuntur, largiore autem Spiritus gratia potiuntur : ac majora quam ipse Christus fecerat, illius nomine gerunt : ut utroque modo illos humi jacentes excitarent, ac fidem facerent orationi de resurrectione. Etenim id potissimum est hic liber, nempe demonstratio documentumque resurrectionis : hujus namque rei fide facta, reliqua quoque prospere succedebant. Et argumentum quidem atque propositum libri universum, ut aliquis re est : audiamus autem deinceps ipsa principia.

A καὶ ἔλεγε· Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. Εἰ δὲ ἐκεῖνοι οὐκ ἠδύναντο, οἱ συγγενόμενοι χρόνον τοσοῦτον αὐτῷ, καὶ τοσούτων κοινωνήσαντες ἀπορρήτων, καὶ τοσαῦτα θεασάμενοι θαύματα, πῶς ἂν οἱ ἀπὸ βωμῶν καὶ εἰδώλων καὶ θυσιῶν καὶ αἰλούρων καὶ κροκοδείλων· τοιαῦτα γὰρ ἦν τῶν Ἑλλήνων τὰ σεβάσματα· καὶ τῶν ἄλλων κακῶν τότε πρῶτον [36] ἀποσπασθέντες, ἀθρόον τοὺς ὑψηλοὺς τῶν δογμάτων ἐδέξαντο λόγους; Πῶς δ' ἂν καὶ Ἰουδαῖοι, οἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν μανθάνοντες καὶ ἐνηχούμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου τὸ, Ἄκουε, Ἰσραήλ· Κύριος ὁ Θεός σου εἷς ἐστι, καὶ πλὴν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἄλλος· καὶ ἐν τῷ σταυρῷ ἰδόντες αὐτὸν προσηλωμένον, μάλιστα δὲ καὶ σταυρώσαντες καὶ θάψαντες καὶ οὐδὲ ἀναστάντα ἰδόντες, ἀκούοντες ὅτι B Θεός ἐστιν αὐτὸς οὗτος καὶ τῷ Πατρὶ ἴσος, οὐκ ἂν μάλιστα πάντων ἀπεπήδησάν τε καὶ ἀπερράγησαν; Διὰ τοῦτο ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτοὺς προβιβάζουσι, καὶ πολλῇ μὲν κέχρηνται τῇ τῆς συγκαταβάσεως οἰκονομίᾳ, δαψιλεστέρας τε [37] ἀπολαύουσι τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος· καὶ μείζονα ὧν αὐτὸς πεποίηκεν ἐργάζονται τῷ αὐτοῦ ὀνόματι· ἵνα ἑκατέρωθεν αὐτοὺς χαμαὶ κειμένους ἀναστήσωσι, καὶ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως πιστώσωνται λόγον· καὶ γὰρ τοῦτο μάλιστά ἐστι τουτὶ τὸ βιβλίον ἀναστάσεως ἀπόδειξις· τούτου γὰρ πιστευθέντος, ὁδῷ καὶ τὰ ἄλλα προῤῥαίνειν. Ἡ μὲν οὖν ὑπόθεσις καὶ ὁ τοῦ βιβλίου σκοπὸς ἅπας, ὡς ἂν τις παχυμερῶς συλλαβὼν εἴποι, οὗτος [38] μάλιστά ἐστιν· ἀκούσωμεν δὲ λοιπὸν αὐτῶν τῶν προοιμίων.

crassius comprehensa dixerit, hoc potissimum

## CAPUT I.

## C ΚΕΦΑΛ. Α'.

Vers. 1. *Primum quidem librum confeci, o Theophile, de omnibus.*

Commonefacit Theophilum Evangelii, ut exquisitam et accuratam suam diligentiam ostendat. Etenim in initio illius operis : Visum est, inquit, etiam mihi, qui omnia a capite diligenter investigavi, deinceps tibi scribere ; non simpliciter autem, sed quemadmodum tradiderunt nobis qui ab initio spectatores et ministri Verbi fuerunt. Mentionem igitur facit illius commentarii, diligentiam, qua usus est illic, et redigens in memoriam. Diligentiæ autem illum commonefacit, ut illam ipsam, et eam, qua usus est in hoc libro mente atque memoria tenens, ad ea quæ scribuntur, maxime animum attendat. Quamobrem ne opus quidem hic habuit alia D commendatione. Nam qui idoneus ac gravis scriptor habitus sit, ac fidem fecerit earum rerum, quæ audivit, huic ea, quæ non ab aliis accepit, sed ipse vidit, componenti longe major fides haberi debebit. Idcirco non dicit : Primum quidem Evangelium, quod conscripsi : sed, Primum quidem librum seu commentarium : non enim erat vanus, et inanis

*Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε.*

Ἀναμιμνήσκει τὸν Θεόφιλον τοῦ Εὐαγγελίου, ὥστε τὴν οἰκείαν ἀκρίβειαν ἐνδείξασθαι· καὶ γὰρ ἀρχόμενος [39] ἐκείνης τῆς πραγματείας, φησίν· Ἔδοξε κἀμοὶ παρακολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς καθεξῆς σοι γράψαι, οὐχ ἁπλῶς δὲ, ἀλλὰ καθὼς παρέδοσαν [40] ἡμῖν οἱ ἀπαρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ Λόγου. Μέμνηται οὖν τῆς πραγματείας ἐκείνης, τῆς ἐκεῖσε ἀναμιμνήσκων ἀκριβείας· τῆς ἀκριβείας δὲ ἀναμιμνήσκει, ἵνα τὴν αὐτὴν ταύτην καὶ τὴν τοῦ παρόντος βιβλίου κατέχων ταῖς διανοίαις, προσέχῃ [41] μάλιστα τοῖς γραφομένοις· Διὸ οὐδὲ ἐδεήθην [42] ἐνταῦθα ἑτέρας συστάσεως. Ὃ [43] γὰρ ἄπερ ἤκουσεν, ἀξιόπιστος γενόμενος γράψαι καὶ πιστευθεὶς, πολλῷ μᾶλλον, ἃ μὴ παρ' ἑτέρων ἤκουσεν, ἀλλ' αὐτὸς εἶδε, ταῦτα συντιθεὶς, δίκαιος ἂν εἴη πιστεύεσθαι. Διὰ τοῦτο οὐ λέγει, Τὸ μὲν πρῶτον Εὐαγγέλιον, ὃ εὐηγγελισάμην, ἀλλὰ, Τὸν μὲν πρῶτον λόγον, διὰ τὸ ἄτυφον αὐτὸν εἶναι καὶ μετριόφρονα, καὶ μείζονα ἑαυτοῦ νομίζειν εἶναι τοῦ Εὐαγγελίου τὴν προσηγορίαν· καίτοι γε ὁ ἀπόστολος

Variæ lectiones et notæ.

[36] πρώτοις *erat.* [37] *pro*, τε, *lego* δέ. [38] οὗτος, *erat.* [39] ἀργόμενον, *erat.* [40] παρέδωσαν, *erat.* [41] προσέχει, *erat.* [42] ἴσ. ἐδεήθη. [43] ἃ, *erat in apographo; existimo scribendum*, ὅ.

Digitized by Google

αὐτὸν ἐντεῦθεν κοσμεῖ, Οὗ ὁ ἔπαινος, λέγων, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ.

A gloriæ cupidus : sed moderate de se sentiebat, ac majorem esse putabat Evangelii appellationem, quam quod ab se sumi deberet, quanquam Apostolus eum hinc ornat, Cujus laus est, inquiens, in Evangelio.

Τῷ δὲ, Περὶ πάντων, εἰπεῖν, δοκεῖ ἐναντιοῦσθαι τῷ εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ· εἴ γε ὁ μὲν φησίν· Οὐκ ἦν πάντα γράψαι· ὁ δὲ Περὶ πάντων τὸν λόγον πεποιῆσθαι [16] ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τῆς ἀναλήψεως. Τί οὖν φαμεν; Ὅτι, Περὶ πάντων, οὗτός φησι, τῶν συνεχόντων καὶ κατεπειγόντων μηδὲν παραλιπεῖν, ἐξ ὧν ἡ τοῦ κηρύγματος θειότης καὶ ἀλήθεια καταλαμβάνεται· ταῦτα γὰρ ἃ δι' ὧν ἔστι καταμαθεῖν τὴν τοῦ κηρύγματος θειότητα καὶ ἀλήθειαν, καὶ ὁ Λουκᾶς καὶ ἕκαστος τῶν εὐαγγελιστῶν τῷ ἰδίῳ λόγῳ κεφαλαιωδῶς, καὶ ὡς ἐν ὑποτυπώσει ἀκριβῶς ἐγκατέταξαν· καὶ αὐτὸς δὲ ὁμοίως ὁ θεολόγος Ἰωάννης περὶ πάντων τούτων διέλαβεν. Οὐ γὰρ ἐνέλιπόν τι, δι' ὧν ἥ τε κατὰ σάρκα τοῦ Λόγου οἰκονομία πιστεύεταί τε καὶ ἐπιγινώσκεται, καὶ ἡ κατὰ τὴν θεότητα αὐτοῦ μεγαλειότης διαλάμπει τε καὶ ἐμφανίζεται. Μὴ χωρῆσαι μέν τοι τὰ γραφόμενα βιβλία τὸν κόσμον ὁ Ἰωάννης φησὶν, εἰ κατὰ μέρος καὶ ἐπὶ λεπτῷ πάντα γράφοιτο, ἃ ὁ Δεσπότης εἶπέ τε καὶ ἐποίησε· μάλιστα δὲ εἰ καὶ τοὺς λόγους τῶν πραγμάτων καὶ εἰρημένων ἐπιζητῶν τις συντάττειν βούλοιτο τῇ Γραφῇ. Οἱ γὰρ τούτων λόγοι καὶ τὰ αἴτια, καθ' ἃ ἐνήργει καὶ ἔλεγεν, οὔτε λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ληπτοὶ, οὔτε γνωστοὶ, πλὴν ὅτι ὡς ὁ Θεὸς ἔπραττεν, ἃ ἔπραττε, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν πιστούμενος· οὔτε λόγῳ ῥηθῆναι δυνατοὶ, ἀλλ' οὐδὲ γραφῇ παραδοῦναι χωρητοί· ἄλλως τε δὲ καὶ τὸ, οἶμαι, προστεθὲν, τὴν ὑπερβολὴν κολάζει τοῦ λόγου, καὶ οὐκ ἐξάπαντος δείκνυσι διατεινόμενον μὴ χωρῆσαι

Porro quod, de omnibus dixit, hoc verbo videtur Joanni evangelistæ adversari : siquidem ille dicit, non potuisse omnia scribi, hic vero, sese de omnibus scripsisse a principio usque ad assumptionem. Quid igitur dicimus ? nempe hunc, quod dicit, de omnibus, significare se ex iis, quibus res nitebatur, quæve in primis requirebantur, ex quibus divinitas prædicationis et veritas deprehenditur, nihil prætermisisse. Nam illa, per quæ divinitas et veritas prædicationis cognosci potest, cum Lucas, tum evangelistarum quisque in suum librum summatim, ac quasi per delineationem industrie diligenterque retulerunt, atque ipse similiter Joannes ille Theologus ac Deitatis præco de his omnibus commentatus est atque tractavit. Non enim aliquid earum rerum prætermiserunt, per quas tum ea, quæ in carne contigit, administratio Verbi creditur atque cognoscitur, tum ea quæ in deitate ejus est, majestas elucet atque declaratur. At Joannes mundum ait non capturum ea, quæ exararentur volumina, si particulatim ac minutatim omnia scriberentur, quæ Dominus et dixit et fecit : maxime vero si quis etiam rationes factorum atque dictorum requirens scriptura persequi atque complecti velit. Illorum enim rationes et causæ propter quas aliquod vel dicebat vel faciebat cogitationibus humanis neque percipi, neque cognosci, neque oratione explicari possunt, præter quid quod tanquam Deus agebat, quod agebat, etiam humanam interim naturam præ se ferens : atque adeo ne scripturæ quidem mandari atque comprehendi possunt, et alioquin etiam verbum, opinor, appositum exsuperationem et superlationem corrigit orationis et ostendit eum non contendentem et asseverantem, mundum prorsus ac penitus capturum non fuisse.

B C D

Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι οὗτος ὁ εὐαγγελιστὴς, ἐπεὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων τῇ θεωρίᾳ ἐνδιατρίβει, εἰκότως ἅπαντα αὐτοῦ τὰ ἔργα καὶ ποιήματα γινώσκει, οὐ μόνον ἃ μετὰ σαρκὸς ἐπεδείξατο, ἀλλὰ καὶ ἅπερ ἐξ αἰῶνος ἐδημιούργησεν ἀσώματά τε καὶ μετὰ σώματος· ὧν τῆς οὐσίας πέρας καὶ τῆς προσαγωγῆς καὶ τῆς διαφορᾶς καὶ τῆς ὑπάρξεως, καὶ τῶν ἄλλων, εἴ τις γράφειν καθ' ἕκαστον ἐπιχειροίη, οὐτ' ἂν, εἴ τις καὶ δοίη τοῦτο κατὰ συγχώρησιν, δυνατὸν εἴη τὸν κόσμον τὰ γραφόμενα βιβλία χωρῆσαι. Εἰ δέ τις καὶ κόσμον ἐνταῦθα οὐ τὸν κόσμον ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸν ἐπὶ πονηρῷ κείμενον ἄνθρωπον καὶ τὰ τοῦ κόσμου καὶ τὰ τῆς σαρκὸς ἐκλάβοι φρονοῦντα· πολλαχοῦ γὰρ καὶ οὕτως εἴληπται τῆς Γραφῆς· εἰκότως λέγει ὁ Ἰωάννης, ὅτι Εἰ πάντα [17] τὰ θαυματουργηθέντα παρὰ τοῦ Χριστοῦ θελήσει τις ἀναγράφειν, οὐκ ἂν χωρήσαιεν οἱ τοιοῦτοι, τῷ πλήθει τῶν ἔργων καὶ τῇ μεγαλειότητι εἰς ἀπιστίαν μᾶλλον, ἢ εἰς πίστιν φιλοῦντες ὑπάγεσθαι. Καὶ γὰρ διὰ

Potest autem hoc quoque dici, hunc evangelistam, quia magis quam cæteri speculationi insistit, merito universa illius opera ac facta intelligere, non ea modo quæ cum carne præstitit, verum etiam ea quæ a sæculo effecit incorporea corporeaque : quorum naturæ finem et productionis et differentiæ et substantiæ cæterorumque si quis singulatim scribere aggrediatur, ne, si quis etiam hoc det per concessionem, fieri quidem posset, ut mundus caperet volumina, quæ scriberentur. Quod si quis etiam mundum hic, non mundum simpliciter, sed eum, qui improbitate obsitus ac præditus est, hominem, ac mundana atque carnalia animo agitantem accipiat : in multis enim locis Scripturæ etiam sic accipitur : recte dicit Joannes, Quod si quis omnia, quæ a Christo mirabiliter facta sunt, litteris mandare velit, capere non posse eos, qui tales sunt, multitudine ac magnificentia operum ad incredulitatem soliti adduci. Etenim

Variæ lectiones et notæ.

[16] πεποιεῖσθαι, *erat.* [17] πάντες, *erat.*

Digitized by Google

idcirco multis in locis evangelistæ, ac sæpenumero totas catervas eorum, qui sanati fuerunt, silentio prætermittunt, ac multa miracula transeunt: tantummodo significantes, multos a variis morbis liberatos, et multa facta esse miracula, et hujusmodi, narrationem autem non exponunt. Plurium enim particularis narratio crassioribus et errore præoccupatis, incredulitatem potius atque detrectationem et aversationem auscultationis, quam fidem et alacritatem ad auscultandum solet ingenerare.

A τοῦτο πολλαχοῦ οἱ εὐαγγελισταὶ καὶ πολλάκις δῆμον ὅλον ἰαθέντων παρατρέχουσι, καὶ πολλὰ τῶν θαυματουργημάτων ὑπερβαίνουσι, μόνον ἐπισημαινόμενοι, ὅτι πολλοὶ ἐκ ποικίλων παθῶν ἀπηλλάγησαν· καὶ πολλὰ ἐγένοντο θαύματα, καὶ τοιαῦτα· τὴν δὲ ἐξήγησιν οὐ ποιοῦνται. Τῶν γὰρ πλειόνων ἡ κατὰ μέρος διήγησις τοῖς παχυτέροις καὶ τῇ πλάνῃ προκατεσχημένοις, ἀπιστίαν μᾶλλον καὶ ὄκνον τῆς ἀκροάσεως, ἢ πίστιν καὶ προθυμίαν εἰς τὴν ἀκρόασιν ἐμποιεῖν εἴωθεν.

*Quæ Jesus cœpit tam facere, quam docere.*

Miracula atque doctrinam dicit: non solum autem hoc, verum etiam, quod faciendo doceret. Non enim verbis quidem hominibus mandabat, ut facerent, ipse vero non faciebat, sed per ea, quæ B ipse faciebat, etiam homines admonebat, ut ad sui imitationem et studium virtutis sese transferrent. Sciendum est autem Theophilum unum fuisse de numero piorum, qui ab ipso Luca ad pietatem erant instituti. Ac ne mireris, si unius hominis gratia adeo sollicitus fuit, eumque tanti 6 fecit, ut integros libros atque tractatus scriberet. Servabat enim Dominicam vocem, quæ dicit: Non est voluntas Patris mei, ut pereat unus de parvis his. Sed cur uni cum scriberet Theophilo, non unum librum fecit, sed in duas partes divisit argumenta? Propter perspicuitatem, et ut reficeret auditorem, atque etiam argumento divisi tractatus erant, itaque recte ipse quoque hæc opera in duas partes C divisit.

*Ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν.*

Τὰ θαύματα καὶ τὰς διδασκαλίας φησίν· οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν τῷ ποιεῖν ἐδίδασκεν· οὐ γὰρ λόγῳ μὲν ἐπέτρεπε τοῖς ἄλλοις [46] πράττειν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἔπραττεν, ἀλλὰ δι' ὧν αὐτὸς ἔπραττε, διὰ τούτων παρῄνει καὶ τοὺς ἀνθρώπους εἰς μίμησιν ἑαυτοῦ καὶ ἀρετῆς ἐπιμέλειαν μετατίθεσθαι. Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ Θεόφιλος εἷς ἦν τῶν εὐσεβῶν, τῶν κατηχηθέντων ὑπ' αὐτοῦ τὴν εὐσέβειαν. Καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ ἕνεκεν ἀνδρὸς ἑνὸς τοσαύτην φροντίδα κατεδάλετο, ὡς δύο αὐτῷ γράψαι πραγματείας ὁλοκλήρους· καὶ γὰρ φύλαξ ἦν τῆς Δεσποτικῆς φωνῆς, τῆς λεγούσης· Οὐκ ἔστι θέλημα τοῦ Πατρός μου, ἵνα ἀπόληται ἐξ τῶν μικρῶν τούτων. Τίνος δὲ ἕνεκεν ἑνὶ γράψων τῷ Θεοφίλῳ, οὐχ ἓν βιβλίον ἐποίησεν, ἀλλ' εἰς δύο διεῖλε τὰς ὑποθέσεις; Σαφηνείας ἕνεκεν, καὶ τοῦ διαναπαῦσαι τὸν ἀκροατήν· ἔτι καὶ ὑποθέσει διῃρημέναι ἦσαν αἱ πραγματεῖαι· καὶ εἰκότως καὶ αὐτὸς εἰς δύο διεῖλε ταύτας τὰς πραγματείας.

Vers. 2. *Usque ad eum diem, quo posteaquam mandata dedit apostolis per Spiritum sanctum, quos elegerat, assumptus et subvectus est.*

Posteaquam per Spiritum sanctum mandata dedit: id est, posteaquam locutus est ad eos spiritualia verba. Nihil hoc sit humanum, quod per Spiritum eis mandavit; quemadmodum etiam ipse Dominus humilius et ad dispositionem et administrationem accommodatius loquens dicebat: Sin autem per Spiritum Dei ego dæmonia ejicio. Aut: Per Spiritum ubi mandata dedit, dicit, non quod Filius Spiritu indiguerit: sed quod ubi (quid) Filius conficit et exsequitur, illic etiam Spiritus, utpote ejusdem cum eo naturæ atque conditionis, D et in opere versatur, et una adest. Sed quid mandavit? Ite, docete omnes nationes, eosque baptizate in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti: ac docete eos servare quæcunque mandavi vobis. Posteaquam mandata dedit, inquit, in sublime exceptus et subvectus est. Non dixit, Ascendit; sed adhuc tanquam de homine loquitur. Hinc autem intelligimus, quod etiam post resurrectionem, docebat discipulos. Sed tempus hoc nemo plene et exacte descripsit; sed Joannes quidem magis quam cæteri omnes immoratur in eo: omnia autem nemo plane exposuit: ad aliud enim festinabant.

*Ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις διὰ Πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη.*

Διὰ Πνεύματος ἐντειλάμενος, τουτέστι, πνευματικὰ πρὸς αὐτοὺς εἰπὼν ῥήματα· οὐδὲν ἀνθρώπινον ἦν τοῦτο, ὅτι ἐν Πνεύματι αὐτοῖς [47] ἐνετείλατο, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ Δεσπότης ταπεινότερον καὶ οἰκονομικώτερον φάσκων ἔλεγεν· Εἰ δὲ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐγὼ ἐκβάλλω [48] τὰ δαιμόνια· ἦ, Διὰ Πνεύματος, φησὶν, ἐντειλάμενος, οὐχ ὅτι ὁ Υἱὸς ἐδεήθη τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' ὅτι ἔνθα ἂν ὁ Υἱὸς διαπράττηται, ἐκεῖ καὶ τὸ Πνεῦμα, ὡς ὁμοφυὲς, καὶ ἐνεργεῖ καὶ συμπάρεστι. Τί δὲ ἐνετείλατο; Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. Ἐντειλάμενος, φησὶν, ἀνελήφθη· οὐκ εἶπεν, Ἀνέβη· ἀλλ' ἔτι ὡς περὶ ἀνθρώπου διαλέγεται. Ἐντεῦθεν δὲ μανθάνομεν ὅτι καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐδίδασκε τοὺς μαθητάς, ἀλλὰ τὸν χρόνον τοῦτον οὐδεὶς εἶπε μετὰ ἀκριβείας· ἀλλ' ἐγχρονίζει μὲν αὐτῷ ὁ Ἰωάννης τῶν ἄλλων πάντων [49]· πάντα δὲ σαφῶς οὐδεὶς ἀπήγγειλε· πρὸς γὰρ ἕτερον ἠπείγοντο.

Variæ lectiones et notæ.

[46] *Ισ.* ἀνθρώποις. [47] αὐτοὺς, *erat.* [48] ἐκβάλω, *erat.* [49] *Ισ.* πλέον.

Digitized by Google

*Οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα.*

Εἰπὼν περὶ τῆς ἀναλήψεως πρότερον, λέγει καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως. Ἐπειδὴ ἤκουσας ὅτι ἀνελήφθη, ἵνα μὴ νομίσῃς ὑφ' ἑτέρων αὐτὸν ἀνειλῆφθαι, ἐπήγαγεν· Οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα. Εἰ γὰρ ἐν τῷ μείζονι ἑαυτὸν παρέστησε, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ ἐλάττονι, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα, ἀλλ' οὐκ ἐν ἡμέραις τεσσαράκοντα. Οὐ γὰρ ὥσπερ πρὸ τῆς ἀναστάσεως συνεχῶς αὐτοῖς συνῆν, οὕτω καὶ τότε, ἀλλ' ἐφίστατο καὶ ἀφίστατο πάλιν, ἀνάγων αὐτῶν τὰς διανοίας, καὶ οὐκέτι συγχωρῶν ὁμοίως πρὸς αὐτὸν διακεῖσθαι, ὥσπερ καὶ ἔμπροσθεν· ἀλλ' ἑκάτερα μετὰ πολλῆς σοφίας καὶ ἀκριβείας κατεσκεύαζε, καὶ τὸ πιστευθῆναι τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὸ μείζονα αὐτὸν νομισθῆναι λοιπὸν, ἢ κατὰ ἄνθρωπον, καίτοι γε ταῦτα ἐναντία ἦν. Ὑπὲρ γὰρ τοῦ πιστευθῆναι τὴν ἀνάστασιν, πολλὰ ἂν ἀνθρώπινα ἔδει γενέσθαι, ὑπὲρ δὲ θατέρου, τοὐναντίον. Ἀλλ' ὅμως ἀμφότερα γέγονε μετὰ τοῦ προσήκοντος καιροῦ· δι' ἡμερῶν γὰρ τεσσαράκοντα τῶν ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως μέχρι τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου, ἐν αἷς καὶ συνέφαγε καὶ συνέπιεν αὐτοῖς, δεικνὺς ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ σταυρωθεὶς καὶ ταφεὶς καὶ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν. Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀποστόλοις[80] ἐφάνη; Ὅτι φάντασμα ἂν ἔδοξε τοῖς πολλοῖς, οὐκ εἰδόσι τὸ ἀπόῤῥητον τοῦ μυστηρίου. Εἰ γὰρ καὶ αὐτοὶ οἱ μαθηταὶ ἠπίστουν τὴν ἀρχὴν καὶ ἐθορυβοῦντο, καὶ ἁφῆς ἐδέήθησαν, τῆς διὰ χειρὸς καὶ τραπέζης, τί τοὺς πολλοὺς εἰκὸς ἦν παθεῖν; Διά τοι τοῦτο ἐκ τῶν σημείων ὧν ἔλαβον χάριν ποιεῖν οἱ ἀπόστολοι, ἀναμφίβολον ποιεῖ τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀπόδειξιν καὶ κοινήν· ὥστε μὴ τοῖς τότε μόνον, ὅπερ ἐκ τῆς ὄψεως ἔμελλε γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς μετὰ ταῦτα φανερὰν γενέσθαι τὴν ἀνάστασιν.

A

B

C

Vers. 3. *Quibus etiam, postcaquam supplicio fuisset affectus, multis argumentis et signis viventem sese per dies quadraginta præbuit.*

Postquam dixit de assumptione prius, dicit etiam de resurrectione. Quandoquidem audivisti, assumptus est, ne putes eum ab aliis assumptum esse, subjunxit : Quibus etiam exhibuit sese viventem. Nam si in majori sese exhibuit, multo magis in minori. Per dies, sive intra dies quadraginta, et non in diebus quadraginta. Non enim, sicut ante resurrectionem continenter una cum eis erat, ita etiam tunc: sed accedebat et rursus discedebat, sursum erigens eorum mentes, et non amplius concedens, ut similiter atque superiore tempore adversus sese affecti essent, sed utraque cum magna sapientia atque cautione agebat, ut et resurrectio crederetur, et ipse major posthac, quam pro homine 7 haberetur, quanquam hæc sane contraria erant. Nam pro hoc, ut resurrectio crederetur, multa humana fieri oportebat: pro altero vero, contrarium. Verumtamen utraque convenienti tempore facta sunt : videlicet intra dies quadraginta, qui intercesserunt a resurrectione usque ad ascensionem et reditum in cœlum, in quibus etiam una cum iis comedit ac bibit, ostendens interim, quod ipse esset is, qui crucifixus, qui sepultus esset, qui a mortuis resurrexisset. Sed quare non omnibus, sed solis apostolis apparuit ? Quia vulgo hominum, qui arcanum mysterium non noverant, spectrum esse visum fuisset. Nam si etiam ipsi discipuli initio fidem non habebant, sed turbabantur, et tactu manus et mensa opus habebant: qualem verisimile est vulgi affectum futurum fuisse ? Idcirco per signa, quæ faciendi causa acceperunt apostoli, non ambiguam, sed certam efficit resurrectionis demonstrationem erant : quod ex aspectu fieri debebat : verum etiam facta sit.

Atque communem, ut non iis duntaxat, qui tunc omnibus, qui postea fuerunt, manifesta resurrectio

*Ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.*

*Καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου.*

Vers. 3. *Dum conspicitur ab eis, ac loquitur ea quæ pertinent ad regnum Dei.*

Vers. 4. *Et una cum eis vescens, præcepit illis, ne discederent Hierosolymis, sed exspectarent promissum Patris, quam, inquit, audivistis ex me.*

Βασιλείαν αὐτὸς ὁ Κύριος ἐκάλεσε τοῦ Πατρὸς καθ' ὃν[81] ἐπηγγείλατο τοῖς μαθηταῖς τὸ καινὸν συμπίνειν ποτήριον· καινὴν πόσιν καλῶν, ἣν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἑαυτοῦ συνέπιεν αὐτοῖς. Καὶ καινὴν βρῶσιν συνέφαγεν, οὐ κατὰ τὴν προτέραν τάξιν, ἣν συνήσθιεν αὐτοῖς καὶ συνέπινε πρὸ τῆς ἀναστάσεως. Τότε γὰρ κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας, ὁμοιωθεὶς ἡμῖν, ἤσθιε καὶ ἔπινε καθάπερ ἡμεῖς, ἐκὼν ἐνδιδοὺς τῇ σαρκὶ τὴν τῆς τροφῆς χρείαν ἐπιζητεῖν· διὸ καὶ τὸ τῆς πείνης βουλόμενος προσήκατο πάθος· μετὰ δέ γε τὴν ἀνάστασιν οὐκέτι κατὰ χρείαν ἔφαγέ τε καὶ ἔπιεν, ἀλλὰ μόνον πιστούμενος ἅπασι τὴν ἀληθῆ

D

Regnum Patris Dominus ipse vocavit, in quo novum una cum eis poculum discipulis promiserat bibiturum : novum potum vocans, quem una cum illis bibit post resurrectionem : atque etiam novum una cum illis cibum comedit, non quemadmodum prius instituerat, cum una cum eis comedebat et bibebat antequam resurrexisset. Tunc enim, excepto peccato, omnino nobis assimilatus, comedebat et bibebat quemadmodum nos, ultro carni indulgens, ut requireret necessariúm usum cibi. Quamobrem famis quoque affectum volens admisit : sed post resurrectionem sane non amplius necessario co-

Variæ lectiones et notæ.

[80] *desiderari videtur*, μόνοις. [81] *Isc.* καθ' ἣν.

Digitized by Google

medit et bibit, sed solummodo ut universis fidem faceret veræ corporis naturæ, quod et supplicio volens affectus esset et divinitus resurrexisset. Hunc igitur novum cibum et potum vocavit, quibus una cum discipulis post resurrectionem, non quemadmodum prius consueverat, usus est. Etenim in quadraginta diebus, inquit, συνηλίζετο, id est, una cum eis vescebatur, videlicet communi utens sale et mensa. Sed quomodo, nostrum non est dicere. Hæc enim non solito more, sed magis admirabili modo acciderunt : non quod natura deinceps cibis indigeret, sed quod condescensio atque accommodatio fieret ad demonstrandam resurrectionem. Et patefaciens 8 regni mysteria, præcepit, etc. Cur tandem hoc eis ut facerent, mandavit ? Nam primum quidem eos metu perculsos atque trementes in Galilæam eduxit, ut securi ea, quæ diceret, audirent : parati enim erant ad locum et munus suum deserendum ; deinde postquam audiverant, ac quadraginta dies una conversati erant, mandavit ne ab Hierosolymis discederent. Cur tandem? Quia quemadmodum milites, siqui multitudini objiciendi sunt, nemo antequam sese armaverint, exire sinit : neque ex carceribus equos prosilire antequam aurigam acceperint : ita nimirum etiam illos, antequam Spiritus descendisset, ne a multitudine facile capi ac subigi possent, in acie conspici non sinebat ; non solum autem idcirco, sed quod multi etiam illic crediturі erant. Atque etiam tertia causa est, ne qui dicerent, eos, notis relictis, ad peregrinos ostentatum et jactatum sese venisse, idcirco apud illos ipsos, qui cædem fecerant, qui crucifixerant, qui sepeliverant, in ipsa urbe, in qua nefarium facinus committere ausi erant, argumenta ac signa proferunt, quæ non poterant refelli. Sed quando audiverunt illum promittentem? Quando dicebat : Expedit vobis ut ego abeam. Nisi enim ego abiero, Paracletus ille non veniet ad vos. Et rursus, Rogabo Patrem, et alium Paracletum mittet vobis. Sed cur non illo præsente, neque digresso statim advenit, sed post octo aut novem dies, sive cum complerentur dies Pentecostes sive quinquagesimæ? ac præterea, quomodo, si nondum Spiritus advenerat, dicebat : Accipite Spiritum sanctum ? Potest igitur dici hoc idcirco ab illo dictum esse, quod vellet eos capaces maximeque idoneos efficere atque sufficientes ad Spiritum recipiendum : acceperunt autem illum, cum ad eos descendit : aut, quod de futuro, tanquam de re jam præsente et instante locutus sit : ut cum dicit : Calcate super serpentes et scorpiones et super omnes copias inimici.

A φύσιν τοῦ σώματος ὅτι καὶ πέπονθεν ἑκὼν, καὶ ἀνέστη θεοπρεπῶς. Ταύτην οὖν καινὴν βρῶσιν καὶ πόσιν ἐκάλεσε, τὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν γεγενημένην αὐτῷ μετὰ τῶν μαθητῶν, οὐ κατὰ τὴν προτέραν συνήθειαν· καὶ γὰρ, φησὶν, ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις αὐτοῖς συνηλίζετο [82], τουτέστι, κοινωνῶν ἁλῶν, καὶ κοινωνῶν τραπέζης. Τὸ δὲ πῶς, οὐχ ἡμέτερον εἰπεῖν. Τρόπῳ γάρ τινι παραδοξοτέρῳ ταῦτα ἐγένετο· οὐχ ὡς τῆς φύσεως δεομένης βρωμάτων λοιπὸν, ἀλλὰ συγκαταβάσεως γενομένης πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀναστάσεως. Καὶ τὰ περὶ τῆς βασιλείας ἀποκαλύπτων μυστήρια [83]. Τί δήποτε παρήγγειλεν αὐτοῖς τοῦτο ποιεῖν; Πρῶτον μὲν οὖν αὐτοὺς δεδοικότας καὶ τρέμοντας εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐξήγαγεν, ἵνα μετὰ ἀδείας ἀκούσωσι τῶν λεγομένων· ἕτοιμοι γὰρ ἦσαν εἰς τὸ λειποτακτῆσαι· B εἶτα ἐπειδὴ ἤκουσαν καὶ τεσσαράκοντα διέτριψαν ἡμέρας, παρήγγειλεν ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι. Τί δήποτε; Ὅτι καθάπερ τινὰς στρατιώτας μέλλοντας εἰς πλῆθος ἐμπίπτειν, οὐδεὶς ἀφίησιν ἐξελθεῖν ἕως ἂν ὁπλίσωνται, οὐδὲ ἵππους προπηδᾷν τῆς βαλβίδος, ἕως ἂν τὸν ἡνίοχον λάβωσιν· οὕτω δὴ καὶ αὐτοὺς πρὸ τῆς τοῦ Πνεύματος καθόδου φανῆναι ἐπὶ τῆς παρατάξεως οὐκ ἀφίει, ὥστε μὴ γενέσθαι εὐχειρώτους καὶ ἁλωσίμους τοῖς πολλοῖς· οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ πολλοὶ ἦσαν οἱ μέλλοντες πιστεύειν αὐτόθι· καὶ τρίτον, ἵνα μή τινες λέγωσιν, ὅτι τοὺς γνωρίμους ἀφέντες, παρὰ τοῖς ξένοις [84] ἦλθον κομπᾶσαι, τούτου χάριν παρ' αὐτοῖς τοῖς πεφονευκόσι παρέχουσι τὰ τεκμήρια· παρ' αὐτοῖς τοῖς ἐσταυρωκόσι, τοῖς θάψασιν, ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, C ἐν ᾗ τὸ παράνομον ἐτολμήθη. Πότε δὲ ἤκουσαν τὴν ἐπαγγελίαν; Ὅτε ἔλεγε· Συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς· καὶ πάλιν, Ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον πέμψει [85] ὑμῖν. Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐχὶ παρόντος αὐτοῦ, οὐδὲ ἀπελθόντος εὐθέως παρεγένετο, ἀλλὰ μετὰ ὀκτὼ ἢ ἐννέα ἡμέρας, ἤτοι ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς; Ἔτι δὲ πῶς, εἰ μηδέπω τὸ Πνεῦμα παρεγέγονει, ἔλεγε, Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον; Ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι τοῦτο μὲν ἔλεγε, δεκτικοὺς αὐτοὺς καὶ ἐπιτηδειοτάτους παρασκευάζων καὶ ἀρκοῦντας εἰς τὴν ὑποδοχὴν τοῦ Πνεύματος· ἔλαβον δὲ, ὅτε κατῆλθεν ἐπ' αὐτούς· ἢ, ὅτι τὸ μέλλον ἔσεσθαι, ὡς ἤδη παὸν καὶ ἐνεστηκὸς, εἴρηκεν, ὡς ὅταν λέγῃ· Πατεῖτε D ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτι τοῦ Πνεύματος ἡ δόσις ποικίλη τίς ἐστι καὶ πολυμερής· ἡ μὲν γὰρ καθαρτικὴ, ἡ δὲ τελειωτική· καὶ ἡ μὲν ἁγιάζουσα, ἡ δὲ ἁγιαστικοὺς δημιουργοῦσα· ἡ μὲν γλωσσῶν πριστικὴ, ἡ δὲ προφητείας· ἡ μὲν τερατουργημάτων, ἡ δὲ ἑρμηνείας παρεκτική· καὶ

## Variæ lectiones et notæ.

[82] *Exponit dictionem*, συναλιζόμενος, *quam Erasmus vertit*, « *congregans.* » *Sane dicto simplex* ἁλίζω *alias significat*, « *congrego* » *et* « *accumulo;* « *unde* ἅλις, « *abunde, cumulate :* » *alias* « *in pulvere volutor, pulvere inquinor, in pulvere luctor;* » *unde* ἡ ἅλως, *et* ἡ ἀλών, « *area,* » *in qua spicæ conservantur et volutantur. Significat item,* « *sale conspergo,* » *et* « *condio.* » *Hinc compositum* συναλίζομαι, « *simul utor sale, eadem uti mensa,* » *quod vetus interpres* « *convesci* » *dixit : quem, utpote propius accedentem ad interpretationem Theophylacti, ego quoque sequor.* [83] *Addendum forte* παρήγγειλεν, *quod interpres supplevit.* [84] *Ἰσ.* τοὺς ξένους. [85] πέμψῃ *erat.*

Digitized by Google

μυρία ἄλλα. Οὐδὲν οὖν κωλύει κατὰ τὴν ποικίλην καὶ πολυμερῆ τοῦ Πνεύματος διανομὴν, διαφόρως αὐτοὺς καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριν δέξασθαι· ἡ μέντοι τελεία καὶ τελειοποιὸς, ὥστε καὶ ἑτέρους τελειοποιεῖν τοῦ Πνεύματος τοῖς ἀποστόλοις ἐπιφοίτησις, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς Πεντηκοστῆς γέγονεν· ὅτε καὶ ἐν εἴδει γλωσσῶν αὐτοῖς πυρίνων ἐπιφανὲν, ὅλης αὐτοῦ τῆς ἐνεργείας ἐνέπλησε. Διὰ τοῦτο δὲ αὐτὸς ἀπέστη, καὶ ἐκεῖνο τότε ἦλθε· καὶ τότε, οὐδὲ εὐθέως· ἵνα ἐν ἐπιθυμίᾳ γενόμενοι, οὕτω λάβωσι τὴν χάριν. Εἰ δὲ παρόντος ἐκείνου τὸ Πνεῦμα ἐπέστη· καὶ ὁ μὲν ἀπῆλθε, τὸ δὲ ἔμεινεν, οὐκ ἦν τοσοῦτον τῆς παραμυθίας. Καὶ γὰρ σφόδρα αὐτοῦ δυσαποσπάστως εἶχον· διὸ ἄνεισι καὶ οὐδὲ εὐθέως ἐπιφοιτᾷ τὸ Πνεῦμα· ἵνα καὶ μικρὸν ἀθυμήσαντες, καὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ καὶ χρείᾳ τῆς ἐπαγγελίας καταστάντες, καθαρὰν καὶ ἀπηρτισμένην δέξωνται τὴν ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ ἡδονήν. Ἄλλως δὲ, ἔδει ἐν οὐρανῷ φανῆναι τὴν ἡμετέραν φύσιν καὶ τὰς καταλλαγὰς γενέσθαι ἀπηρτισμένας, καὶ τότε ἐλθεῖν τὸ Πνεῦμα. Σκόπει δὲ, ἡλίκην αὐτοῖς ἀνάγκην ἐπέθηκεν ἐν Ἱεροσολύμοις μένειν διὰ τοῦ ὑποσχέσθαι· ἵνα γὰρ πάλιν μετὰ τὴν ἀνάληψιν μὴ φύγωσι, τῇ προσδοκίᾳ ταύτῃ, καθάπερ τινὶ δεσμῷ, κατέχει πάντας αὐτοὺς ἐκεῖσε, διὰ τῶν χρηστοτέρων ἐλπίδων κεχηνέναι ποιῶν αὐτοὺς τῷ ἀδήλῳ τῶν ἐπηρτημένων ἐλπίδων. Οὐκ ἂν δέ τις ἁμάρτοι, καὶ τότε εἰληφέναι αὐτοὺς λέγων ἐξουσίαν τινὰ καὶ χάριν πνευματικήν· οὐχ ὥστε νεκροὺς ἐγείρειν, ἀλλ' ὥστε ἀφιέναι ἁμαρτήματα. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· Ὧν ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, καὶ τὰ ἑξῆς, δεικνὺς ὁποῖον εἶδος ἐνεργείας δίδωσι. Νῦν μὲν γὰρ ταύτῃ περιβάλλει τῇ δυνάμει· μετὰ δὲ τεσσαράκοντα ἡμέρας τὴν τῶν σημείων ἐνέργειαν παρέχει. Διό φησι· Λήψεσθε δύναμιν, καὶ τὰ ἑξῆς.

A Potest autem aliter quoque dici, donationem videlicet Spiritus variam quamdam multasque in partes esse distributam. Nam alia quidem vim habet expiandi, alia vero facultatem consummandi : atque alia quidem consecrat, alia vero consecrandi vi præditos efficit : alia quidem linguas suppeditat, alia vero prophetiam : alia quidem miraculorum efficientiam, alia vero interpretationem præbet : atque alia sexcenta. Nihil igitur vetat, prout varia est ac in multas partes divisa largitio Spiritus, etiam diversis modis illos gratiam sancti Spiritus accepisse. Perfectus tamen ille, ac perfectorum effector, qui etiam alios perfectos reddere poterat, ad apostolos Spiritus sancti appulsus et accessus accidit in tempore Pentecostes : quando etiam in
B 9 specie linguarum ignearum cum eis apparuisset, tota sua illos efficientia replevit. Idcirco autem discessit, et ille tunc venit : et tunc, non autem statim, ut cupidi effecti, ita tandem gratiam acciperent. Quod si præsente illo Spiritus supervenisset, et ille quidem abiisset, hic vero mansisset, non tanta consolatio fuisset. Etenim admodum ab illo inviti divellebantur, idcirco ascendit, ac nec protinus advenit Spiritus, ut et parumper contristati, et cupidi facti atque promissionis egentes, puro atque perfecto propter præsentiam Spiritus gaudio fruerentur. Atque alioquin etiam in cœlo nostram naturam apparere, reconciliationesque perfectas fieri, ac tunc venire Spiritum oportebat. Vide quantam, C es Hierosolymis manendi per promissionem imposuerit necessitatem. Nam ne rursus fugerent post assumptionem, hac exspectatione, quasi vinculo quodam omnes eos detinet illic per spem rerum commodiorum, incertæ spei rerum suspensarum eos faciens inhiare. Cæterum non peccaverit, si quis dicat, etiam tunc illos accepisse quamdam potestatem ac gratiam spiritualem : non ut mortuos resuscitarent, sed ut peccata remitterent. Quamobrem etiam subjunxit : Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, etc., nempe ostendens, quam speciem efficientiæ daret. Nam tunc quidem eos illa potestate præditos efficit, sed post quadraginta dies signorum efficientiam præbet. Quamobrem dicit : Accipietis virtutem, etc.

*Ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι· ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας.*

VERS. 5. *Quoniam Joannes quidem aqua baptizavit. vos autem baptizabimini Spiritu sancto post hosce dies haud multos..*

Εἰπὼν περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, D Ἣν ἠκούσατέ μου, ἐπήγαγεν, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ δείκνυσι λοιπὸν τὸ μέσον αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Ἰωάννου φανερῶς, καὶ οὐκέτι, ὡς πρὸ τούτου συνεσκιασμένως, ὡς ὅτε ἔλεγεν· Ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων αὐτοῦ ἐστι· νῦν δὲ φανερῶς φησιν· Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι· ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· καὶ δείκνυσιν αὐτοὺς ἤδη μείζους γεγενημένους Ἰωάννου, εἴγε καὶ αὐτοὶ ἔμελλον βαπτίζειν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Οὐκ εἶπε δὲ, Βαπτίσω ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· ἀλλὰ, Βαπτισθήσεσθε, πανταχοῦ τῆς ταπεινοφροσύνης μέτρα καὶ τύπους καταλιμπάνων ἡμῖν· τοῦτο γὰρ λοιπὸν ἀπὸ τῆς μαρτυρίας Ἰωάννου δῆλον ἦν, ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ βαπτί-

Cum dixisset, ut exspectarent promissum Patris, de quo ex ipso audissent, subjunxit : Nam Joannes quidem aqua baptizavit ; etc. ac deinceps, quid inter ipsum et Joannem interesset, aperte demonstrat, et non amplius, ut antehac, tecte et quasi sub umbra : quemadmodum cum diceret : Sed qui minor est in regno cœlorum, major est illo. Nunc autem aperte dicit : Joannes quidem aqua baptizavit : vos autem baptizabimini Spiritu sancto ; et ostendit illos jam majores evasisse Joanne, si quidem ipsi quoque baptizaturi erant Spiritu sancto. Non dixit autem, Baptizabo vos Spiritu sancto ; sed, Baptizabimini, ubique animi demissi modestiam et exemplum nobis relinquens. Nam id jam tunc deinceps ex Joannis testimonio con-

Digitized by Google

stabat et liquebat, ipsum videlicet esse, qui baptizaret : Ipse enim nos baptizabit Spiritu sancto et igne. Sed qui dixit, Baptizamini, seu perfundemini, cum aqua in cœnaculo non esset? Quia majore vi ac potestate Spiritus præditus est : per quem etiam aqua operatur, quemadmodum nimirum etiam ipse dicitur unctus esse, cum nusquam oleo unctus sit, sed Spiritum acceperit : atque alioquin **10** etiam aqua baptizari illos in diversis temporibus reperiri potest : nam in nobis utraque sub unum temporis articulum cadere possint ; tunc vero diversis etiam temporibus ac separatim ; nam initio apostoli aqua baptizati sunt ab Joanne, sed postea etiam Spiritu sancto. Sed cur Dominus non etiam declaravit, quando Spiritus superventurus esset : sed solummodo ait, Post dies hosce non multos? Ac Post haud multos quidem ait idcirco ne inciderent in desperationem : sed tempore statuto, quando, non dixit, ut semper vigilarent exspectantes. Quid igitur admiraris, si pacem consummationis sæculi non præsignificat eis? quandoquidem etiam hoc præstitutum tempus, quod adeo propinquum erat, propter eam, quam diximus causam, noluit facere manifestum. Dictio baptizari, id est, immergi, tingi, perfundi, et prolui, abundantiam et quasi divitias communicationis et participationis sancti Spiritus significat : quemadmodum etiam in eo, quod sensu percipitur, se habet aliquo modo is, qui baptizatur, id est, perfunditur aqua, dum toto corpore madefit, cum is, qui sumit aquam simpliciter, non penitus ex omnibus locis humectetur. Non sunt igitur contraria divinis Evangeliis ea, quæ nunc dicta sunt. Significatur enim quod si etiam dictum erat ad apostolos, posteaquam Christus a mortuis resurrexerat : Accipite Spiritum sanctum, etiam illos accepisse : sed illic quidem eos accepisse Spiritum sanctum dictum est : hic vero, Baptizabimini, sive perfundemini ac proluemini : quod verbum effusionem ac divitias muneris significat, quod dedit illis posteaquam ad Patrem ascendit. Ut enim cum fidem haberent, accedentes dixerunt : Adde nobis fidem : ita nimirum etiam hic præter eam, quam jam habebant, Spiritus communicationem, additamentum adauctæ participationis Spiritus sancti, qui eis supervenit, accipiebant.

ζων · αὐτὸς γὰρ ἡμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Πῶς δὲ εἶπε, Βαπτισθήσεσθε, ὕδατος οὐκ ὄντος ἐν τῷ ὑπερῴῳ; Ὅτι κυριώτερον τὸ Πνεῦμά ἐστι · δι' οὗ καὶ τὸ ὕδωρ ἐνεργεῖ, ὥσπερ οὖν καὶ αὐτὸς κεχρίσθαι λέγεται, οὐδαμοῦ χρισάμενος ἐλαίῳ, ἀλλὰ Πνεῦμα δεξάμενος · ἄλλως δὲ καὶ ὕδατι βαπτιζομένους αὐτοὺς ἔστιν εὑρεῖν ἐν διαφόροις καιροῖς · ἐφ' ἡμῖν γὰρ ἄμφω ὑφ' ἓν γένηται, τότε δὲ καὶ διεσπαρμένως· παρὰ γὰρ τὴν ἀρχὴν οἱ ἀπόστολοι ὑπὸ Ἰωάννου ὕδατι ἐβαπτίσθησαν, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. Διὰ τί δὲ οὐκ ἐδήλωσεν ὁ Δεσπότης, πότε ἐπελεύσεται καὶ τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ μόνον φησὶν, Οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας; τὸ μὲν οὖν, Οὐ μετὰ πολλὰς, φησὶν, ἵνα μὴ εἰς ἀθυμίαν ἐμπέσωσιν · ὡρισμένους δὲ πότε[86], οὐκ εἶπεν, ἵνα ἀεὶ ἐγρηγορῶσιν ἐκδεχόμενοι. Τί τοίνυν θαυμάζεις, εἰ τὴν εἰρήνην τῆς συντελείας μὴ λέγει αὐτοῖς; ὅπου γε καὶ ταύτην τὴν οὕτως ἐγγὺς οὖσαν προθεσμίαν οὐκ ἠθέλησε, δι' ἣν εἴπομεν αἰτίαν, ποιῆσαι κατάδηλον. Ἡ Βαπτισθῆναι λέξις τὴν δαψίλειαν, καὶ οἱονεὶ τὸν πλοῦτον τῆς μετουσίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος σημαίνει · ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ αἰσθητοῦ ἔχει τι ὁ βαπτιζόμενος ἐν ὕδατι, ὅλον τὸ σῶμα βρέχων, τοῦ λαμβάνοντος ἁπλῶς ὕδωρ, οὐ πάντως ὑγραινομένου ἐξ ὅλων τῶν τόπων · οὐκ ἔστιν οὖν ἀπεναντία ἔχοντα τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις τὰ νῦν εἰρημένα. Δηλοῦται γὰρ ὡς εἰ καὶ εἴρητο πρὸς τοὺς ἀποστόλους μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ τὸ, Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον · καὶ ἔλαβον · ἀλλ' ἐκεῖ μὲν εἰληφέναι Πνεῦμα ἅγιον εἴρηται· ἐνταῦθα δὲ, Βαπτισθήσεσθε · ὅπερ τὴν ἐπίχυσιν καὶ τὸν πλοῦτον τῆς χορηγίας σημαίνει · ἧς δέδωκεν αὐτοῖς ἀνελθὼν πρὸς τὸν Πατέρα. Ὥσπερ γὰρ ἔχοντες πίστιν προσῆλθον λέγοντες, Πρόσθες ἡμῖν πίστιν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, πρὸς ἣν ἤδη εἶχον κοινωνίαν τοῦ Πνεύματος, προσθήκην ἐπιτεταμένης μετουσίας ἐλάμβανον ἐπελθούσης[87] αὐτοῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Vers. 6. *Atque illi quidem cum convenissent sciscitantes ab eo dicebant : Domine, an in hoc tempore restituis regnum Israeli?*

Vers. 7. *At ille ad eos, Non est vestrum, inquit, nosse tempora, aut articulos temporum quos Pater in sua potestate posuit :*

Vers. 8. *Sed accipietis virtutem supervenientis in vos Spiritus sancti.*

Cum sciscitaturi essent, simul accedunt, ut multitudine moverent eum et exorarent. Sciebant enim, id quod ante dictum est, summoventis et non ignorantis, sed rejicientis illam fuisse responsionem, videlicet : Nemo novit diem : idcirco rursus interrogant. Quandoquidem enim audiverant, se Spi-

Οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες · Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ;

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς · Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ ·

Ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς.

Ὅταν μέλλωσιν ἐρωτᾷν, ὁμοῦ προσέρχονται, ἵνα τῷ πλήθει δυσωπήσωσιν · ᾔδεισαν γὰρ ὅτι τὸ πρώην εἰρημένον, διακρουομένου καὶ οὐκ ἀγνοοῦντος, ἀλλ' ἀναβαλλομένου τὴν ἀπόκρισιν· οἷον, Οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν· διὰ τοῦτο πάλιν ἐρωτῶσιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσαν, ὅτι τὸ Πνεῦμα μέλλουσι λαμβάνειν, ὡς

Variæ lectiones et notæ.

[86] Δὲ πότε, *erat.* [87] Ἰσ., ἐπελθόντος.

Digitized by Google

ἄξιοι λοιπὸν ἦθελον μαθεῖν καὶ ἀπαλλαγῆναι τῶν δυσχερῶν ἐπεθύμουν· οὐ γὰρ ἐβούλοντο πάλιν εἰς τοὺς ἐσχάτους ἑαυτοὺς καθεῖναι κινδύνους. Οὐκ ἠρώτων δὲ, Πότε; ἀλλ', Εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ; Εἰ νῦν, φησίν [68]· οὕτως ἐπεθύμουν τὴν ἡμέραν. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, οὐδὲ τετρανῶσθαι [69] πῶς [70] αὐτοῖς, τίς ποτε ἦν ἡ βασιλεία· οὔπω γὰρ ἦν τὸ Πνεῦμα διδάξαν αὐτούς. Οὐκ εἶπον δὲ, Πότε ἐστὶν, ἀλλ', Εἰ ἀποκαθιστάνεις αὐτός· οὕτω λοιπὸν μείζονα περὶ αὐτοῦ ἐφαντάζοντο. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀνειμένως [71] αὐτοῖς διαλέγεται· οὐκέτι γὰρ λέγει, ὅτι οὐδὲ ὁ Υἱὸς οἶδε τὴν ἡμέραν· ἀλλὰ τί; Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς. Οὐ γὰρ ἀγνοῶν αὐτὸς τῶν χρόνων τὸ συμπέρασμα, τῷ Πατρὶ τὴν εἴδησιν παρέπεμψεν· ἀλλ' ἐπειδὴ περιττή τις ὑπῆρχεν ἡ ἐρώτησις, συμφερόντως παρεσιώπησε. Σκοπὸς γὰρ ἦν αὐτῷ τὴν εἰς τοῦτο πολυπραγμοσύνην ἀνακόψαι τῶν μαθητῶν. Κηρύττειν γὰρ αὐτοὺς ἀπέστειλε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, οὐ τὴν ποσότητα τῶν χρόνων κατασημαίνειν. Οὐ λέγει δὲ αὐτοῖς τὸν καιρὸν, τὰ πολλῷ μείζω διδάξας· ἵνα, ὡς πολλάκις ἔφαμεν, ἐγρηγορότες ὦσι· καὶ ὅτι οὐδὲν ἐβλάπτοντο μὴ εἰδότες· ἐπεὶ πολλῷ μείζονα τούτου ἐδίδαξεν· ὅτι Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι ὁμότιμος τῷ Πατρί· ὅτι ἀνέστη, ὅτι ἀνάστασις ἔσται, ὅτι κρίσις, ὅτι ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός. Τί γάρ, εἰπέ μοι, μεῖζον; τὸ μαθεῖν ὅτι βασιλεύσει, ἢ τὸ πότε; Ἔμαθε Παῦλος ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλεῖν· καὶ Μωϋσῆς ἔμαθε τὴν ἀρχὴν τοῦ κόσμου· καὶ πότε· καὶ πρὸ πόσων χρόνων· καὶ ἀριθμεῖ τὰ ἔτη· καίτοι ἡ ἀρχὴ τοῦ τέλους εἰς γνῶσιν, ὡς ἐπίπαν, δυσκολώτερον· ἄλλως δὲ, ἐκεῖνοι οὐδὲ περὶ τῆς καθόλου αὐτὸν ἠρώτων συντελείας· ἀλλ', Εἰ τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ; Ὁ δὲ οὐδὲ τοῦτο αὐτοῖς ἐξεκάλυψεν· ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖ ἀπεκρίνατο ἀπάγων αὐτοὺς τοῦ νομίζειν τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν δυσχερῶν εἶναι πλησίον· ἀλλ' ὅτι καὶ πολλοῖς περιπεσοῦνται κινδύνοις, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, πλὴν ἡμερώτερον· ἀλλὰ, Λήψεσθε δύναμιν. Εἶτα, ἵνα μὴ πάλιν αὐτὸν ἐρωτῶσιν, εὐθέως; ἀνελήφθη. Εἶτα, [Ἵνα μὴ εἴπωσι, Διατί ἐπαίρεις τὸ πρᾶγμα; φη]σὶν ὁ Υἱός· Οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ· ἡ δὲ τοῦ Πατρὸς ἐξουσία, δηλονότι καὶ τοῦ Υἱοῦ· ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱός, οὓς θέλει, ζωοποιεῖ. Εἰ δὲ ἔνθα ἐργάσασθαι δεῖ τὰ φρικώδη καὶ ἀπόῤῥητα μετὰ τῆς ἐξουσίας ὁ [72]. ὁ Πατὴρ [73] ἐργάζεται, πολλῷ μᾶλλον, ἔνθα δεῖ εἰδέναι. Πολλῷ γὰρ μεῖζον τὸ [74] νεκροὺς ἐγείρειν μετὰ τῆς ἴσης καὶ τῆς αὐτῆς ἐξουσίας τῷ Πατρὶ, ἢ τὴν ἡμέραν εἰδέναι. Διὰ τί

A Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε· οὐ νῦν μόνον[22]. Δείκνυσι δὲ ἐκ τούτου, ὅτι καὶ αὐτὸς ἃ ἔλεγεν ἐκ Πνεύματος ἦν ἁγίου· ἄλλως τε δὲ μέλλων ἀποθνήσκειν· οὐδὲ γὰρ τοῦτο εἰκὸς αὐτὸν ἀγνοεῖν· πνεύματος ὄντα πλήρη. Πολλῇ κέχρηται καὶ ἀνυποστόλῳ τῇ παῤῥησίᾳ, καὶ αὐτὰ δὲ ἅπερ εἶπεν εἰς αὐτούς, οὐχὶ αὐτοῦ, ἀλλὰ τῶν προφητῶν. Ἀεὶ, φησὶν, ἀντιπίπτετε· ὅτε οὐκ ἐβούλετο Θυσίας εἶναι, ἐθύετε· ὅτε πάλιν βούλεται, οὐ θύετε· πάλιν ὅτε ἑστήκει ὁ ναὸς, εἰδωλα ἐθεραπεύετε· ὅτε βούλεται[24] χωρὶς[25] ναοῦ, τὸ ἐναντίον ποιεῖτε. Οὐκ εἶπε δὲ, τῷ Θεῷ ἀντιπίπτετε, ἀλλὰ, τῷ Πνεύματι· οὐδὲ μία γὰρ διαφορὰ τοῦ Πνεύματος καὶ Θεοῦ. Ἀντιπίπτετε ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν καὶ ὑμεῖς. Μεῖζον τὸ κακὸν ἐν αὐτοῖς ὂν ἐπιδείκνυσιν, ὡς ἄνωθεν εἰς αὐτοὺς κατιόν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίει, ἐπειδὴ μεγάλα ἐπὶ τοῖς πατράσιν ἐτύγχανον. Τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἐδίωξαν οἱ πατέρες ὑμῶν; Εἰ ἐκείνους τοὺς προκαταγγέλλοντας οἱ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν, οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ ἐμὲ κηρύττοντα τὸν προκαταγγελθέντα ὑφ' ὑμῶν ἀναιρεθῆναι, τῶν ἐπὶ τοῖς πατράσι μέγα φρονούντων. Περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δικαίου. Τοῦ δικαίου, φησὶ, δεικνὺς ὅτι ἀδίκως ἀνεῖλον. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος δίκαιος, λίαν ἄδικοι οἱ ἐκείνων ἀνῃρηκότες. Δίκαιον δὲ αὐτὸν καλεῖ, ὃ οὐδὲ ἐκεῖνοι ἀρνήσασθαι ἠδύναντο. Οὐδαμοῦ γὰρ[26] αὐτὸν ὡς ἄδικον ᾐτιάσαντο· πῶς γὰρ τὸν μηδὲ στέγην ἔχοντα ; Δύο δὲ αὐτοῖς ἐγκαλεῖ, φόνον καὶ προδοσίαν. Προδόται γὰρ καὶ φονεῖς, φησὶ, γεγένησθε. Οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, καὶ οὐκ ἐφυλάξατε, τοῦτ' ἔστιν ὑπ' ἀγγέλων διαταχθέντα, ἢ ἐγχειρισθέντα διὰ τοῦ ὀφθέντος· ἐν τῇ βάτῳ. Δείκνυσι δὲ ὡς καὶ Θεῷ καὶ ἀγγέλοις καὶ προφήταις καὶ τῷ Πνεύματι ἀπειθήσαντας καὶ ἀπειθοῦντας.

B

C

Si interficere volebant, qui fiebat, ut non statim occiderent? Quia specie atque velamento rationi consentaneo facinus obvolvere volebant. Contumelia namque qua ipsi afficiebantur, non erat satis justa causa interficiendi, atque alioqui non erat ejus contumelia, sed prophetæ adversus illos criminatio, simul autem propter ea, quæ in ipsos admisisset, eum interficere videri nolebant : quemadmodum ne Christum quidem : sed propter impietatem. Non enim cæde se cruentare contenti erant :

D Εἰ ἐβούλοντο ἀνελεῖν, πῶς; οὐκ ἀνεῖλον εὐθέως; Ὅτι πρόφασιν εὔλογον ἤθελον περιθεῖναι τῷ τολμήματι. Ἡ γὰρ εἰς αὐτοὺς ὕβρις οὐκ ἦν εὔλογος πρόφασις εἰς ἀναίρεσιν· ἄλλως δὲ οὐκ ἦν ἡ ὕβρις αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦ προφήτου κατ' αὐτῶν κατηγορία· ἅμα δὲ οὐδὲ ἤθελον δοκεῖν διὰ τὰ εἰς αὐτοὺς αὐτὸν ἀνελεῖν· ὥσπερ οὐδὲ τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ δι' ἀσέβειαν· οὐ γὰρ ἠρκοῦντο εἰς τὴν μιαιφονίαν, ἀλλ' ἐσπευδον καὶ ἐμελέτων καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ βλάψαι[27]. Ἐδίδιεσαν γὰρ μὴ ἀναιρούμενος διὰ τὴν εἰς αὐτοὺς ὕβριν, αἰ-

VERS. 51. *Audientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis, et stridebant dentibus suis in eum.*

VERS. 55. *Cum autem plenus esset Spiritus sancti, intuitus in cœlum, vidit majestatem et gloriam Dei, et Jesum stantem a dextris Dei.*

VERS. 56. *Ac dicit : Ecce video cœlos apertos et Filium hominis stantem a dextris Dei.*

Ἀκούοντες δὲ ταῦτα διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτόν.

Ὑπάρχων δὲ πλήρης Πνεύματος ἁγίου, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ.

Καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ Θεοῦ.

## Variæ lectiones et notæ.

[22] ἀλλὰ ἀεί, [24] βούληται, *erat.* [25] χωρίσαι, *ter.* [26] *Ista dictio erasa, ut non facile possem agnoscere quid fuisset scriptum ; sed sententia postulat talem, qualem posui, aut, γοῦν, aut similem.* [27] βλέψαι, *erat.*

Digitized by Google

δεσιμώτερος γένηται. Καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Τὸ βέβαιον καὶ ἀμεταχίνητον διὰ τῆς στάσεως δηλοῖ· ἄλλως τε καὶ πρὸς ἐκείνους ἀποδεκτὸν ἦν· καὶ ἑστῶτα τέως παρεδέξαντο.

Jesum stantem a dextris Dei. Stabilitatem et immobilitatem 71 per stationem significet, atque aliquin id apud illos gratum et acceptum erat, ac stare eum tunc admittebant et concedebant.

*Κράξαντες δὲ φωνῇ μεγάλῃ συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτόν.*

*Καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως, ἐλιθοβόλουν. Καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια παρὰ τοὺς πόδας νεανίου, τοῦ[38] καλουμένου Σαύλου.*

*Καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον ἐπικαλούμενον καὶ λέγοντα· Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου.*

*Θεὶς δὲ τὰ γόνατα, ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ· Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Καὶ τοῦτο εἰπών, ἐκοιμήθη.*

Ὅπερ ἐπὶ Χριστοῦ ποιοῦσι, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα· καθάπερ ἐκεῖνος εἶπεν· « Ὄψεσθε ἐκ δεξιῶν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καθήμενον· » καὶ βλασφημίαν τὸ πρᾶγμα καλέσαντες ὥρμησαν ἐπ' αὐτόν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν διέῤῥηξαν τὰ ἱμάτια· ὧδε δὲ συνέσχον τὰ ὦτα. Καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως, ἐλιθοβόλουν· οὐδὲ ὅσον ἀπαρτίσαι τὸν λόγον ἀνασχόντες, ἐλιθοβόλουν αὐτόν. Καὶ μὴν εἰ ἐψεύδετο, ὡς μαινόμενον ἔδει ἀφεῖναι· εἰ δὲ ἠλήθευε, θαυμάσαι μᾶλλον· ἔξω δὲ τῆς πόλεως ἐκβαλόντες ἀναιροῦσιν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. Καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια παρὰ τοὺς πόδας νεανίου. Μάρτυρας λέγει, οὓς ὑπέβαλον καταψευδομαρτυρῆσαι αὐτοῦ. Δύο δὲ αἰνίττεται διὰ τούτων· ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ δοκοῦντες μαρτυρεῖν, πλέον ἦσαν πρὸς τὸν φόνον παρεσκευασμένοι· εἴτε καὶ τὰ ἱμάτια, ὥστε εἶναι κοῦφοι καὶ ἀπαραπόδιστοι εἰς τὸ λιθοβολεῖν, ἀπετίθεντο· καὶ ὅτι ὁ μέλλων ὕστερον κῆρυξ εἶναι τῆς οἰκουμένης, καὶ αὐτὸς τότε συνέπραττε τῷ φόνῳ· οὕτω θεία τις καὶ παράδοξος καὶ οὐ κατὰ ἄνθρωπον γέγονεν αὐτῷ ἡ μεταβολή. Τὸ δὲ, Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου, διδάσκοντος ἦν καὶ δεικνύοντος αὐτοὺς ὅτι οὐκ ἀπόλλυται. Καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον. [ΚΥΡΙΛΛΟΥ.] Ἐπειδὴ δὲ δικαίωμα διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀπλημμελὲς ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐκλούτησε, κεκαινοτόμηκεν ὑμῖν τὸ μηκέτι μὲν εἰς ᾅδου τρέχειν τὰς ψυχὰς ἡμῶν καθὰ καὶ πρώην πέμπεσθαι δὲ εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος. Καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ ἅγιος Στέφανος, ἔφη· Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου· καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος γράφει· « Ὥστε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ θέλημα Θεοῦ, πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ἑαυτῶν ψυχάς. » Θεὶς δὲ τὰ γόνατα ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ· Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Οὐχ ἁπλῶς, φησὶ, εὔχεται, ἀλλὰ μετὰ προσοχῆς· μέχρι γὰρ τούτου συνεχώρησεν ὁ Θεὸς αὐτῷ τὴν ψυχὴν εἶναι. Ὅρα

A sed cogitabant ac nitebantur etiam ladere ejus famam et existimationem. Metuebant enim, ne si interficeretur propterea quod ipsos contumelia affecisset, majorem venerationem consequeretur. Et

B

C

D

Vers. 57. *At illi magna voce exclamantes, continebant et obturabant aures suas, atque unanimiter impetum in eum faciebant.*

Vers. 58. *Ejectumque extra urbem lapidare cœperunt. Ac testes deposuerunt vestimenta sua juxta* [a] *pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus.*

Vers. 59. *Et lapidabant Stephanum invocantem ac dicentem : Domine Jesu, suscipe spiritum meum.*

Vers. 60. *Positis autem genibus, clamavit voce magna : Domine, ne imputes illis hoc peccatum* [b]. *Atque hoc elocutus, obdormivit.*

Quod tempore Christi fecerant, hoc etiam hic fecerunt. Quemadmodum ille dixerat : « Videbitis a dextris Filium Dei sedentem » et eam rem illi blasphemiam, seu crimen læsæ majestatis divinæ vocantes, impetum in eum fecerunt : ita nimirum etiam hic. Sed illic quidem discinderunt vestimenta : hic vero continuerunt aures. Et ejectum extra urbem lapidare cœperunt. Ne tantisper quidem quieti, donec orationem absolveret, lapidare cum cœperunt. Atqui, si mentiebatur, tanquam insanum et furiosum cum dimittere oportebat, sin autem vera dicebat, magis admirari. Extra urbem autem ejectum occidunt : quemadmodum etiam tempore Christi in ipso fecerunt. Et testes deposuerunt vestimenta juxta pedes adolescentis. Testes vocat, quos subornaverant, ut adversus illum falsum testimonium dicerent. Porro duas res innuit per hæc : nempe etiam illos, qui videbantur testes esse, magis ad cædem fuisse paratos, siquidem etiam vestimenta, ut leves et expediti ad lapidandum essent, deponebant : præterea illum, qui postea orbis terrarum præco futurus erat, etiam ipsum tunc cædem adjuvisse : adeo divinam quamdam, novam, inopinatam, non exspectatam, nec humanam consecutus est mutationem. Cæterum quod dixit : Domine Jesu, suscipe spiritum meum : docentis erat et ostendentis eis, sese non perire. Et lapidabant Stephanum. Quandoquidem autem justificatio per fidem in Christum contingit, ac per illum ipsum hoc boni consecuta est humana natura, ut non erret, nec offendat : hanc novam nobis rationem confecit, ut ad inferos quidem animæ nostræ jam non amplius, ut antea currant, sed mittantur in manus Dei viventis. Idque haud ignorans sanctus Stephanus, Domine Jesu, inquit, suscipe spiritum meum. Ac beatus item Paulus scribit : « Itaque etiam qui voluntate Dei patiuntur, fideli Creatori

Variæ lectiones et notæ.

[38] *Articulus*, τοῦ, *desideratur in vulgato.*

[a] V. *secus.* [b] V. *ne statuas illis hoc peccatum.*

Digitized by Google

animas 72 suas committant atque commendent. » Positis autem genibus exclamavit voce magna: Domine, ne imputes eis hoc peccatum. Non simpliciter, inquit, precatur, sed cum consideratione atque attentione. Nam tantisper animam ei adesse Deus concedebat. Vide autem vocem, et in malis patientiam immensam. Illinc ostendit, ne illa quidem priora, quæ in illos dixerat, iracundiæ furorisve alicujus fuisse: sed ut exacerbaret, convinceret, attraheret, alliceret.

A δὲ φωνὴν καὶ ἀνεξικακίας ὑπερβολήν. Ἐντεῦθεν δείκνυσιν, ὅτι οὐδὲ τὰ πρότερα ἃ εἰς αὐτοὺς εἶπε, θυμοῦ τινος ἦσαν, ἀλλ' ὥστε στύψαι καὶ ἐλέγξαι καὶ ἐπισπάσασθαι.

## CAPUT VIII.

VERS. 1. *Cæterum Saulus erat ex iis, quibus probabatur illum interfici. Orta est autem in illo die persecutio magna adversus Ecclesiam Hierosolymitanam, atque omnes dilapsi sunt in fines Judææ atque Samariæ, apostolis exceptis.*

VERS. 2. *Curaverunt autem una funus Stephani viri religiosi, magnumque plangorem ei fecerunt.*

VERS. 3. *Porro Saulus vastabat Ecclesiam, et in* B *domos ingrediens, trahensque viros et mulieres, tradebat in custodiam.*

VERS. 4. *Atque illi quidem, qui dispersi erant, quacunque iter faciebant, verbum Dei annuntiabant.*

Ipsi, inquit, apostoli non dilapsi sunt, sed erant Hierosolymis. Ubi enim major belli moles erat, illic stare primarios bellatores, in acie collocari, cæterisque exemplum fortitudinis animique præsentiæ proponi [u] oportebat. Curaverunt autem una funus Stephani [v] viri religiosi, magnumque plangorem ei fecerunt. Si religiosi erant, cur plangorem faciebant? Quia nondum erant perfecti: atque alioqui quis non planxisset, tali doctrina, tali præsidio, talibus signis carere coactus, et illum manibetum C lapidibus obrutum, mortuum jacentem videns? Saulus autem vastabat Ecclesiam. Ingens furor, quod et solus erat, et in ædes irruebat: animam enim suam dederat pro lege.

VERS. 5. *Cæterum Philippus cum devenisset in urbem Samariæ, prædicabat Christum.*

VERS. 6. *Attendebant autem unanimiter turbæ quæ dicebantur a Philippo, quod et audirent et viderent signa, quæ faciebat.*

VERS. 7. *Ex multis enim, qui ab iis opprimebantur, spiritus impuri magna voce clamantes exibant. Multi item paralytici et claudi curati sunt.*

VERS. 8. *Fuit ergo gaudium magnum in illa urbe.*

Non apostolus Philippus, qui recensebatur inter illos duodenos, sed unus de septenis illis, qui delecti erant ad dispensationem 73 viduarum hic est qui et Eunuchum baptizavit, et Simoni fidei tradidit rudimenta. Et audi ipsum Lucam dicentem: Interfecto Stephano ingens adversus Ecclesiam persecutio orta est, et omnes dilapsi sunt in partes Judææ et Samariæ, præterquam apostoli. Unde perspicuum est apostolum Philippum una

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ. Ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διωγμὸς μέγας ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις· πάντες δὲ* [29] *διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας τῆς Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας, πλὴν τῶν ἀποστόλων.*

*Συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς· καὶ ἐποιήσαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ.*

*Σαῦλος δὲ ἐλυμαίνετο τὴν Ἐκκλησίαν, κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος, σύρων τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας παρεδίδου εἰς φυλακήν.*

*Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες, διῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον.*

Αὐτοὶ, φησὶν, οἱ ἀπόστολοι οὐ διεσπάρησαν, ἀλλ' ἦσαν ἐν Ἱεροσολύμοις. Ἔνθα γὰρ πλείων [30] ὁ πόλεμος, ἐκεῖ παρατάττεσθαι τοὺς πρωταγωνιστὰς ἔδει καὶ ἑτέροις προσκεῖσθαι ἀνδρείας [31] ὑπόδειγμα καὶ θάρσους. Συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς. Εἰ εὐλαβεῖς ἦσαν, πῶς ἐποιοῦντο κοπετόν; Ὅτι οὔπω ἦσαν τέλειοι· ἄλλως τε δὲ, τίς οὐκ ἂν ἐκόψατο τοιαύτης διδασκαλίας καὶ προστασίας καὶ σημείων τοιούτων ἀποστερούμενος, καὶ ὁρῶν τὸν πρᾶον ἐκεῖνον νεκρὸν λιθόλευστον κείμενον; Σαῦλος δὲ ἐλυμαίνετο τὴν Ἐκκλησίαν. Πολλὴ ἡ μανία· καὶ τὸ μόνον εἶναι αὐτὸν, καὶ τὸ ἐπιπηδᾷν τοῖς οἴκοις· τὴν γὰρ ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τοῦ νόμου ἦν δεδωκώς.

*Φίλιππος δὲ κατελθὼν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, ἐκήρυσσε τὸν Χριστόν* [32].

*Προσεῖχόν τε οἱ ὄχλοι τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τοῦ Φιλίππου ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἀκούειν αὐτοὺς καὶ βλέπειν τὰ σημεῖα, ἃ ἐποίει.*

*Πολλῶν γὰρ τῶν ἐχόντων πνεύματα ἀκάθαρτα, βοῶντα φωνῇ* [33] *μεγάλῃ ἐξήρχετο. Πολλοὶ δὲ παραλελύμενοι καὶ χωλοὶ ἐθεραπεύθησαν.*

*Καὶ ἐγένετο χαρὰ μεγάλη ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ.*

D

Οὐχ ὁ ἀπόστολος Φίλιππος ὁ ἐν τοῖς δεκαδύο καταλεγόμενος ἦν, ἀλλ' εἷς τῶν ἑπτὰ τῶν ἐκλεγέντων πρὸς τὴν τῶν χηρῶν οἰκονομίαν, οὗτός ἐστιν, ὁ καὶ τὸν Εὐνοῦχον βαπτίσας, καὶ τὸν Σίμωνα κατηχήσας. Καὶ ἄκουε αὐτοῦ τοῦ Λουκᾶ λέγοντος, Ἀναιρεθέντος Στεφάνου διωγμὸς ἐγένετο μέγας ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν, πάντες δὲ διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς Σαμαρείας, πλὴν τῶν ἀποστόλων. Ὡς δῆλον εἶναι ὅτι ὁ ἀπόστολος Φίλιππος σὺν τοῖς ἄλλοις

## Variæ lectiones et notæ.

[29] *In vulgato est*, τε. [30] πλεῖον, *erat*. [31] *Isc.* προκεῖσθαι ἀνδρίας. [32] *In vulgato est*: ἐκήρυσσεν αὐτοῖς τὸν Χριστόν. [33] *In vulgato est*, μεγάλῃ φωνῇ.

[u] *Pro*, προσκεῖσθαι, *lego*, προκεῖσθαι [v] E. *curaverunt autem una Stephanum*. C. *Stephano parentarunt*.

Digitized by Google

ἀποστόλοις ἐν Ἱεροσολύμοις κατέμεινεν. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο πρὸς ἀπόδειξιν, ὅτι Φίλιππος μὲν ἐβάπτισε τοὺς ἐν Σαμαρείᾳ μαθητευθέντας· Πέτρος δὲ καὶ Ἰωάννης οἱ ἀπόστολοι καταβάντες ἀπὸ Ἱεροσολύμων πρὸς αὐτοὺς, τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν παρέσχοντο. Εἰ δὲ εἷς τῶν ἀποστόλων οὗτος ἐτύγχανεν, εἶχεν ἂν τὴν αὐθεντείαν τῆς τοῦ Πνεύματος δόσεως· βαπτίζει δὲ μόνον ὡς μαθητής· τὴν δὲ χάριν τελειοῦσιν οἱ ἀπόστολοι, οἷς ἡ τῆς τοιαύτης δόσεως αὐθεντεία ἐδόθη. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν ὅτι διὰ τοῦτο ὁ Φίλιππος οὐ κατήγαγεν ἐπὶ τοὺς βαπτισθέντας τὸ Πνεῦμα, ὅτι διάκονος ἦν μόνον παρὰ τῶν περὶ Στέφανον προβληθείς, οὐ μὴν καὶ πρεσβυτέρου ἀξίαν εἶχεν, ἢ ἐπισκόπου, ὡς οἱ μαθηταὶ τοῦ Κυρίου. Ὅτι δὲ διάκονος ἦν, μαρτυρεῖ ὁ Παῦλος ἐν τοῖς κανόσιν, οὐ μόνον περὶ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ περὶ Ἀνανίου, ὃς ἐβάπτισεν αὐτὸν τὸν Παῦλον. Διάκονος δὲ ὢν, ἐβάπτισε πρῶτον μὲν διὰ τὸ σπάνιν εἶναι ἐν Σαμαρείᾳ πρεσβυτέρων· ἔξεστι δὲ ἐν ἀνάγκῃ καὶ τῷ διακόνῳ βαπτίζειν, μὴ ὄντος πρεσβυτέρου, καθὼς αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ἐδίδαξε, προτρεψάμενον αὐτῷ [34] ἐπὶ τὸ πλησιάσαι τῷ Εὐνούχῳ. Σημειωτέον δὲ ὅτι μετὰ τὸ βάπτισμα τῇ τῶν χειρῶν ἐπιθέσει ἐπιφοιτᾷ δι' εὐχῆς ἐπὶ τοὺς βαπτιζομένους εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Διὸ καὶ μέχρι νῦν ἡ τάξις οὕτω φυλάττεται.

A cum cæteris Hierosolymis permansisse. Facit autem etiam hoc ad demonstrationem. Nam Philippus quidem baptizavit eos, qui in Samaria verbum Dei didicerant : Petrus autem et Joannes apostoli Hierosolymis ad eos profecti, donum Spiritus sancti illis præstiterunt. Quod si hic unus fuisset apostolorum, habuisset utique auctoritatem dandi Spiritus sancti : sed baptizat duntaxat, tanquam discipulus : donum autem ac gratiam sancti Spiritus tanquam rei perfectionem addunt apostoli, quibus hujusmodi donationis faciendæ auctoritas data erat. Alii autem dicunt, idcirco Philippum non superinduxisse Spiritum sanctum super baptizatos, quod diaconus duntaxat esset, ab Stephano nominatus atque promotus, presbyteri autem vel episcopi, sicut discipuli Domini, auctoritatem non haberet. Porro diaconum illum fuisse testatur Paulus in regulis, non modo de hoc ipso loquens, verum etiam de Anania, qui ipsum Paulum baptizavit. Cæterum diaconus cum esset, baptizavit primum quidem, quod penuria presbyterorum esset in Samaria : licet autem in necessitate etiam diacono baptizare, ubi presbyter non est, quemadmodum docuit ipse Spiritus, hortatus ipsum Philippum, ut propius accederet ad Eunuchum. Notandum est autem, post baptisma impositis manibus per precationem super baptizatos in nomine Domini Jesu venire Spiritum sanctum. Quamobrem etiam usque adhuc talis ordo servatur.

B

*Ἀνὴρ δέ τις ὀνόματι Σίμων προϋπῆρχεν ἐν τῇ πόλει μαγεύων, καὶ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος τῆς Σαμαρείας λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν.*

C

Vers. 9. *Erat autem jam antea in illa urbe vir quidam nomine Simon artem magicam exercens, et admiratione sui attonitæ et obstupefactæ genti Samariæ imponens, qui diceret se esse quemdam magnum.*

*ὯΙ προσεῖχον ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, λέγοντες· Οὗτός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη.*

*Προσεῖχον δὲ αὐτῷ διὰ τὸ ἱκανῷ χρόνῳ ταῖς μαγείαις ἐξεστακέναι αὐτούς.*

Vers. 10. *Cui omnes tam summi quam infimi auscultabant, dicentes : Hic est potentia Dei illa magna.*

Vers. 11. *Attendebant autem eum, propterea quod magicis præstigiis atque ludibriis satis multo jam tempore eis attonitis et obstupefactis imposuisset* [x], *animosque eorum ac mentes cepisset.*

*Ὅτε δὲ ἐπίστευσαν τῷ Φιλίππῳ, εὐαγγελιζομένῳ τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ὀνόματος [35] Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐβαπτίζοντο ἄνδρες καὶ γυναῖκες.*

Vers. 12. *Cum autem credidisset Philippo annuntianti atque docenti quæ pertinent ad regnum Dei, et nomen Jesu Christi, baptizabantur tum viri tum mulieres.*

*Ὁ δὲ Σίμων καὶ αὐτὸς ἐπίστευσε· καὶ βαπτισθεὶς ἦν προσκαρτερῶν τῷ Φιλίππῳ· θεωρῶν τε δυνάμεις καὶ σημεῖα γινόμενα ἐξίστατο.*

D

Vers. 13. *Itaque Simon et ipse credidit, et baptizatus frequens et assiduus erat cum Philippo* [y] : *cumque videret virtutes et signa fieri, attonitus admirabatur.*

*Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀπόστολοι, ὅτι δέδεκται ἡ Σαμαρεία τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἐπέστειλαν πρὸς αὐτοὺς τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην.*

74 Vers. 14. *Porro cum audissent apostoli, qui erant Jerosolymis, ab Samaria verbum Dei esse receptum, miserunt ad eos Petrum et Joannem.*

*Οἵτινες καταβάντες, προσηύξαντο περὶ αὐτῶν, ὅπως λάβωσι Πνεῦμα ἅγιον.*

Vers. 15. *Qui cum descendissent illo, oraverunt pro eis, ut acciperent Spiritum sanctum.*

Variæ lectiones et notæ.

[34] Ισ. αὐτόν. [35] *In vulgato hic additur articulus* τοῦ.

[x] V. *dementasset eos.* [y] V. *adhærebat Philippo.*

Digitized by Google

VERS. 16. *Nondum enim super quemquam illorum erat delapsus : sed baptizati duntaxat erant in nomine Christi Jesu.*

VERS. 17. *Tunc manus ei imponebant, et accipiebant Spiritum sanctum.*

VERS. 18. *Conspicatus autem Simon per impositionem manuum apostolorum dari Spiritum sanctum, attulit eis pecunias,*

VERS. 19. *Ac dixit : Date mihi quoque istam potestatem, ut cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum.*

VERS. 20. *At Petrus dixit ad eum : Abi*[x]*, inquit, cum tua pecunia in malam rem, qui donum Dei pecuniis comparandum existimasti.*

VERS. 21. *Non es neque particeps neque consors hujus rationis atque doctrinæ. Cor enim tuum non est rectum coram Deo.*

Vide aliam tentationem, nempe eam, quæ accidit per Simonem. Ait autem, quod cum etiam magnam potentiam esse putabant. Adeo spatio temporis et magicis præstigiis atque ludibriis erant decepti : donec Philippus adveniens errore eos liberavit. Dicebat enim Simon Judæis quidem : Ego sum Pater : Samaritanis autem, Ego sum Christus. Itaque Simon et ipse credidit. Non fidei gratia, sed, ut et ipse faceret signa. Qui igitur ille videbatur facere signa? Fingebat, atque præstigiis imponebat. Forsitan autem etiam eos, qui a dæmonibus premebantur atque vexabantur, coercebat, et ut suam, ita apostolorum quoque professionem artis alicujus esse existimabat. Quamobrem etiam pecuniam dabat : ne autem rursus abigeretur, idcirco frequens et assiduus erat cum Philippo.

VERS. 22. *Desiste igitur ab ista nequitia tua, et redi ad sanitatem*[a]*, Deumque ora, si forte tibi remittatur cogitatio cordis tui.*

VERS. 23. *In felle enim amaritudinis et obstrictione improbitatis video te versari.*

VERS. 24. *Respondens autem Simon dixit : Deprecamini vos Dominum pro me ne quid mihi eveniat eorum, quæ dixistis.*

VERS. 25. *Atque illi quidem testificati et locuti verbum Dei, reversi sunt in Jerusalem, multosque vicos Samaritanorum doctrina evangelica instruxerunt.*

Supervacuum esset illud, Desiste, quod 75 Simoni dicebatur, qui ex constitutione malus erat, juxta fabulas hæreticorum. Aiunt enim hominem hactenus malum non esse capacem ejus, quæ ex destinata voluntate fit, mutationis. Sed non frustra dictum est : Desiste igitur, et ad sanitatem redi, suæ potestatis igitur atque arbitrii erat etiam ipse.

A Οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκὸς· μόνον δὲ βεβαπτισμένοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ.

Τότε ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ'[36] αὐτοὺς, καὶ ἐλάμβανον Πνεῦμα ἅγιον.

Θεασάμενος δὲ[37] Σίμων ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων δίδοται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα.

Λέγων· Δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα ᾧ ἐὰν ἐπιθῶ τὰς χεῖρας, λαμβάνῃ Πνεῦμα ἅγιον.

Πέτρος δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν· Τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἰς ἀπώλειαν[38]· ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι.

B Οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ· ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

Ὅρα καὶ ἕτερον πειρασμὸν τὸν τοῦ Σίμωνος. Φησὶ δὲ ὅτι καὶ μεγάλην αὐτὸν δύναμιν ἐνόμιζον· οὕτως ἦσαν τῷ χρόνῳ καὶ ταῖς μαγείαις ἐξηπατημένοι[39]· μέχρις ἂν Φίλιππος ἐπιστὰς, τῆς πλάνης αὐτοὺς ἀπήλλαξεν. Ἔλεγε γὰρ ὁ Σίμων τοῖς μὲν Ἰουδαίοις, Ἐγώ εἰμι ὁ Πατήρ· τοῖς δὲ Σαμαρείταις, Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός. Ὁ δὲ Σίμων καὶ αὐτὸς ἐπίστευσεν· οὐ πίστεως ἕνεκεν, ἀλλ' ὥστε καὶ αὐτὸν ποιεῖν σημεῖα. Πῶς οὖν ἐκεῖνος ἐδόκει ποιεῖν σημεῖα; Ἐφάνταζεν· ἴσως δὲ καὶ τοὺς δαιμονῶντας ἐδέσμει· καὶ ὥσπερ τὸ ἑαυτοῦ, οὕτως ἐνόμιζε καὶ τὸ τῶν C ἀποστόλων εἶναι τέχνης τινός· διὸ καὶ χρήματα ἐδίδου· ἵνα δὲ μὴ ἀπελαθῇ, πάλιν διὰ τοῦτο προσεκαρτέρει τῷ Φιλίππῳ.

*Μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης, καὶ δεήθητι τοῦ Θεοῦ· εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου.*

*Εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα.*

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων εἶπε· Δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Κύριον, ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ ὧν εἰρήκατε.

Οἱ μὲν οὖν διαμαρτυρόμενοι[40] καὶ λαλήσαντες τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσα- D λὴμ, πολλάς τε κώμας τῶν Σαμαρειτῶν εὐηγγελίσαντο[41].

Παρῆλκεν ἂν τὸ, Μετανόησον, τῷ Σίμωνι λεγόμενον, ἐκ κατασκευῆς ὄντι κακῷ, κατὰ τοὺς αἱρετικῶν μύθους. Φασὶ γὰρ ὅτι κακὸς ὢν ὁ ἄνθρωπος φύσει, οὐκ ἔστι δεκτικὸς τῆς κατὰ βούλησιν μεταβολῆς. Ἀλλ' οὐ ματαίως εἴρηται τὸ, Μετανόησον οὖν· αὐτεξούσιος ἄρα καὶ αὐτὸς, καὶ δεήθητι τοῦ Θεοῦ, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου.

## Variæ lectiones et notæ.

[36] *In exemplari non erat,* ἐπ' *quod est in vulgato fortasse pro,* αὐτοὺς ; *fuit,* αὐτοῖς, *et ita non requiritur præpositio* ἐπί. [37] *In vulgato hic adjectus est articulus* ὁ. [38] *In vulgato est,* σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν. [39] ἐξηπατημένη, *erat.* [40] Ἰσ. διαμαρτυράμενοι. [41] *In vulgato est,* εὐαγγελίσαντο.

[x] *verbum pro verbo reddiderunt :* « Pecunia tua tecum sit in perditionem. » [a] V. *pœnitentiam itaque age ab hac tua nequitia.*

Digitized by Google

Τοῦτό ἐστιν, ὡς οὐ συγχωρηθέντος ἂν αὐτῷ εἰ ἔκλαυσε καὶ μετενόησεν. Ἀλλ' ἔθος καὶ τοῖς προφήταις τὸ τοιοῦτον εἶδος τοῦ λόγου· ἄλλως τε καὶ προῄδει αὐτὸν ὁ Πέτρος μὴ πρὸς μετάνοιαν ἐπιστρέψαντα [63]. Διὰ τοῦτο δέ φησιν, Εἰ ἀφεθήσεταί σοι. Τὸ γὰρ Δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Κύριον, οὐ μετανοίας καὶ ἐπιστροφῆς, ἀλλὰ μόνον ἀφοσιώσεως ἕνεκα ἔφη· ἐπεὶ, ποῦ τὸ πένθος; ποῦ ἡ κατάγνωσις καὶ ἡ ἐξομολόγησις; Εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα. Πολλοῦ θυμοῦ τὰ ῥήματα. Οὐ κολάζει δὲ αὐτὸν, ἵνα μὴ λοιπὸν ἡ πίστις δόξῃ ἀνάγκης εἶναι καὶ φόβου, καὶ ὠμὸν τὸ πρᾶγμα φανῇ. Οἱ μὲν οὖν διαμαρτυρόμενοι καὶ λαλήσαντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλήμ. Ἴσως διὰ τὸν Σίμωνα ὑποστρέφουσιν, ἵνα μὴ ἀπατῶνται, ἵνα λοιπὸν ἀσφαλεῖς ὦσιν. Ὅρα δὲ ὅτι οὐ προηγουμένως ἔρχονται εἰς Σαμάρειαν, ἀλλὰ διωκόμενοι· ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ γέγονεν.

A Denique ora, si forte tibi remittatur cogitatio cordis tui. Hoc dixit, quasi ipsi concessum atque permissum non esset, si flevisset ac resipiscens destitisset. Verum consueta est etiam prophetis talis forma loquendi, atque alioquin etiam persenserat atque perviderat eum Petrus non ad resipiscendum conversum iri, atque idcirco ait : Si remittatur tibi. Nam illud : Deprecamini vos Dominum pro me, non pœnitentiæ et ad sanitatem reversionis, sed detestationis duntaxat et mali ominis avertendi causa dicebat. Nam ubi luctus? ubi sui damnatio atque confessio? In felle enim amaritudinis et obstrictione improbitatis video te versari. Ingentis iracundiæ sunt verba. Sed non punit eum, ne fides postea deinceps necessitatis esse videretur atque terroris, et res crudelis appareret. Atque illi testificati atque locuti verbum Dei, reversi sunt in Jerusalem. Forsitan propter Simonem revertuntur, ne deciperentur, ut postea securi ac tuti essent. Vide autem eos non præcipue deditaque opera in Samariam venire, sed cum agitarentur et expellerentur, quod et tempore Christi accidit.

B

Ἄγγελος δὲ Κυρίου ἐλάλησε πρὸς Φίλιππον λέγων· Ἀνάστηθι καὶ πορεύου κατὰ μεσημβρίαν ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Γάζαν· αὕτη ἐστὶν ἔρημος.

Καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη· καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ Αἰθίοψ, εὐνοῦχος, δυνάστης Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς, ὃς ἐληλύθει προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλήμ.

Ἦν τε ὑποστρέφων καὶ καθήμενος ἐπὶ τοῦ ἅρματος αὐτοῦ, [64] ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ἡσαΐαν.

C

Εἶπε δὲ τὸ Πνεῦμα τῷ Φιλίππῳ· Πρόσελθε, καὶ κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ.

Προσδραμὼν δὲ ὁ Φίλιππος, ἤκουσεν αὐτοῦ ἀναγινώσκοντος τὸν προφήτην Ἡσαΐαν, καὶ εἶπεν· Ἆρά γε [65] γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις;

Ὁ δὲ εἶπεν· Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐάν τίς με ὁδηγήσῃ; παρεκάλεσέ τε τὸν Φίλιππον ἀναβάντα καὶ [66] καθίσαι σὺν αὐτῷ.

Ἡ δὲ περιοχὴ Γραφῆς, ἣν ἀνεγίνωσκεν ἦν αὕτη· Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν [67] ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει [68] τὸ στόμα αὐτοῦ.

Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ.

D

Ἐμοὶ δοκεῖ, τῶν ἑπτὰ οὗτος ὁ Φίλιππος ἦν. Οὐ γὰρ ἀπὸ Ἱεροσολύμων πρὸς μεσημβρίαν ἀπῆει, ἀλλὰ πρὸς ἄρκτον· ἀπὸ δὲ Σαμαρείας, ἔνθα Φίλιππος ὁ τῶν ἑπτὰ διέτριβε καὶ ἐδίδασκε τότε, πρὸς μεσημβρίαν ἐστὶν ὁδός. Τὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Γάζαν· αὕτη ἐστὶν ἔρημος. Τοῦτο

Vers. 26. *Angelus autem Domini locutus est ad Philippum : Surge et vade meridiem versus ad viam, qua descenditur ab Jerusalem ad Gazam : hæc est vacua.*

Vers. 27. *Et surgens iter ingressus est, et ecce vir Æthiops, Eunuchus præfectus, Candaces reginæ Æthiopum, qui præerat universæ gazæ ejus, qui venerat adoraturus in Jerusalem,*

Vers. 28. *Revertebatur, et sedens in curru suo legebat Isaiam prophetam.*

Vers. 29. *Dixit autem Spiritus Philippo : Accede, et adjunge te currui isti.*

Vers. 30. *Cum itaque accurrisset Philippus, audivit eum legentem prophetam Isaiam, ac dixit : Nunquid intelligis, quæ legis?*

Vers. 31. *At ille dixit : Quinam possim, nisi aliquo me instruente? hortatusque est Philippum, ut ascenderet secumque sederet.*

Vers. 32. *Porro quod Scriptura [b], quæ legebatur ab illo continebat, erat hoc : Tanquam ovis ad mactationem ductus est, et tanquam agnus coram tondente mutus, sic non aperit os suum.*

76 Vers. 33. *Per humilitatem ejus judicium ejus sublatum est. Genus autem ejus quis enarrabit? quia tollitur de terra vita ejus.*

Ut mihi videtur, hic Philippus erat de illis septenis. Non enim ab Jerosolymis meridiem versus abiisset, sed versus septentriones : at à Samaria, ubi Philippus unus de illis septenis morabatur ac docebat tunc, iter est versus meridiem. Qua descenditur ab Jerusalem ad Gazam : hæc est vacua. Hoc

Variæ lectiones et notæ.

[63] Ἰσ. ἐπιτρέψοντα. [64] *In vulgato hic interseritur,* καί. [65] *In apographo et hic, et in sequenti schelio scriptum est.* ἄρχε. [66] *Non est in vulgato,* καί. [67] αὐτὸν, *non est in apographo.* [68] ἄφωνος, *erat, et* οὗτος. [68] *In vulgato est,* ἠνοίγει.

[b] V. *Locus Scripturæ.*

Digitized by Google

dixit, ne metueret incursum et invasionem Judæorum. Et surgens iter ingressus est. Vide obedientiam. Non interrogavit ac dixit : Quare? sed simul atque permissum erat, cum surrexisset, profectus est. Qui venerat adoraturus in Jerusalem. Multis de causis admiratione digna est Eunuchi hujus philosophia : quod cum habitaret in Æthiopia, cum magistratu fungeretur, cum præfectus esset regiis thesauris, tamen ascendit adoratum in Jerusalem. Porro mulieres imperium obtinere consueverant illius Æthiopiæ, quarum jure successionis una erat etiam Candace, cujus Eunuchus erat quæstor et thesauris præfectus. Considera autem quod etiamsi dies festus non erat, tamen ascenderat : qui a civitate superstitioni dæmonumque cultui obnoxiam vitam transigente, qui in itinere legebat, qui Isaiam prophetam cæteris sublimiorem, qui nesciens quæ legeret, ita lectione tenebatur. Nunquid intelligis quæ legis? Mirabiliter interrogat : neque enim adulabatur et laudabat, neque rursus insectatur ac deridet ignorantiam : sed ut majorem injiceret cupiditatem, simul ostendens ingentem inesse thesaurum. Atque ille non dissimulat nec celat : sed, Quinam, inquit, possim? deinde petit se doceri. Tanquam ovis ad jugulationem ductus est, et tanquam agnus, etc. Valde perspicua propositorum verborum sententia est. Asportantur enim certo tempore anni oves ut tondeantur : ac cultellos tonsorios sive forfices admoveut eis pastores : ac quanquam læduntur, iis tamen, qui hæc agunt, non insultant. Sic item Christus cum convitiis peteretur, non contra convitiabatur. Per humilitatem ejus judicium ejus sublatum est. Injustum judicium, quod de eo, veritate occultata, factum est, significat. Genus autem ejus quis enarrabit? Id quod, post resurrectionem videlicet, ei contigit, et generosam ejus ac nobilem dignitatem [c] cujus eorum, quæ gessit et administravit, demonstratio exstitit experimentum. Quis oratione satis poterit explicare, cum cogitare ac mente volutare cœperit, quis et qualis, et ex Deo natus unigenitus Filius hæc omnia toleraverit? Quia tollitur de terra vita ejus. Pro eo, quod est, extollitur, et sublimior rebus terrenis est vita ejus, hoc est conversatio **77** aut substantia sive exsistentia Unigeniti, cum extra carnem intelligitur, ac nondum nostri similis factus.

A εἶπεν ὥστε μὴ φοβηθῆναι τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐπιστασίαν. Καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη. Ὅρα ὑπακοήν. Οὐκ ἠρώτησε καὶ εἶπε· Διὰ τί ; Ἀλλ' ὅμα τῇ ἐπιτροπῇ ἀναστὰς ἐπορεύθη. Ὃς ἐληλύθει [49] προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλήμ. Θαυμάσαι ἔστι τοῦ Εὐνούχου τούτου τὴν φιλοσοφίαν, διὰ πολλά· ὅτι ἐν Αἰθιοπίᾳ μένων καὶ ταμίας τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν, ὅμως ἀνήρχετο προσκυνῆσαι ἐν Ἱερουσαλήμ. Γυναῖκες δὲ ἦρχον ἐκείνης τῆς Αἰθιοπίας, ὧν καὶ ἡ Κανδάκη κατὰ διαδοχὴν μία, ἧς ὁ Εὐνοῦχος ὑπῆρχε ταμίας. Σκόπει δὲ ὅτι καὶ ἑορτῆς μὴ οὔσης, ὅμως ἀνήρχετο, καὶ ὅτι ἀπὸ πόλεως ἐν δεισιδαιμονίᾳ βιούσης, καὶ ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν ἀνεγίνωσκε, καὶ τό τε Ἡσαΐαν, τὸν τῶν προφητῶν ὑψηλότερον, καὶ τό τε μὴ δὲ εἰδὼς ἃ ἀνεγίνωσκεν, οὕτω τῆς ἀναγνώσεως περιείχετο. Ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις ; Θαυμασίως ἐρωτᾷ· οὔτε γὰρ ἐκολάκευσε καὶ ἐπῄνεσεν, οὔτε πάλιν διασύρει τὴν ἄγνοιαν· ἀλλ' ὥστε πλείονα ἐνθεῖναι τὸν πόθον, ἅμα δεικνὺς καὶ πολὺν τὸν θησαυρὸν ἐγκείμενον. Ὁ δὲ οὐκ ἀποκρύπτεται, ἀλλά φησι· Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην ; Εἶτα παρακαλεῖ μαθεῖν. Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη· Λίαν ἐμφανὴς τῶν προκειμένων ὁ νοῦς. Ἀποφέρονται γὰρ εἰς τὸ καρῆναι κατὰ καιροὺς τὰ πρόβατα· καὶ τὰς κουρίδας αὐτοῖς μαχαίρας ἐπιφέρουσιν οἱ ποιμένες, καίτοι πάσχοντα τοῖς τοῦτο ὁρῶσιν οὐκ ἐπιπηδᾷ· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει. Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἦρθη. Τὴν παράνομον κρίσιν τὴν ἐπ' αὐτῷ γινομένην δηλοῖ τῆς ἀληθείας κρυβείσης. Τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται ; Τὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν γενομένην δηλονότι, καὶ τὴν εὐγενῆ αὐτοῦ ἀξίαν, ἣν [50] ἡ τῶν οἰκονομηθέντων ἔνδειξις πεῖρα. Τίς ἔσται ἱκανὸς λόγῳ φράσαι, ὅταν εἰς ἔννοιαν ἔλθῃ, τίς ὢν καὶ ποῖος καὶ ἐκ Θεοῦ γεγενημένος μονογενὴς Υἱὸς, ταῦτα πάντα ὑπέστη ; Ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ, ἐπαίρεται καὶ ὑψηλοτέρα τῶν ἐπὶ γῆς ἐστιν ἡ ζωὴ αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἡ πολιτεία ἢ ἡ ὕπαρξις τοῦ Μονογενοῦς· ὅταν ἔξω νοῆται σαρκὸς, καὶ οὔπω καθ' ἡμᾶς γενόμενος.

B

C

VERS. 34. *Atque Eunuchus repetito sermone, Philippo dixit : Quæso te, de quonam dicit hoc propheta, de seipso, an de alio quopiam ?*

VERS. 35. *Aperiens autem Philippus os suum, et incipiens ab hac Scriptura, evangelizavit illi Jesum.*

VERS. 36. *Ut autem ire pergebant, obiter pervenerunt ad aquam quamdam : et Eunuchus, Ecce, inquit, aqua: quid prohibet me baptizari ?* Quæ sequuntur, usque ad : *Et jussit*, non erant in exemplari antiquo manuscripto.

D

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Εὐνοῦχος τῷ Φιλίππῳ, εἶπε· Δέομαί σου, περὶ τίνος ὁ προφήτης λέγει τοῦτο, περὶ ἑαυτοῦ, ἢ περὶ ἑτέρου τινός ;

Ἀνοίξας δὲ ὁ Φίλιππος τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γραφῆς ταύτης, εὐηγγελίσατο αὐτῷ τὸν Ἰησοῦν.

Ὡς δὲ ἐπορεύοντο κατὰ τὴν ὁδὸν, ἦλθον ἐπί τι ὕδωρ. Καὶ φησιν ὁ Εὐνοῦχος· Ἰδοὺ ὕδωρ· τί κωλύει με βαπτισθῆναι ;

## Variæ lectiones et notæ.

[49] ἐληλύθη, *erat.* [50] *Ισ.* ἧς.

[c] *Locus corruptus.*

Digitized by Google

[81] Εἶπε δὲ ὁ Φίλιππος· Εἰ πιστεύεις ἐξ ὅλης A τῆς καρδίας, ἔξεστιν. Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε· Πιστεύω τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Ἰησοῦν Χριστόν.

Καὶ ἐκέλευσε στῆναι τὸ ἅρμα, καὶ κατέβησαν ἀμφότεροι εἰς τὸ ὕδωρ ὅτε Φίλιππος καὶ Εὐνοῦχος, καὶ ἐβάπτισεν αὐτόν.

Ὅτε δὲ ἀνέβησαν ἐκ τοῦ ὕδατος, Πνεῦμα Κυρίου ἥρπασε τὸν Φίλιππον. Καὶ οὐκ εἶδεν αὐτὸν οὐκ ἔτι [82] Εὐνοῦχος· ἐπορεύετο γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ χαίρων.

Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον· καὶ διερχόμενος, εὐηγγελίζετο τὰς πόλεις πάσας, ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς Καισάρειαν.

Δέομαί σου, περὶ τίνος. Τὸ εἰδέναι αὐτὸν ὅτι οἱ προφῆται ἄλλως καὶ περὶ ἄλλο [83] λέγουσιν· ἢ ὅτι B περὶ αὐτῶν ἐν ἑτέρῳ προσώπῳ· τοῦτο γὰρ δηλοῖ αὐτοῦ ἡ ἐρώτησις· σφόδρα ἐστὶν ἐπισκεμμένου [84]. Ἰδοὺ γὰρ ὕδωρ, τί κωλύει με βαπτισθῆναι; Ὅρα πῶς οἰκονομεῖται. Πρότερον ἀναγινώσκει καὶ ἀγνοεῖ· εἶτα ἀναγινώσκει αὐτὴν τὴν μαρτυρίαν, ἔνθα ἦν τὸ πάθος, καὶ ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ δωρεά· εἶτα παρακαλεῖ. Ἑρμηνεύεται καθεξῆς, ἀπὸ τῆς προφητείας τὰς ἀφορμὰς λαβόντος τοῦ Φιλίππου· ὑπόπτερος δὲ γενόμενος τῇ προθυμίᾳ, καθεξῆς ἐπείγεται πρὸς τὸ βάπτισμα. Οὐκ εἶπε δὲ, Βάπτισόν με· ἀλλά, Τί κωλύει; ἐν ἐρωτήσει τὴν πολλὴν αὐτοῦ δεικνὺς περὶ τὸ βάπτισμα ἐπιθυμίαν. Ὅτε δὲ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ ὕδατος, Πνεῦμα Κυρίου ἥρπασε τὸν Φίλιππον. Αἴρει μὲν αὐτὸν τὸ Πνεῦμα, τὸ γινόμενον θαυμασιώτερον ποιοῦν [85]· ἅμα καὶ εὐφραίνον τὸν Φίλιππον ὅτι τοιούτων ἀξιοῦται οἷων οἱ προφῆται, ὡς Ἀββακούμ. Πνεῦμα δὲ αὐτὸν καὶ οὐκ ἄγγελος, ὡς πρόσθεν αἴρει· ἐπειδὴ ἡ μὲν τοῦ ἀγγέλου ὄψις τότε τοῖς σωματικωτέροις, ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος, τοῖς πνευματικωτέροις ἐγένετο· ἀπὸ τοῦ Εὐνούχου δὲ ἁρπάζεται συμφερόντως· ἐπεὶ ἠξίωσεν ἂν καὶ συναπελθεῖν αὐτῷ ὁ Εὐνοῦχος, καὶ ἐλύπησεν ἐκεῖνον ἀνανεύσας, οὕπω τοῦ καιροῦ καλοῦντος. Οὕτω πάντα θείως ἐπράττετο. Εἰς Ἄζωτον δὲ αὐτὸν ἔστησε τὸ Πνεῦμα, ἔνθα λοιπὸν καὶ εὐαγγελίζεσθαι ἔδει.

Vers. 37. *Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Respondens autem dixit: Credo Filium Dei esse Jesum Christum.*

Vers. 38. *Et jussit inhiberi* [d] *currum, et ambo descenderunt in aquam et Philippus et Eunuchus. Et baptizavit eum.*

Vers. 39. *Cum autem ascendissent ex aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum. Et non vidit eum postea amplius Eunuchus: sed iter suum lætus prosequebatur.*

Vers. 40. *Cæterum Philippus repertus est Azoti: qui peragrans eas partes, omnibus civitatibus Evangelium tradebat, donec veniret Cæsaream.*

Quæso te, de quonam dicit, etc. Quod noverat prophetas aliter etiam de aliis dicere, aut de semetipsis in alia persona: hoc enim declarat ejus interrogatio: signum erat viri admodum considerati atque prudentis. Ecce aqua: quid prohibet me baptizari? Vide quomodo tractatur, regitur et instruitur. Prius legit et ignorat, deinde legit ipsum testimonium Scripturæ, ubi erat supplicium et resurrectio, et donum: postea rogat: interpretatio et explicatio deinceps consequitur, cum Philippus a prophetia sumpsisset occasionem. Porro cum studium, cupiditas atque desiderium quasi alas ei adhibuisset, deinceps festinat ad baptisma. Non dixit autem: Baptiza me: sed, Quid vetat? per interrogationem ingens suum ostendens baptismatis consequendi studium atque cupiditatem. Cum autem ascendisset ab aqua, Spiritus Domini C rapuit Philippum. Tollit quidem eum Spiritus rei quæ gerebatur, majorem concilians admirationem, simul etiam lætitia Philippum afficiens, quod dignus judicatus esset, qui talia consequeretur, qualia prophetæ, ut Abbacum. Spiritus autem eum et non angelus ut antea tollit, quoniam angeli quidem apparitio tunc contigit illis, qui magis corporei erant: Spiritus vero magis spiritualibus contigit. Cæterum utile **78** fuit eum ab Eunucho per raptum diduci: quoniam Eunuchus rogare ac postulare potuisset, ut ille secum abiret. Atque ille, si nondum opportunitate vocante, renuisset ac recusasset, tristem Eunuchum dimisset. Adeo omnia divinitus agebantur. Porro Spiritus eum statuit Azoti, ubi deinceps eum Evangelium quoque divulgare oportebat. D

## ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Ὁ δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ Κυρίου, προσελθὼν τῷ ἀρχιερεῖ,

Ἠτήσατο παρ' αὐτοῦ ἐπιστολὰς εἰς Δαμασκὸν πρὸς τὰς Συναγωγάς· ὅπως ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας δεδεμένους ἀγάγῃ εἰς Ἱερουσαλήμ.

Ἐξηγεῖται τὴν τοῦ Παύλου κατὰ τῶν πιστῶν καὶ τῆς Ἐκκλησίας μανίαν· δεικνὺς ὅτι ἐν μέσῳ

## CAPUT IX.

Vers. 1. *At Saulus etiam nunc minaces ac cædis avidos spiritus gerens adversus discipulos Domini, accessit ad summum sacerdotem,*

Vers. 2. *Ac petiit ab eo epistolas, Damascum ad synagogas perferendas, ut si quos viros vel mulieres invenisset, qui essent illius viæ, vinctos perduceret in Jerusalem,*

Exponit Pauli adversus fideles et Ecclesiam furorem, ostendens eum in medio zelo atque ardore

### Variæ lectiones et notæ.

[81] *Ista omnia desiderantur in apographo unde hæc descripsi.* [82] *In vulgato additur,* ὁ. [83] *Locus corruptus videtur, ac pro* ἄλλο, ἄλλων, *esse legendum.* [84] *Isc.* ἐπεσκεμμένου. [85] Ποιῶν, *erat.*

[d] V. *stare.*

Digitized by Google

studii attractum fuisse. Eveniebat enim in illo quod Christus dixerat : « Qui occident vos, putabunt se cultum præstare Deo. » Non enim, sicuti Judæi, ita etiam hic faciebat. Absit. Nam zelo, hoc est ardenti studio Dei, illum fecisse, quod agebat, hinc liquet, quod etiam ad externas profectus est civitates. Illi vero ne eos quidem qui Hierosolymis erant, curabant. Id enim duntaxat unum agebant ut honore afficerentur. Cæterum Damascum proficiscitur, quia magna erat et regia urbs, ac metuebat, ne ea prædicatione præoccuparetur. Non accedit autem ad prætorem ac petit, sed ad summum sacerdotem atque pontificem ; quia omnia legitime sibi agere destinabat [e]. Ut si quos invenisset viæ illius, tam mulieres quam viros, vinctos perduceret in Hierusalem. Quid est, quod dicit, viæ illius? Forsitan ita se vocabant qui crediderant: propterea quod eorum sola esset fides, per quam ferimur in cœlum. Aut Paulus tunc eos homines viæ vocabat, fortasse tanquam vilipendens illos et insectans. Etenim ignominiosum et despectum vocare solent hominem de via. Non quærebat autem potestatem illic puniendi : sed Hierosolymam perduc t, quia hæc cum majore potestate facere volebat.

A τῷ ζήλῳ ἔλκεται. Ἐπληροῦτο γὰρ εἰς αὐτὸν τὸ παρὰ Χριστοῦ εἰρημένον, ὅτι « Οἱ ἀποκτενοῦντες [36] ὑμᾶς δόξουσι λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ. » Οὐ γὰρ ὥσπερ οἱ Ἰουδαῖοι καὶ οὗτος ἐποίει. Μὴ γένοιτο. Ὅτι γὰρ ζήλῳ ἐποίει, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ εἰς τὰς ἔξω πόλεις ἀπιέναι · ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἂν οὐδὲ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐφρόντισαν. Ἑνὸς γὰρ ἦσαν μόνου, τοῦ τιμὰς ἀπολαύειν. Εἰς Δαμασκὸν δὲ πορεύεται, ὅτι μεγάλη καὶ βασιλικὴ ἦν, καὶ ἐφοβεῖτο μὴ αὐτὴ τῷ κηρύγματι προκαταληφθῇ · οὐ προσέρχεται δὲ ἄρχοντι καὶ αἰτεῖται, ἀλλὰ τῷ ἀρχιερεῖ, ὅτι πάντα νομικῶς πράττειν ἔμελεν αὐτῷ [37]. Ὅπως ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, δεδεμένους ἀγάγῃ εἰς Ἱερουσαλήμ. Τί ἐστι, τῆς ὁδοῦ ; Ἴσως οὕτως ἐκάλουν ἑαυτοὺς οἱ πιστεύσαντες, διὰ τὸ αὐτῶν εἶναι B τὴν πίστιν μόνην, δι' ἧς εἰς τὸν οὐρανὸν φερόμεθα · ἢ ὁ Παῦλος τότε τῆς ὁδοῦ ἐκάλει αὐτούς, ἴσως ὡς εὐτελίζων καὶ διασύρων αὐτούς · καὶ γὰρ τὸν ἄτιμον εἰώθασι καλεῖν ἄνθρωπον ἐξ ὁδοῦ. Οὐκ ἐζήτησεν ἐξουσίαν ἐνεῖ τιμωρήσασθαι, ἀλλ' εἰς Ἱεροσόλυμα ἄγει, ὅτι μετὰ πλείονος τῆς ἐξουσίας ἤθελε πράττειν.

Vers. 3. *Sed dum iter faciebat, accidit ut approp-inquaret Damasco, ac repente lumine cœle ti quasi fulgure circumfusus est* [f].

Ἐν δὲ τῷ πορεύεσθαι, ἐγένετο αὐτὸν ἐγγίζειν τῇ Δαμασκῷ, καὶ ἐξαίφνης περιήστραψεν αὐτὸν φῶς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ.

Vers. 4. *Collapsusque in terram, audivit vocem dicentem sibi : Saul, Saul, cur me persequeris?*

Καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν, ἤκουσε φωνὴν λέγουσαν αὐτῷ· Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις

Vers. 5. *At ille: Quisnam es, inquit, Domine? Dominus autem dixit : Ego sum Jesus, quem tu per- C sequeris.* (Hæc quæ sequuntur, usque ad, *sed surge*, non sunt in exemplari Græco vetusto manuscripto) *Durum est tibi contra stimulos calcitrare.*

Εἶπε δέ · Τίς εἶ, Κύριε ; Ὁ δὲ Κύριος εἶπεν · Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις. (In vulgatis, ἀλλὰ, non est. sed interponuntur ante, ἀνάστηθι, ea quæ sequuntur.) Σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν.

**79** Vers. 6. *Ille tremens atque expavefactus dixit : Domine, quid me vis facere ? Et Dominus ad eum : Sed surge, et ingredere in urbem, ac dicetur tibi, quid te oporteat facere.*

Τρέμων τε καὶ θαμβῶν εἶπε, Κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι ; Καὶ ὁ Κύριος πρὸς αὐτόν· Ἀνάστηθι καὶ εἴσελθε, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ ἀνάστηθι, καὶ εἴσελθε εἰς τὴν πόλιν, καὶ λαληθήσεταί σοι τί σε δεῖ ποιεῖν.

Vers. 7. *Cæterum homines, qui una cum eo iter faciebant, stabant attoniti et obstupefacti, vocem quidem audientes, sed neminem videntes.*

Οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ εἱστήκεισαν ἐννεοὶ, ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, μηδένα δὲ θεωροῦντες.

Vers. 8. *Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis suis, neminem videbat. Itaque manu ducentes eum introduxerunt Damascum.*

Ἠγέρθη δὲ ὁ Σαῦλος ἀπὸ τῆς γῆς, ἀνεῳγμένων τε τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, οὐδένα ἔβλεπε. Χειραγωγοῦντες δὲ αὐτὸν, εἰσήγαγον εἰς Δαμα- D σκόν.

Vers. 9. *Et carebat visu tres dies, ac ne comedit quidem nec bibit.*

Καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων, καὶ οὐκ [38] ἔφαγεν, οὐδὲ ἔπιεν.

In urbe visio non accidit : sed in itinere, in solitudine et extra turbam, quia vulgus non credidisset : quin etiam irrisissent, quandoquidem etiam illic audientes vocem, dicebant tonitruum [g] esse. Hic autem gravis erat auctor, ac dignus, cui fides potius haberetur, quippe renuntianti, quæ sibi accidissent. Non Hierosolymis igitur, neque Damasci, sed in itinere circumfudit eum lumen : ut non

Ἐν τῇ πόλει ἡ ὀπτασία οὐ γίνεται, ἀλλ' ἐν τῇ ὁδῷ, ἐφ' ἡσυχίας, ὅτι οὐκ ἂν ἐπίστευσαν οἱ πολλοί · ἀλλὰ καὶ ἐχλεύασαν ἄν, ὅπου καὶ ἐκεῖ ἀκούοντες τῆς φωνῆς, ἔλεγον ὅτι βροντή ἐστιν. Οὗτος δὲ ἀξιόπιστος ἦν ἀπαγγέλλων μᾶλλον τὰ αὐτοῦ. Οὐκ ἐν Ἱεροσολύμοις οὖν οὔτε ἐν Δαμασκῷ, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὁδὸν περιαστράπτει τὸ φῶς, ὡς μὴ ἐξεῖναι τὸ περὶ αὐτὸν γεγονὸς ἄλλους ἄλλως διηγεῖσθαι · ἀλλ' αὐτὸς ἀξιό-

## Variæ lectiones et notæ.

[36] ἀποκτένοντες, *erat.* [37] αὐτῷ, *erat.* [38] *In vulgato est*, οὐκ.

[e] *Locus corruptus videtur Fortasse vult dicere.* « *Omnia legitime facere in animo habebat.* » [f] *Lumen emicans de cœlo circum cum refulsit.* [g] *Apud Joannem capite duodecimo.*

Digitized by Google

πιστος εἴη διηγεῖσθαι, ἀλλ' ὃς καὶ τὴν ὀπτασίαν εἰδώς, καὶ τὸ πάθος ὑποστάς. Τοῦτο γοῦν λέγει καὶ πρὸς Ἀγρίππαν ἀπολογούμενος. Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις; Οὐ λέγει αὐτῷ ὁ Χριστὸς, Πίστευσον· ἀλλ' ἐγκαλεῖ λέγων, Τί με διώκεις; μονονουχὶ λέγων· Τί μικρὸν ἢ μέγα παθὼν παρ' ἐμοῦ ταῦτα ποιεῖς; Ἐγώ εἰμι ὁ Ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις, ἀντὶ τοῦ, Μὴ νομίσῃ; πρὸς ἀνθρώπους εἶναί σοι τὸν πόλεμον, ἀλλὰ πρὸς μὲ τὸν Κύριόν σου. Διὰ τί δὲ μὴ ἐξ ἀρχῆς τοῦτο γέγονεν; Ἵνα δειχθῇ ὅτι ὄντως ἀνέστη ὁ Χριστός. Ὁ γὰο ἐλαύνων αὐτὸν καὶ ἀπιστῶν αὐτοῦ τῇ ἀναστάσει, καὶ οὕτως ἐμμανῶς διώκων τοὺς πιστοὺς, πόθεν ἐπίστευσεν, εἰ μὴ πολλὴ ἦν τῆς ἀναστάσεως ἡ ἰσχύς; Διὰ τί δὲ μὴ εὐθέως μετὰ τὴν ἀνάσταιν; Ἵνα σαφέστερος αὐτῆς δειχθῇ ὁ πόλεμος, καὶ μᾶλλον θειοτέρα ἡ ἐπιστροφή. Οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ, εἱστήκεισαν ἔννεοι, μηδένα ὁρῶντες. Πάντας μὲν περιαστράπτει καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τὸ φῶς, ἵνα μαρτυρῶσι τῇ ὀπτασίᾳ· οὐ πάντα δὲ τυφλοῖ, εἰ μὴ Παῦλον μόνον, ἵνα μὴ κοινὸν [59] καὶ ὡς ἀπὸ τύχης τὸ πάθος νομισθῇ, ἀλλὰ θείας ὄντως ἐνεργείας καὶ προνοίας ὀφθῇ. Διὰ τί δὲ μὴ ἐπίστευσαν οἱ σὺν αὐτῷ; Ἵνα ὦσιν ἀξιόπιστοι μαρτυροῦντες τὸ περὶ Παῦλον. Εἰ γὰρ ἐπίστευσαν, ἔδοξαν ἂν πρὸς χάριν μαρτυρεῖν. Τίνος δὲ φωνῆς ἤκουσαν οἱ συνόντες Παύλῳ; Αὐτοῦ τοῦ Παύλου ἀποκρινομένου· τῆς δὲ οὐρανίας μόνος αὐτὸς ἤκουσε. Διὸ ἐνταῦθα μέν φησιν· Οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες, εἱστήκεισαν ἔννεοι, ἀκούοντες τῆς φωνῆς· τῆς τοῦ Παύλου δηλονότι· μηδένα δὲ θεωροῦντες, πρὸς ὃν ἀπεκρίνετο. Προῖὼν δὲ αὐτὸς ὁ Παῦλος φησίν· Οἱ σὺν ἐμοὶ ὄντες τὸ μὲν φῶς ἐθεάσαντο, καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο· τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι. Ἀνεῳγμένων δὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, οὐδένα ἔβλεπε. Πάσχει τὰς ὄψεις ὁ Παῦλος, διότι ἡ ὑπερβολὴ τοῦ φωτὸς πλήττειν εἴωθε. Μέτρα γὰρ ἔχουσι καὶ οἱ ὀφθαλμοί. Λέγεται δὲ καὶ φωνῆς ὑπερβολὴ κωφοὺς ποιεῖν καὶ ἀποπλῆγας. Καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων, καὶ οὐδὲ ἔφαγεν οὐδὲ ἔπιε. Διὰ τί τοῦτο ἐποίησεν; Ὅτι λίαν ἑαυτοῦ κατέγνω ἐπὶ τῷ τῆς Ἐκκλησίας διωγμῷ, καὶ περίλυπος ἦν, καὶ ἠύχετο καὶ παρεκάλει τὸν Θεὸν, ἀφεθῆναι αὐτῷ.

A liceret alios aliter narrare, quod illi accidisset : sed ipsi, qui et visionem sciret et calamitatem accepisset, narranti fides abrogari non posset. Nam hoc dicit etiam apud Agrippam causam pro se dicens. Saul, Saul, cur me persequeris? Non dicit ei Christus, Crede : sed accusat, dum dicit : Cur me persequeris ? modo non dicens : Qua vel parva vel magna a me lacessitus injuria, hæc facis ? Ego sum Jesus, quem tu persequeris. Perinde ac si diceret : Ne putes tibi cum hominibus esse bellum, sed mecum, qui Dominus tuus sum. Sed cur hoc non accidit ab initio ? Ut ostenderetur Christum revera surrexisse. Nam qui exagitabat et insectabatur illum, et non credebat eum resurrexisse, et cum tanta insania atque furore fideles persequebatur, qua ratione credidisset, nisi ingens fuisset resurrectionis vis ? Sed cur non statim post resurrectionem ? Ut bellum adversus eam clarius ostenderetur, et magis divinitus conversio consequeretur. Porro viri, qui una iter faciebant, stabant attoniti, neminem videntes. Omnes quidem, etiam eos, qui una cum illo erant, lumen circumfundit, ut visioni testimonium perhiberet : sed non omnes excæcat, sed solum Paulum : ne communis ac quasi fortuita calamitas existimaretur, sed divinæ revera latentisque efficaciæ atque providentiæ opus esse videretur. Sed cur non crediderunt comites illius ? Ne fides eorum testificantium id, quod Paulo acciderat, dubia haberi posset. Nam si credidissent, ad gratiam visi essent testificari. Sed cujus vocem audiverunt comites Pauli ? Ipsius Pauli respondentis. Cœlestem vero solus ipse audivit. Quamobrem **80** hic quidem ait : Porro viri qui una iter faciebant, stabant attoniti, audientes vocem : Pauli videlicet : neminem autem videntes : nempe cui responderet : sed infra in progressu ipse Paulus ait : Qui una mecum erant, lumen quidem viderunt, ac perterrefacti sunt : sed vocem mecum loquentis non audiverunt. Apertisque oculis suis, neminem videbat. Læduntur oculi Pauli, propterea quod immodica luminis vis sauciare solet. Modum enim habent etiam oculi. Dicitur item nimia vocis

B

C

intentio surdos, stupidos atque attonitos efficere. Et carebat visu tres dies, ac ne comedit quidem, nec bibit. Cur hoc fecit? Quia valde sibi displicebat, quod Ecclesiam persecutus erat, et supra modum tristis ac mœstus erat ac precabatur et orabat Deum, ut sibi remitteretur.

D

Ἦν δέ τις μαθητὴς ἐν Δαμασκῷ, ὀνόματι Ἀνανίας, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος ἐν ὁράματι· Ἀνανία. Ὁ δὲ εἶπεν· Ἰδοὺ ἐγὼ, Κύριε.

Vers. 10. *Erat autem Damasci discipulus quidam nomine Ananias, ad quem Dominus per visum dixit : Anania. At ille : Ecce, inquit, ego, Domine.*

Ὁ δὲ Κύριος πρὸς αὐτόν· Ἀναστὰς πορεύθητι ἐπὶ τὴν ῥύμην τὴν καλουμένην εὐθεῖαν· καὶ ζήτησον ἐν οἰκίᾳ Ἰούδα Σαῦλον ὀνόματι Ταρσέα· ἰδοὺ γὰρ προσεύχεται.

Vers. 11. *Dominus rursus ad eum : Surge et vade in vicum, qui vocatur rectus : ac quære in domo Judæ quemdam nomine Saulum Tarsensem. Ecce enim orat.*

Καὶ εἶδεν ἐν ὁράματι ἄνδρα ὀνόματι Ἀνανίαν, εἰσελθόντα καὶ ἐπιθέντα [60] αὐτῷ χεῖρα ὅπως ἀναβλέψῃ.

Vers. 12. *Et animadvertit per visum virum nomine Ananiam ingressum et imponentem sibi manum, ut visum recuperet.*

## Variæ lectiones et notæ

[59] καὶ ὧν, *erat.* [60] *In vulgato est,* ἐπιτιθέντα.

Digitized by Google

VERS. 13. *Respondit autem Ananias : Domine, audivi ex multis de viro hoc, quantis incommodis afficerit sanctos tuos in Jerusalem.*

Ἀπεκρίθη δὲ Ἀνανίας· Κύριε, ἀκήκοα ἀπὸ πολλῶν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου ὅσα κακὰ ἐποίησε τοῖς ἁγίοις σου ἐν Ἰερουσαλήμ.

VERS. 14. *Et hic habet potestatem ab summis sacerdotibus vinciendi omnes, qui invocant nomen tuum.*

Καὶ ὧδε ἔχει ἐξουσίαν παρὰ τῶν ἀρχιερέων, δῆσαι πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου.

VERS. 15. *Dixit autem Dominus ad eum : Vade, quia vas electionis mihi est iste, ut portet nomen meum coram gentibus ac regibus et filiis Israelis.*

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος· Πορεύου, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοί οὗτός ἐστι, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραήλ.

VERS. 16. *Nam ego ostendam ei, quam pati oporteat eum pro nomine meo.*

Ἐγὼ γὰρ ὑποδείξω αὐτῷ ὅσα δεῖ αὐτὸν [61] ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου παθεῖν.

Τὸ, *Εὐγενέστεροι*, ἀντὶ τοῦ, ἐπιεικέστεροι. Τὸ δὲ, *Καθημέραν ἀνακρίνοντες τὰς Γραφὰς, εἰ ἔχει ταῦτα οὕτως.* Οὐχ ὡς ἄπιστοι ἀνεζήτουν (ἤδη γὰρ ἦσαν πεπιστευκότες), ἀλλ' ὡς ἄμοιροι τῆς τῶν προφητῶν παραδόσεως· ὅπου γε μᾶλλον διὰ τούτου πιστότεροι ἐγίνοντο, ἐρευνῶντες τὰς Γραφὰς, καὶ εὑρίσκοντες τοῖς τῶν παλαιῶν προφητῶν λόγοις συνᾴδοντα τὰ περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Κυρίου *πράγματα. Εὐθέως δὲ τότε τὸν Παῦλον ἐξέπεμψαν οἱ ἀδελφοὶ ἕως Ἀθηνῶν.* Οἰκονομικῶς ἔφευγον, οὐ δειλιῶντες; ἢ γὰρ[98] ἂν ἐπαύσαντο κηρύττοντες, καὶ οὐχὶ μᾶλλον παρώξυναν. Ἀλλ' ἐκ τούτου δύο ἐγίνετο· καὶ [ὁ] ἐκείνων θυμὸς ἐσβέννυτο, καὶ τὸ κήρυγμα ἐπεδίδου. Τὸν Παῦλον δὲ πέμπουσι μόνον· περὶ γὰρ αὐτοῦ ἐδεδοίκεισαν μή τι πάθῃ, τὸ κεφάλαιον αὐτὸς ὤν. Οὕτως οὐ πανταχοῦ ἡ χάρις ἐνήργει· ἀλλ' εἶα αὐτοὺς καὶ διυπνίζουσα καὶ εἰς μέριμναν ἐμβάλλουσα.

A Dictio *Generosiores* posita est pro humaniores, æquiores, moderatiores et honestiores. Quod autem dicit, *Quotidie investigantes atque scrutantes Scripturas an illa ita essent:* non ut increduli requirebant et investigabant, jam enim crediderant, sed ut expertes prophetarum traditionis. Quandoquidem potius hac ratione magis creduli evadebant dum scrutabantur Scripturas, et reperiebant ea, quæ fecit et administravit Dominus assumpta carne, cum scriptis veterum prophetarum consonare atque convenire. *Tum vero fratres statim Paulum emiserunt usque Athenas.* Certo Dei consilio atque **133** dispositione fugiebant, non periculi metu. Etenim prædicare desiissent, et non potius exacerbassent et irritassent: sed hinc duo eveniebant, et illorum iracundia restinguebatur et prædicatio promovebatur. Paulum autem solum emittunt. Illi enim qui erat ipsum caput, et in quo summa rei consistebat, re B quid mali accideret metuebant. Ita non ubique gratia operabatur, sed sinebat eos tum expergefaciens, tum in sollicitudinem injiciens.

*Ἐν δὲ*[96] *ταῖς Ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς τοῦ Παύλου, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν ἑαυτῷ*[97] *θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν.*

Vers. 16. *Cum autem Paulus illos Athenis exspectaret, concitabatur spiritus ejus in ipso, quod videret simulacrorum cultui deditam esse civitatem*

*Διελέγετο μὲν οὖν ἐν τῇ Συναγωγῇ τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς σεβομένοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν πρὸς τοὺς παραπυγχάνοντας.*

Vers. 17. *Sermocinabatur igitur in Synagoga cum Judæis et religiosis, et quotidie in foro cum iis, qui se forte illi obtulissent.*

*Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων*[98] *καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλον*[99] *αὐτῷ, καὶ τινες ἔλεγον· Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; Οἱ δὲ Ξένων δαιμόνων*[1] *δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι, ὅτι τὸν Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν εὐηγγελίζετο*[2] *αὐτοῖς.*

Vers. 18. *Quidam autem Epicurei et Stoici philosophi congrediebantur cum illo, ac nonnulli dicebant. Quid velit spermologus, id est, nugator et blatero iste* C *dicere? Alii vero peregrinorum inquietabant, Dæmonum videtur annuntiator esse, quod Jesum et resurrectionem eis annuntiabat.*

*Ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ, ἐπὶ τὸν Ἄρειον Πάγον ἤγαγον λέγοντες· Δυνάμεθα γνῶναι τίς ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή*[3]*;*

Vers. 19. *Cumque eum apprehendissent, duxerunt ad collem Martium dicentes: Possumus scire, quænam sit nova ista quæ abs te traditur doctrina?*

*Ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν· Βουλόμεθα οὖν γνῶναι, τί ἂν θέλοι ταῦτα εἶναι.*

Vers. 20. *Nam peregrina quædam infers in aures nostras. Volumus igitur scire, quidnam ista sibi velint.*

*Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι, εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον.*

Vers. 21. *Cæterum Athenienses omnes et qui illic versabantur hospites nulli alii rei vacabant, præterquam ut dicerent aliquid et audirent novi.*

*Παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ.* Τὸ, *παρωξύνετο*, οὐκ ὀργὴν ἐνταῦθά φησιν. Ὀργῆς γὰρ καὶ ἀγανακτήσεως[4], πόρρω τὸ χάρισμα. Τί οὖν ἐστι, *παρωξύνετο*; Διηγείρετο· οὐκ ἔφερεν, ἀλλ' ἐτήκετο. *Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων*[5] *καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλον αὐτῷ.* Ἐπικούρειοί εἰσιν οἱ ἀπρονόητα λέγοντες εἶναι τὰ πάντα· πρὸς οὓς καὶ μάλιστα τὸν λόγον ἀποτεινόμενος ὁ Παῦλος, φησίν· *Αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν, ἐρίσας προστεταγμένους καιροὺς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν·* δεικνὺς τοῦ Θεοῦ τὴν πρό- D

*Concitabatur spiritus ejus*, etc. Per verbum *concitabatur* non iram hic significat. Gratia namque [Dei] res longe aliena est ab ira atque indignatione. Quid igitur est id, quod dicit, *Concitabatur?* exstimulabatur, excitabatur, commovebatur, ferre non poterat, sed se macerabat. *Quidam autem Epicurei et Stoici philosophi congrediebantur cum illo.* Epicurei sunt, qui omnia absque Dei providentia fieri dicunt. Adversus quos etiam Paulus potissimum orationem extendens dicit: *Qui ipse dat omnibus vitam, animam et halitum, qui definit et con-*

Variæ lectiones et notæ.

[96] Ισ. ἢ γάρ. [96] *In manuscripto non est* δέ. [97] *In vulgatis est*, ἐν αὐτῷ. [98] *In manuscripto est*, Ἐπικουρίων, *et ita repetitur sæpius in scholio.* [99] *In vulgatis est*, συνέβουλον. [1] *In vulgatis est*, δαιμονίων, *in manuscripto*, δαιμόνων. [2] *In vulgatis est*, αὐτοῖς εὐαγγελίζετο. [3] *In manuscripto non est nota interrogationis post* διδαχή, *ut est in vulgatis.* [4] ἀνακτήσεως *scriptum erat initio; postea primæ duæ rubræ in margine adjectæ.* [5] Ἐπικουρίων, *erat, et* Ἐπικούριοι.

Digitized by Google

*stituit tempora præscripta, certa atque destinata inquilinatus et habitationis eorum* : quibus verbis Dei providentiam ostendit. Non deridebant eum philosophi ita loquentem : neque enim quidquam intelligebant eorum, quæ dicebantur. Qui enim potuissent quorum alii quidem Deum corpus esse, alii vero voluptatem beatitudinem esse dicebant? *Ac nonnulli dicebant : Quid velit spermologus dicere?* Spermologum, hoc sonat seminilegam seu frugilegam, aviculam aiunt esse vilissimam, quæ semina in triviis **134** dissipata colligere solita sit : cui qui inane supercilium tollunt et multum sibi placent, magnosque spiritus sumunt propter copiam et ubertatem dicendi philosophi, Paulum assimilabant. Sapientes enim viles vocant, inquit scriptor Proverbiorum. Quoniam igitur spermologus sive frugilega parva est avis, neque ad vescendum, neque ad delectandum idonea, viles homines spermologos appellabant. *Alii vero, Peregrinorum dæmonum, inquiunt, annuntiator esse videtur.* Etenim resurrectionem deam quamdam esse existimabant, ut qui etiam feminas colere solerent. Dæmonia namque deos suos vocabant. *Duxerunt eum ad collem Martium.* Non discendi causa, sed puniendi in eo loco ubi agebantur et cognoscebantur causæ homicidii. Martius autem collis vocabatur is locus, quoniam Mars illic, ut fama est, adulterii pœnas dedit. Πάγος autem locus est editus : nam in colle quodam erat illa curia. Notandum est autem illos, quanquam sermocinationibus et auditionibus dediti et addicti erant, tamen illa, quæ nunquam audiverant, peregrina ac nova putasse. Nam alioquin etiamsi prædicabat hominem cruci affixum fuisse, non novum erat quod dicebatur : sin autem Deum dicebat cruci affixum esse, et resurrexisse, revera nova atque peregrina loquebatur.

νοιαν · οὐ κατεγέλων αὐτοῦ οἱ φιλόσοφοι οὕτως αὐτοῦ φθεγγομένου · οὐδὲ γὰρ ἐνόουν τι τῶν λεγομένων. Πῶς γὰρ οἱ μὲν σῶμα τὸν Θεὸν λέγοντες · οἱ δὲ ἡδονὴν τὴν μακαριότητα; *Καί τινες ἔλεγον· Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν;* Σπερμολόγον πτηνὸν εἶναί φασιν εὐτελέστατον, τὰ ἐν ταῖς τριόδοις κατεσκεδασμένα τῶν σπερμάτων εἰωθὸς συλλέγειν · ᾧ [6] ματαίαν αἴροντες ὀφρὺν ἐπὶ γλώττῃ πλατείᾳ, φρονοῦντές τε μέγα, παρείκαζον τὸν Παῦλον [7]. Τοὺς γὰρ σοφοὺς φαύλους καλοῦσι, φησὶ ὁ Παροιμιαστής. Ἐπειδὴ οὖν ὄρνεόν ἐστιν ὁ σπερμολόγος βραχὺ, καὶ οὔτε πρὸς βρῶσιν, οὔτε πρὸς τέρψιν ἐπιτήδειον, τοὺς εὐτελεῖς σπερμολόγους ἐκάλουν. *Οἱ δὲ, Ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι.* Καὶ γὰρ τὴν ἀνάστασιν, θεόν τινα εἶναι ἐνόμιζον, ἅτε εἰωθότες καὶ θηλείας σέβειν. Δαιμόνια γὰρ τοὺς θεοὺς αὐτῶν ἐκάλουν. Ἤγαγον *αὐτὸν ἐπὶ τὸν Ἄρειον Πάγον*, οὐχ ὅτι μαθεῖν, ἀλλ' ὥστε κολάσασθαι, ἔνθα αἱ φονικαὶ δίκαι. Ἄρειος [8] δὲ πάγος ἐκαλεῖτο, ἐπειδὴ ὁ Ἄρης ἐκεῖσε τῆς μοιχείας [9], ὥς φασι, δέδωκε δίκας. Πάγος δὲ ὁ ὑψηλὸς τόπος· ἐν γάρ ὄχθῳ τινὶ ἦν ἐκεῖνο τὸ δικαστήριον. Σημειωτέον ὅτι, καίτοι ἐν τῷ λαλεῖν ἀσχολούμενοι καὶ ἀκούειν, ὅμως ξενίζοντα ἐνόμιζον εἶναι ἐκεῖνα, ἅπερ οὐδέποτε ἤκουσαν · ἄλλως τε δὲ καὶ εἰ ἄνθρωπον ἐκήρυττεν ἐσταυρῶσθαι, οὐ ξένον ἦν τὸ λεγόμενον · εἰ δὲ Θεὸν ἔλεγεν ἐσταυρῶσθαι καὶ ἐγηγέρθαι, ὄντως ξενίζοντα ἐλάλει.

Vers. 22. *Stans autem Paulus in medio Martii collis, dicebat : Viri Athenienses, in omnibus vos fere video religiosiores esse.*

Vers. 23. *Transiens enim, et contemplans numina quæ colitis, reperi etiam aram cum hac inscriptione : Ignoto Deo. Quem igitur ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis.*

Vers. 24. *Deus qui fecit mundum, et omnia quæ sunt in eo, hic cum cœli terræque Dominus sit, non in manufactis templis habitat.*

Vers. 25. *Neque manibus hominum colitur, ut qui alicujus rei egenus sit, cum ipse omnibus vitam, animam et halitum atque omnia det.*

Vers. 26. *Fecitque ex uno sanguine omne genus hominum, ut in omni solo terræ habitarent, definivitque ac statuit tempora certa atque præscripta ac terminos habitationis eorum,*

Vers. 27. *Ut quærerent Dominum, si forte palpando et contrectando eum inveniant. Quanquam non procul abest ab unoquoque nostrum.*

Vers. 28. *Per eum enim vivimus et movemur et sumus, ut quidam etiam vestrorum poetarum dixerunt : nam hujus quoque progenies sumus.*

*Σταθεὶς δὲ Παῦλος ἐν μέσῳ τοῦ Ἀρείου Πάγου, ἔφη· Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ.*

*Διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο· Ἀγνώστῳ Θεῷ. Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.*

*Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς Κύριος [10] ὑπάρχων, οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ,*

*Οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα [11].*

*Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ὁρίσας προστεταγμένους [12] καιροὺς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τὰς κατοικίας αὐτῶν,*

*Ζητεῖν τὸν Κύριον, εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν · καίγε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα.*

*Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν, ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι· Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.*

## Variæ lectiones et notæ.

[6] ᾧ, *erat.* [7] παρεικάζοντες Παῦλον, *erat.* [8] ὄρειος, *erat.* [9] μοιχίας, *erat.* [10] *In vulgatis nonnulli est,* ὁ Κύριος. [11] V. C. *et* B. *legunt,* καὶ πάντα, *quam lectionem ego quoque sequor.* [12] *In vulgatis est,* προτεταγμένους.

Digitized by Google

*Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν χρυσῷ, ἢ ἀργύρῳ, ἢ λίθῳ χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον.*

A

Vers. 29. *Cum igitur simus Dei progenies, non debemus existimare auro, aut argento, aut lapidi arte et industria humana sculpto simile esse numen divinum.*

Ὡς δεισιδαιμονεστέρους. Δεισιδαίμων λέγεται ὁ δεδιὼς τὰ δαιμόνια, ὁ πάντα θειάζων, καὶ ξύλον, καὶ λίθον, καὶ πνεῦμα. Ὥσπερ ἐγκωμιάζειν αὐτοὺς δοκεῖ. Δεισιδαιμονεστέρους δὲ, ἀντὶ τοῦ, εὐλαβεστέρους· τοῦτο δὲ εἶπε διὰ τὸν βωμόν. Ἀνειστήκει δὲ αὐτοῖς ὁ βωμὸς ἐκ τοιαύτης αἰτίας· Πόλεμος τοῖς Ἀθηναίοις ποτὲ συνερράγη πρὸς ἐναντίους· εἶτα πράξαντες κακῶς ἀνεχώρησαν. Καὶ ἐπειδὴ παίζειν αὐτοὺς τοῖς δαίμοσιν ἔθος ἦν, τῶν δαιμόνων τις ἐπιφανεὶς, οὐδεπώποτε ἔφη παρ' αὐτῶν τεθεραπεῦσθαι· κἀκεῖνος αὐτοῖς ὀργισθεὶς, τῆς ἥττης ταύτης αἴτιος γεγενῆσθαι. Ἐκείνῳ τε οὖν ἀνίστησαν [13] ναόν· καὶ ὡς φυλαττόμενοι μὴ τὸ αὐτὸ καὶ ἄλλοτε πάθοιεν, παρέντες τινὰ Θεὸν ἄγνωστον αὐτοῖς, ἀνέστησαν τὸν βωμὸν ἐκεῖνον ἐπιγράφοντες· *Ἀγνώστῳ Θεῷ*· τοῦτο λέγοντες, ὅτι, Εἰ καί τις ἕτερος ἀγνοοῖτο παρ' ἡμῶν, εἰς τιμὴν ἐκείνου οὗτος ὁ βωμὸς ἐγηγέρθω, ὡς ἂν ἵλεως ἡμῶν [14] εἴη, εἴπερ ἀγνοούμενος ὢν μὴ θεραπεύοιτο. Ἦν δὲ ἡ πᾶσα τοῦ βωμοῦ ἐπιγραφή· *Θεοῖς Ἀσίας, καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης· Θεῷ ἀγνώστῳ καὶ ξένῳ. — Διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν.* Εὗρεν ἐν τῇ πόλει οὐχὶ βιβλίον θεῖον, ἀλλὰ βωμὸν ἑστηκότα· καὶ ἀπὸ τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ βωμοῦ τὸν βωμὸν καθεῖλε. Τί γὰρ ἔδει ποιῆσαι αὐτόν; Ἕλληνες πάντες ἦσαν ἀσεβεῖς. Εἰ ἀπὸ Εὐαγγελίων διηλέχθη αὐτοῖς, κατεγέλων· ἀπὸ προφητῶν, οὐκ ἐπίστευον. Ἀπὸ τῶν ὅπλων οὖν τῶν πολεμίων αὐτὰ ἐχειρώσατο· καὶ τοῦτο ἐστιν ὃ λέγει· *Ἐγερόμην τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος.* Εἶδε τὸν βωμὸν, καὶ μετέστησε τὰ γράμματα πρὸς ἑαυτόν· μᾶλλον δὲ τὸ νόημα τούτων μετέθηκεν. Ἐγέγραπτο, φησὶν, ἐν τῷ βωμῷ· *Ἀγνώστῳ Θεῷ.* Τίς δὲ ἦν ἄλλος ἀγνούμενος Θεὸς, ἀλλ' ἢ ὁ Χριστός; Τί οὖν; οἱ Ἀθηναῖοι διὰ τὸν Χριστὸν ἔγραψαν τοῦτο; Εἰ διὰ τὸν Χριστὸν ἔγραψαν, οὐκ ἦν οὕτω θαυμαστὸν τὸ κατόρθωμα Παύλου. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἄλλως ἔγραψαν· οὗτος δὲ ἴσχυσεν ἄλλως αὐτὸ μεταβαλεῖν. Ἀναγκαῖον δὲ εἰπεῖν τίνος ἕνεκεν ἐκεῖνοι ἔγραψαν· *Ἀγνώστῳ Θεῷ.* Πολλοὺς εἶχον θεοὺς ἐκεῖνοι, καὶ ἐπιχωρίους καὶ ξένους. Τούτους τοίνυν τοὺς μὲν παρὰ μητέρων εἶχον δεξάμενοι· τοὺς δὲ, ἀπὸ τῶν πλησίων ἐθνῶν. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἐξ ἀρχῆς πάντας ἐδέξαντο, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν εἰσηνέχθησαν αὐτοῖς· οἱ μὲν, ἐπὶ τῶν πατέρων, οἱ δὲ, ἐπὶ τῶν πάππων, οἱ δὲ ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς αὐτῶν, συνελθόντες εἶπον, ὅτι, Ὥσπερ τούτους ἠγνοοῦμεν, εἶτα ὕστερον αὐτοὺς ἐγνωρίσαμεν, οὕτω συμβαίνει καὶ ἄλλον εἶναι ἀγνοούμενον, καὶ ὄντα μὲν Θεὸν, οὐ γνωριζόμενον δὲ ὑφ' ἡμῶν. καὶ διὰ τοῦτο λανθάνει ἀμελούμενος καὶ μὴ θεραπευόμενος. Ἔστησαν οὖν βωμὸν, καὶ ἐπέγραψαν· *Ἀγνώστῳ Θεῷ*· τοῦτο λέγοντες διὰ τοῦ γράμματος, ὅτι Καὶ εἴτις ἐστὶ Θεὸς

**135** *Fere religiosiores.* Δεισιδαίμων dicitur is, qui timet dæmonia, qui omnia pro numine colit et veneratur, et lignum, et lapidem, et spiritum. Quasi laudare eos videtur. Δεισιδαιμονεστέρους autem, id est, dæmonia timentes, posuit pro *religiosores :* hoc autem dixit propter altare. Porro altare exstructum fuerat ab illis ex hujusmodi causa : Prælio quondam conflixerant Athenienses cum adversariis : deinde accepta clade recesserant. Et quoniam ludos dæmonibus celebrare consueverant, quidam dæmon cum apparuisset, nunquam ab illis se cultum esse dicebat : ac sese illis iratum mali prælii illius auctorem et causam fuisse. Itaque et illi delubrum exstruxerunt : et ut caventes ne quando alias quoque, quod aliquem incognitum sibi Deum præteriissent ac neglexissent, idem ipsis accideret, exstruxerunt illud altare, inscribentes : *Ignoto Deo :* hoc significantes, Etiamsi quis alius a nobis ignoretur, in honorem illius hoc altare exstructum esto, ut nobis propitius sit, si cum nobis incognitus sit non colatur. Erat autem aræ tota inscriptio hæc : *Diis Asiæ, Europæ et Libyæ : Deo incognito ac peregrino. — Cum transirem enim et contemplarer numina quæ colitis.* Invenit in urbe non librum divinum, sed aram stantem : atque occasione sumpta ab altaris inscriptione, altare demolitus est. Quid enim illum facere oportebat? Græci omnes erant impii et veri Dei cultus expertes. Si ab Evangeliis sumpto argumento verba ad eos fecisset, derisissent : si a prophetis, non credidissent. Armis igitur hostium ipsa arma subegit ; atque hoc est quod dicit : *Fui legis expertibus et impiis tanquam impius et legis exvers.* Vidit altare, et ad suum usum scripta traduxit : imo vero sententiam illorum traduxit et invertit. Inscriptum, inquit, altari erat , *Ignoto Deo.* Quis autem erat alius Deus qui ignorabatur, præterquam Christus? Quid igitur? an Athenienses propter Christum scripserant hoc? Si propter Christum scripsissent, non adeo mirandus esset rei a Paulo inceptæ prosper successus. Verum illi quidem aliter scripserant : hic vero potuit scriptum aliter traducere atque immutare. Necesse est autem dicere, cujus rei gratia illi scripserant, *Ignoto Deo.* Multos illi deos habebant tum patrios atque domesticos, tum hospites ac peregrinos. Hos igitur partim quidem a matribus acceptos habebant, partim vero a finitimis nationibus. Quoniam ergo non omnes ab initio acceperunt, sed paulatim ab iis introducti erant, alii quidem ætate patrum, alii vero tempore avorum, alii ipsorum ætate, congregati dixerunt : Quemadmodum hos ignorabamus, deinde postea eos cognovimus , ita accidere potest ut etiam alius ignoretur,

B

C

D

Variæ lectiones et notæ.

[13] *Isc.* ἀνέστησαν. [14] ἡμῖν *Isc.*



Digitized by Google

qui Deus quidem sit, sed nobis incognitus, et idcirco nos fallat, dum negligitur et non colitur. Statuerunt igitur altare et inscripserunt, *Ignoto* **136** *Deo* : hoc scripto illo significantes : Etiamsi quis alius est Deus nobis incognitus, illum quoque colemus. Animadverte immensum et excellentem dæmonum metum. Idcirco Paulus dicebat : *In omnibus fere ad timorem dæmonum præcautiores vos esse video*, hoc est, *religiosiores*. Non enim vobis notos dæmones solos colitis, verum etiam vobis nondum notos. Itaque cum captiose sententiam altaris inscriptionis interpretatus esset, accommodavit eam ad Christum. *Quem enim ignorantes vos colitis, hunc ego annuntio vobis*. His verbis illum erant insimulaturi Athenienses : Novam atque peregrinam doctrinam introducis, Deum quem ignoramus introducis. Cum igitur vellet liberari suspicione atque docere se non peregrinum Deum prædicare, sed quem ipsi antea colendo honorassent, Vos, inquit, me prævenistis, vester cultus meæ prædicationi antevertit : hunc enim annuntio, quem vos ignorantes colitis. *Deus qui fecit mundum*. Unum verbum prolocutus est, quo omnia philosophorum dogmata atque sententias subvertit. Nam Epicurei quidem res fortuitas esse aiunt, et ex atomis, hoc est, ex individuis corpusculis effici : hic vero Dei opus mundum esse ait, et omnia quæ sunt in eo. *Non in manufactis templis habitat*. Ne existimarent unum de multis esse Deum, qui ab eo prædicabatur, quod dixerat corrigit, subjungens, *Non in manufactis templis habitat*, sed in animo humano. Quid igitur? annon habitabat in templo Jerosolymorum? Nequaquam, sed operabatur ac vim suam exercebat, et in actum proferebat. Qui igitur manibus hominum colebatur apud Judæos? Non manibus, sed mente : quoniam illa hic non desiderabat quasi alicujus rei egenus : *Num vescar*, inquit, *carnibus taurorum*? etc. — *Nulla re indigens, cum ipse det omnibus vitam et halitum*. Duo ponit deitatis certa argumenta, nimirum quod et ipse nulla re indigeat, et omnibus omnia præbeat. Ecce autem etiam animæ illum conditorem facit, non genitorem. *Definivitque ac statuit tempora certa atque præscripta*. Definivit ac præscripsit ut quærerent Deum : verum non semper hoc præscripsit, sed certis atque præscriptis temporum vicissitudinibus, ostendens eos nunc, cum non quæsivissent, invenisse. Quoniam enim quæsitum non invenerant, ostendit illum ita fuisse manifestum, ut si aliqua res in medio posita contrectetur. Non enim hic quidem cœlum erat, alibi autem non : neque in hoc quidem tempore erat, in alio vero non. Itaque et in omni tempore, et in omni termino ac limite poterat inveniri : ita rem disposuit et administravit, ut neque loco neque tempore prohiberetur. Hoc enim ipsum maxime eos adjuvabat, quod ubique cœlum est, et quod in omni tempore stat.

Ἕτερος ἀγνοούμενος ἡμῖν, κἀκεῖνον θεραπεύσομεν. Ὅρα ὑπερβολὴν δεισιδαιμονίας. Διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος ἔφη· *Κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ*, ἀντὶ τοῦ, *εὐλαβεστέρους*· οὐ γὰρ τοὺς γνωρίμους ὑμῖν δαίμονας θεραπεύετε μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς οὔπω γνωρισθέντας ὑμῖν. Καὶ αἰχμαλωτίσας τὸ νόημα, ἐπέστησεν αὐτὸ ἐπὶ τὸν Χριστόν. Ὃν γὰρ ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε ὑμεῖς, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. Ἔμελλον ταῦτα ἐγκαλεῖν Ἀθηναῖοι, ὅτι, Ξενίζοντα δόγματα εἰσφέρεις· ὅτι, Θεὸν ὃν οὐκ ἴσμεν, εἰσφέρεις. Βουλόμενος οὖν ἀπαλλαγῆναι τῆς ὑποψίας καὶ διδάξαι ὅτι οὐ ξένον κηρύττει Θεὸν, ἀλλ' ὃν προλαβόντες; αὐτοὶ διὰ τῆς θεραπείας ἐτίμησαν, Ὑμεῖς με προελάβετε, φησὶν, ἔφθασεν ὑμῶν ἡ θεραπεία τὸ ἐμὸν κήρυγμα· τοῦτον γὰρ καταγγέλλω, ὃν ὑμεῖς ἀγνοοῦντες θεραπεύετε. *Ὁ Θεὸς ποιήσας τὸν κόσμον*, μίαν φωνὴν ἐφθέγξατο, δι' ἧς πάντα κατέστρεψε τὰ τῶν φιλοσόφων. Οἱ μὲν γὰρ Ἐπικούριοι [18] αὐτόματά φασι καὶ ἀπὸ ἀτόμων· οὗτος δὲ, ἔργον φησὶ Θεοῦ τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα. *Οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ*. Ἵνα μὴ νομίσωσιν ἕνα τῶν πολλῶν εἶναι Θεὸν τὸν ὑπ' αὐτοῦ κηρυττόμενον, διορθοῦται ἐπάγων· *Οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, ἀλλ'* ἐν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ. Τί οὖν; Οὐ κατῴκει ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἱεροσολύμων; Οὐ δῆτα, ἀλλ' ἐνήργει. Πῶς οὖν ἐθεραπεύετο ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων παρὰ Ἰουδαίοις; Οὐχ ὑπὸ χειρῶν, ἀλλ' ὑπὸ διανοίας· ἐπεὶ ἐκεῖνα οὐκ ἐζήτει οὗτος ὡς προσδεόμενος. *Μὴ φάγομαι κρέα ταύρων*; φησὶ, καὶ τὰ ἑξῆς. — *Μὴ προσδεόμενός τινος αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοήν*. Δύο τεκμήρια Θεότητος, τὸ αὐτόν τε μηδενὸς δεῖσθαι, καὶ πᾶσι πάντα παρέχειν. Ἰδοὺ δὲ καὶ τῆς ψυχῆς αὐτὸν δημιουργὸν ποιεῖ, οὐ γεννήτορα. *Ὁρίσας προστεταγμένους καιρούς*. Ὥρισε ζητῆσαι τὸν Θεόν· ἀλλ' οὐ διαπαντὸς τοῦτο ὥρισεν, ἀλλὰ [16] προστεταγμένους καιρούς· δεικνὺς ὅτι νῦν οὐχὶ ζητήσαντες εὗρον· ἐπειδὴ γὰρ ζητήσαντες οὐχ εὗρον, δείκνυσιν ὅτι οὕτως ἦν φανερῶς [17], ὥσπερ ἂν εἰς μέσον τι ψηλαφώμενος. Οὐ γὰρ ἐνταῦθα μὲν ἦν οὐρανὸς, ἀλλαχοῦ δὲ οὔ· οὐδὲ ἐν τούτῳ μὲν ἦν τῷ χρόνῳ, ἄλλῳ δὲ οὔ. Ὥστε καὶ κατὰ πάντα καιρὸν καὶ κατὰ πᾶσαν ὁροθεσίαν δυνατὸν εὑρεῖν αὐτόν· οὕτως ᾠκονόμησεν, ὥστε μήτε τόπῳ κωλύεσθαι μήτε χρόνῳ. Αὐτὸ γὰρ τοῦτο μάλιστα αὐτοῖς συνεβάλλετο τὸ πανταχοῦ εἶναι τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸ ἐν παντὶ χρόνῳ ἑστάναι. Οὕτως ἐγγύς ἐστι, φησὶν, ὡς χωρὶς αὐτοῦ μὴ ζῆν. *Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν*. Ὥσπερ ἐν σωματικῷ ὑποδείγματι [18] ἀδύνατον ἀγνοῆσαι ἀέρα πανταχοῦ κεχυμένον, καὶ οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα, μᾶλλον δὲ καὶ ἐν ἡμῖν ὄντα. Τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ λέγει καὶ τὴν συγκρότησιν, τὸ εἶναι παρ' αὐτοῦ, τὸ ἐνεργεῖν, τὸ μὴ ἀπολέσθαι. *Ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασιν.*

Variæ lectiones et notæ.

[16] *Ισ.* Ἐπικούρειοι. [16] *Videtur desiderari* κατά. [17] *Ισ.* φανερός. *Et* ψηλαφῶμεν *aut* ψηλαφώμενον. [18] *Videtur desiderari*, διδάσκει, παρίστησιν, *aut simile quid.*

Digitized by Google

Ἄρατος μὲν ὁ σοφὸς περὶ τοῦ Διὸς εἶπε· *Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν*· οὗτος δὲ περὶ τοῦ Δημιουργοῦ αὐτὸ λέγει, οὐ τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ λέγων, μὴ γένοιτο! Ἀλλὰ τὸ κυρίως ἐπ' αὐτῷ [19] λέγων· ἐπεὶ καὶ βωμὸν τούτου εἶπεν, οὐκ ἐκείνου οὗ ἔσεβον. Γένος τοῦ Θεοῦ εἶπεν ἡμᾶς, τουτέστιν οἰκείους ἐγγυτάτους· ἐπειδὴ ἐκ τοῦ γένους ἡμῶν ὁ Θεὸς εὐδόκησε τεχθῆναι ἐπὶ τῆς γῆς. Οὐκ εἶπε δὲ, Οὐκ ὀφείλετε χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ τὸ θεῖον νομίζειν εἶναι ὅμοιον, ἀλλὰ ταπεινότερον τούτου, *Οὐκ ὀφείλομεν*. Ὅρα δὲ πῶς τὸ ἀσώματον εἰσήγαγεν. Ἡ γὰρ διάνοια, ὅταν ὑποπτεύσῃ σῶμα, καὶ διάστημα ὑπονοεῖ.

A Adeo prope est, inquit, ut **137** absque illo vivere non possimus. *Per ipsum enim vivimus et movemur et sumus.* Quasi corporea similitudine atque exemplo ostendit fieri non posse, ut aer qui ubique fusus, ac non procul ab unoquoque nostrum, imo vero qui etiam in nobis est, ignoretur. Providentiam illius significat, et conflationem atque exercitationem, nempe quod ab illo simus creati, quod ab illo proficiscatur efficientia et actus, quod non pereamus. *Ut etiam quidam vestri poetæ dixerunt.* Aratus quidem ille sapiens de Jove dixit: *Illius enim sumus progenies*: sed hic id dicit de Creatore, non eumdem significans, quem ille. Absit! sed id quod proprie de Deo dici convenit, significans quoniam etiam altare hujus dicit, non illius quem colebant. Progeniem Dei nos esse dixit, hoc est, cognatos proximos: quoniam ex genere nostro Deo visum est nasci in terra. Non dixit autem, Non debetis existimare numen divinum simile esse auro aut argento: sed quod humilius est quam hoc, nempe *Non debemus*. Vide autem ut introduxerit id quod est incorporeum. Mens enim cum corpus esse putat, etiam intervallum esse arbitratur.

*Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, τανῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν.*

B Vers. 30. *Ac tempora quidem istius ignorantiæ cum Deus usque hoc tempus dissimularit, nunc omnibus, qui ubique sunt, hominibus denuntiat, ut ad sanitatem revertantur.*

*Διότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ ἐν Ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.*

Vers. 31. *Propterea quod statuit diem, in quo juste judicaturus est orbem terrarum per Virum quem huic negotio destinavit, fidemque fecit omnibus, dum illum ex mortuis resuscitavit.*

*Ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον· Ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου.*

Vers. 32. *Audita autem resurrectione mortuorum, alii quidem irridebant, alii vero dixerunt: Audiemus te rursus de hac re.*

*Καὶ οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν.*

Vers. 33. *Atque ita Paulus exivit de medio eorum.*

*Τινὲς δὲ ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ, ἐπίστευσαν· ἐν οἷς Διονύσιος [20] ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς.*

C Vers. 34. *Sed quidam viri sese illi adjunxerunt atque crediderunt: in quorum numero erat Dionysius Areopagita, et mulier nomine Damaris, et alii cum illis.*

*Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας.* Οὐ περὶ τῶν ἀπελθόντων λέγει, ἀλλ' οἷς παραγγέλλει [21]· οἷς οὐκ εἶπε, παρεῖδεν. Οὐ λέγει δὲ, Ἑκόντες ἐκακουργήσατε, ἀλλ', Ἠγνοήσατε. Παραγγέλλει γοῦν, οὐκ ἀπαιτεῖ κόλασιν, ὥσπερ ἀξίους ὄντας κολάσεως· ἀλλὰ τανῦν καλεῖ πρὸς μετάνοιαν. *Διότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην.* Ἀναγκαίως, φησὶ, κρίσιν κατὰ πασῶν πράξεων καὶ διαλήψεων ποιήσει ἐν Ἀνδρὶ, ὃν ὥρισεν ἔσεσθαι κριτὴν ζώντων καὶ νεκρῶν· οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἀνθρωπήσας Κύριος. Μεγάλα δὲ καὶ ὑψηλὰ ἀκούσαντες, οὐδὲ προσεῖπον, ἀλλὰ τὴν ἀνάστασιν ἐχλεύαζον. *Ψυχικὸς γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπος, οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος.* — *Καὶ οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν.* Οὕτω, πῶς; Τοὺς μὲν πείσας, ὑπὸ δὲ τῶν γελώντων ἐκβληθείς. *Τινὲς δὲ ἐπίστευσαν, ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης.* Ἔξω τῆς πόλεως ἦν τὸ κατ' Ἄρειον Πάγον δικαστήριον. Ἐδίκαζον οὖν οἱ Ἀρεοπαγῖται περὶ τῶν σφαλμάτων πάντων καὶ ἀνομιῶν. Διὰ τοῦτο ἄτε ξένων δαιμονίων καταγγελέα τὸν Παῦλον πρὸς τὴν ἐξ Ἀρείου Πάγου βουλὴν ἕλκουσιν·

Ac tempora quidem istius ignorantiæ, etc. Non de mortuis loquitur, sed de iis, quibus denuntiat Deus. Ὑπεριδών, id cum despexerit, cum dissimularit, non dixit, παρεῖδεν, id proprie significat, perperam vidit, allucinatus est, dum aliud pro alio videndo accipit, quod de Deo suspicari absurdum est et alienum. Non dicit autem, Sponte ac voluntate vestra atque consulto peccastis et malefici fuistis, sed, *ignorastis quid fuerit faciendum.* Denuntiat igitur, non pœnas expetit, tanquam a supplicio dignis: sed nunc invitat ad pœnitentiam, ad saniorem mentem, et ut vos ad frugem bonam recipiatis. *Propterea quod statuit diem, in quo judicaturus est orbem terrarum.* Necessario, inquit, judicium de omnibus D factis atque cogitatis **138** faciet per Virum, quem destinavit judicem vivorum et mortuorum: is autem est Dominus, qui homo factus est. Cæterum cum magna atque sublimia audissent, ne alloquio quidem illum dignati sunt, sed ressurrectionem deridebant. Animalis enim, inquit, homo non probat neque amplectitur spiritualia. *Atque ita Paulus exi-*

## Variæ lectiones et notæ.

[19] *Videtur locus corruptus.* [20] *In vulgatis est,* ἐν οἷς καὶ Διονύσιος. [21] *Videtur locus mutilus, ac desiderari,* ὑπεριδών, *aut simile quid.*

Digitized by Google

*vit de medio illorum.* Ita. Quomodo? Alios quidem persuasos et in suam sententiam adductos relinquens, ab aliis vero derisus. *Quidam autem crediderunt, in quibus erat etiam Dionysius Areopagita.* Extra urbem curia erat in colle Martio. Cognoscebant igitur Areopagitæ de omnibus fraudibus ac maleficiis. Idcirco Paulum utpote peregrinorum dæmoniorum annuntiatorem, ad curiam atque senatum Martii collis trahunt: sed cum tunc divinus Dionysius in collegium Areopagitarum pro judice cooptatus esset, veritati evangelicæ hoc tribuit, ut contra eam pronuntiare nollet. Et eum valedixisset ac renuntiasset stultæ Areopagitarum severitati, illuminationem Evangelii amplectebatur. Nam etsi Romani tunc rerum potiebantur, tamen Athenas et Lacedæmona liberas reliquerunt: unde etiam tunc apud Athenienses judicium quoque Areopagitarum exercebatur. Atque initiatur quidem et imbuitur Dionysius salutari doctrina per Paulum, sed eruditur et instituitur, tanquam puer a magistro, ab Hierotheo maximo.

A ἀλλ' ἐν τοῖς Ἀρεοπαγίταις τότε τελῶν, ἅτε δικαστής, ὁ θεῖος Διονύσιος, ἀδίκαστον ἀπένειμε τῇ ἀληθείᾳ τὴν ψῆφον· καὶ ἐῤῥῶσθαι φράσας τῇ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἀνοήτῳ σεμνότητι, τοῦ φωτίσματος εἶχετο. Κἂν γὰρ Ῥωμαῖοι τότε ἐκράτουν, ἀλλ' οὖν αὐτονόμους ἀφῆκαν Ἀθήνας καὶ Λακεδαίμονα [22]. Ὅθεν ἔτι καὶ παρ' Ἀθήναις [23] καὶ [24] κατὰ τοὺς Ἀρεοπαγίτας ἐπολιτεύετο. Καὶ τελεῖται μὲν τὰ τῆς σωτηρίας δόγματα διὰ Παύλου· παιδεύεται δὲ διδασκάλως ὑπὸ Ἱεροθέῳ [25] τῷ μεγίστῳ.

## CAPUT XVIII.

B

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

VERS. 1. *Posthæc autem Paulus, relictis Athenis, venit Corinthum:*

*Μετὰ δὲ ταῦτα χωρισθεὶς ὁ Παῦλος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, ἦλθεν εἰς Κόρινθον.*

VERS. 2. *Atque illic nactus quemdam Judæum nomine Aquilam, Ponticum natione, qui recens venerat ex Italia, et Priscillam ejus uxorem, propterea quod Claudius Cæsar jusserat omnes Judæos excedere Roma, accessit ad eos,*

*Καὶ εὑρών τινα Ἰουδαῖον ὀνόματι Ἀκύλαν, Ποντικὸν τῷ γένει, προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ Ἰταλίας [26], καὶ Πρίσκιλλαν γυναῖκα αὐτοῦ (διὰ τὸ προστεταχέναι [27] Κλαύδιον χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης), προσῆλθεν αὐτοῖς,*

VERS. 3. *Et quia eamdem artem noverat, mansit apud illos et artem exercebat: erant enim arte tentoriorum confectores.*

*Καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι, ἔμενε [28] παρ' αὐτοῖς, καὶ εἰργάζετο· ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην.*

VERS. 4. *Sermocinabatur autem in Synagoga omni die Sabbati, ac suadebat Judæis et Græcis.*

*Διελέγετο δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ κατὰ πᾶν Σάββατον, ἔπειθέ τε Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας.*

VERS. 5. *Ut autem Silas et Timotheus descenderunt de Macedonia, Paulus Spiritu concitabatur, testificans Judæis Christum esse Jesum.*

*Ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας ὅ τε* C *Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο τῷ Πνεύματι ὁ Παῦλος, διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.*

VERS. 6. *Cumque illi sese opponerent ac verbis divinam majestatem lædèrent, excussis vestimentis suis dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum. Purus ego posthac ad nationes extraneas proficiscar.*

*Ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων, ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια, εἶπε πρὸς αὐτούς· Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν· καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι.*

*Venit Corinthum.* Corinthum a Spiritu **139** ducebatur, in qua urbe manere eum oportebat. Nam Athenienses etsi peregrinarum ac novarum auditionum studiosi, tamen non attendebant, nec curabant doctrinam salutarem. Non enim huic rei studebant, sed ut semper haberent aliquid quod dicerent. Satis igitur esse Paulo visum est, si illic semina dejiceret. *Propterea quod Claudius imperaverat.* Nam Nerone quidem imperante, Paulus propter Christum supplicio affectus et martyrio consecratus est: Claudii vero tempore bellum adversus Judæos conflabatur et excitabatur, et Roma, tanquam homines pestiferi, Judæi pellebantur. Idcirco divina voluntate atque dispositione accidit, ut hic vinctus illuc abduceretur, ne tanquam Judæus expelleretur. *Et quia Aquila erat ejusdem artificii, mansit apud eum et artem exer-*

*Ἦλθεν εἰς Κόρινθον.* Εἰς Κόρινθον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἦγετο, ἐν ᾗ μένειν ἔδει. Οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ξένης ὄντες ἀκροάσεως ἐρασταί, ὅμως οὐ προσεῖχον. Οὐ γὰρ τοῦτο ἐσπούδαζον, ἀλλ' ὥστε ἀεί τι ἔχειν εἰπεῖν. Ἱκανῶς οὖν ἔχειν ἔδοξε τῷ Παύλῳ, τὸ καταβάλλειν τὰ σπέρματα [29]. Ἐπὶ μὲν γὰρ Νέρωνος, ἐτελειώθη ὁ Παῦλος· ἐπὶ δὲ Κλαυδίου, ἀνερριπίζετο ὁ πρὸς Ἰουδαίους πόλεμος, καὶ ἀπὸ Ῥώμης ὡς λυ- D μεῶνες ἠλαύνοντο. Διὰ τοῦτο οἰκονομεῖται τοῦτον ὡς δέσμιον ἀπαχθῆναι ἐκεῖ, ἵνα μὴ ὡς Ἰουδαῖος ἀπελαύνηται. *Καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι τὸν Ἀκύλαν, ἔμεινε παρ' αὐτῷ καὶ εἰργάζετο.* Διὰ τοῦτο μένει ὡς ἐπιτήδειον εὑρὼν καταγώγιον. Πολλῶν γὰρ αὐτῷ τῶν βασιλείων [30] ἐπιτηδειότερον ἦν, ὥσπερ καὶ τῷ ἀθλητῇ ἡ παλαίστρα τῶν ἀπαλῶν στρωμάτων μᾶλλον χρήσιμος, καὶ τῷ πολεμιστῇ τὸ ξίφος

## Variæ lectiones et notæ.

[22] Λακεδαίμον, *erat.* [23] *Isc.* παρ' Ἀθηναίοις. [24] *Locus mutilus videtur, ac desiderari,* τὸ δικαστήριον. [25] *Isc.* Ἱεροθέου τοῦ μεγίστου. [26] *In vulgatis est,* ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. [27] *In manuscripto erat,* προσταχθέναι· *Isc.* προστεταχέναι. [28] *In vulgatis,* ἔμενεν. [29] *Videntur hic repetenda esse verba Lucæ,* διὰ τὸ προστεταχέναι Κλαύδιον. [30] βασιλειῶν, *erat.*

Digitized by Google

τὸ σιδηροῦν, ἀλλ' οὐ τὸ χρυσοῦν. *Ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια εἶπε πρὸς αὐτούς.* Ὥστε μὴ ῥήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ πράγματι φοβῆσαι· *Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν.* Ἀσαφές ἐστι τὸ ῥητόν. Οἶμαι δὲ αὐτὸν τοῦτο λέγειν· Ἕκαστος τῶν ἀποστατούντων Χριστῷ [31], ὃς ἐστι ζωή, δοκεῖ ἑαυτὸν φονεύειν, ἀπὸ τῆς ζωῆς μεταβαίνων εἰς θάνατον, τὸ αἷμα αὐτοῦ τρόπον τινὰ ἐκχέων διὰ τῆς σφαγῆς, ἣν ἐπιφέρει ἐφ' ἑαυτόν. Τοῦτο οὖν φησιν· Ἀνθ' ὧν σφάζετε ἑαυτοὺς διὰ τῆς ἀπιστίας, αὐτοῦ τούτου ὑμεῖς ἀπόσχητε δίκην ἐμοῦ ἀθῴου ὄντος. Ἐκ τούτου δυνατὸν εἰπεῖν ὅτι ὁ σφάζων ἑαυτὸν τιμωρεῖται παρὰ τοῦ Θεοῦ ὡς φονεύς.

A cebat. Idcirco manebat, quia commodum et idoneum nactus erat hospitium. Multis enim regiis ædibus erat illi commodius, quemadmodum etiam athletæ palæstra mollibus stratis utilior est : et bellatori gladius ferreus, non aureus utilis est. *Excussis vestimentis dixit ad eos:* ut non verbo solum, sed etiam re terreret illos : *Sanguis vester super caput vestrum.* Obscurum est dictum. Sed opinor eum hoc significare : Quicunque desciscit a Christo qui est vita, seipsum interficere videtur, a vita transiens ad mortem, dum sanguinem suum quodammodo effundit per cædem et mortem quam sibi conciscit et infert. Hoc igitur dicit : Quod vosmetipsos jugulatis per incredulitatem, hujus ipsus delicti vos pœnas dabitis, cum ego innocens sim. Hinc dici potest, eum qui seipsum jugulat et occidit, a Deo puniri tanquam homicidam.

*Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς οἰκίαν τινὸς* B *ὀνόματι Ἰούστου, σεβομένου τὸν Θεόν, οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ.*

*Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ τῶν Κορινθίων ἀκούσαντες, ἐπίστευσαν καὶ ἐβαπτίζοντο.*

*Εἶπε δὲ ὁ Κύριος δι' ὁράματος τῷ Παύλῳ ἐν νυκτί· Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς.*

*Διότι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ· καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε, διότι λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ.*

*Ἐκάθισέν τε ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἕξ, διδάσκων ἐν αὐτοῖς* [32] *τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.*

*Οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα.* Ὥστε καὶ ἀπὸ τούτου ζῆλον ἔχειν, ἀπὸ τῆς γειτνιάσεως. *Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ.* Τοῦτον λέγει Κρίσπον, περὶ οὗ λέγει· *Οὐδένα ἐβάπτισα, εἰ μὴ Κρίσπον καὶ Γάϊον. — Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς.* Ὃ μάλιστα αὐτὸν ἔδει, τοῦτο ὕστερον αὐτῷ λέγει. Οὐδὲν γὰρ ἐλύπει οὕτω τὸν Παῦλον, ὡς οἱ ἀπειθοῦντες.

B Vers. 7. *Atque illinc digressus, venit in domum cujusdam nomine Justi, hominis religiosi, cujus ædes continentes atque adjunctæ erant synagogæ.*

Vers. 8. *Crispus autem magister synagogæ credidit Domino una cum tota familia sua, ac multi Corinthiorum, qui Paulum audiverant, crediderunt ac baptizabantur.*

Vers. 9. *Dixit autem Dominus Paulo per visum nocturnum : Ne timeas, sed loquere, ac ne taceas,*

Vers. 10. *Quoniam ego tibi adsum : ac nemo te invadet ut noceat tibi, quia mihi multus populus est in hac urbe.*

Vers. 11. *Commoratus est igitur illic annum et menses sex, ac verbum Dei docebat inter illos.*

C *Cujus ædes continentes erant.* Ut etiam hinc studio et ardore incenderetur, nempe propter vicinitatem. *Crispus autem princeps synagogæ credidit Domino.* Hunc dicit Crispum, de quo dicit: *Neminem baptizavi, nisi Crispum et Caium* [31]. — *Ne timeas, sed loquere, ac noli tacere.* Quod maxime ipsum facere oportebat, id **140** posterius ei dicit. Nihil enim ita Paulum angebat atque sollicitum habebat, ut illi qui non credebant.

*Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας, κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ· καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα,*

*Λέγοντες, ὅτι, Παρὰ τὸν νόμον οὗτος ἀναπείθει τοὺς ἀνθρώπους σέβεσθαι τὸν Θεόν.*

*Μέλλοντος δὲ τοῦ Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα,* D *εἶπεν ὁ Γαλλίων πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· Εἰ μὲν ἦν ἀδίκημά* [33] *τι ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρόν, ὦ Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν·*

*Εἰ δὲ ζητήματά ἐστι* [34] *περὶ λόγου, καὶ ὀνομάτων, καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, ὄψεσθε αὐτοί· κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι.*

*Καὶ ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος.*

*Ἐπιλαβόμενοι δὲ πάντες οἱ Ἕλληνες Σωσθέ-*

Vers. 12. *Sed Gallione proconsule Achaiæ, Judæi universi adorti Paulum duxerunt ad tribunal,*

Vers. 13. *Dicentes : Hic suadet hominibus, ut contra legem Deum colant.*

Vers. 14. *Cum autem Paulus pro se dicere conaretur, Gallio dixit ad Judæos : Si quidem maleficium aliquod a vobis, Judæi, aut dolus malus commissus et improbe fraus facta proponeretur, recte vos ferrem et audirem accusantes :*

Vers. 15. *Sin autem quæstiones sunt de verbo et nominibus et lege vestra, vos ipsi videritis : nam ego de istis rebus cognoscere atque statuere nolo.*

Vers. 16. *Et ita summovit eos a tribunali.*

Vers. 17. *Ac Græci omnes apprehensum Sosthenem*

[31] I Cor. I, 14.

Variæ lectiones et notæ.

[32] Ἰσ. Χριστοῦ. [33] *In vulgatis est,* διδάσκων αὐτούς. [33] *In vulgatis est,* εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημα. [34] *In vulgatis,* ζήτημά ἐστι.

Digitized by Google

*magistrum synagogæ, pulsabant atque cædebant ante tribunal : et Gallio nihil horum curabat.*

Vers. 18. *At Paulus cum adhuc dies complures remansisset, fratres valere jussit, et in Syriam navigavit, et una cum illo Priscilla et Aquila, cum totondisset caput in Cenchreis : id enim voverat.*

*Judæi universi adorti Paulum.* Quomodo igitur Paulum adorti sunt, dixerit aliquis ? Cum subito rapuissent. Atqui nihil valuerunt, sed duxerunt eum ad proconsulem, qui eos curia prohibuit, ac vir humanus et æquus hic mihi fuisse videtur. *Apprehensum Sosthenem.* Porro quod Sosthenem pulsabant, vel idcirco pulsabant, quod ipse Paulo magis erat deditus et addictus, quemadmodum etiam Crispus magister synagogæ : vel ad eum usque furorem progressi erant, ut non assecuti quod intenderant atque speraverant, pro Paulo Sosthenem pulsarent : vel idcirco percutiebant eum, quia Paulum occidere voluerant, et Sosthenes eos prohibebat. At coram ipso magistratu quod non licebat committentes, Sosthenem pulsabant, hoc quasi dicentes : Si qui vult facit quod vult, et non amplius locum habet lex, ecce etiam nos hunc pulsamus. Non vindicabat autem proconsul, nec animadvertebat in eos, sed sinebat eos se mutuo pulsare : quia si contra aliquem alium hoc fecissent, prorsus poterat eos reprimere atque coercere. *Atque una cum ipso avehebatur Priscilla et Aquila, cum caput rasisset in Cenchreis.* Quoniam Judæi suspicabantur illum defectionem a lege docere, ac multi offendebantur in eo, ac prædicationem non amplectebantur : idcirco et hic et in templo Hierosolymis consulto hoc facit, et hoc erat quod ipse dicebat : *Fui legi subditus* **141** *quasi legi obnoxius, ut legi subditos lucrifacerem.* — *Id enim voverat* [2]. Votum dicit pollicitationem. Pollicitus enim erat se capillum abscissurum esse, ne postea amplius tanquam mundanus, ea quæ mundani solent agere, tractaret, sed tanquam more divino vivens, permaneret apud Ecclesiam. Atque etiam Aquila ex pollicitatione sibi crines abscidit. Qui enim pie nimirum vivere volebant, hoc faciebant : quinetiam antiquitus hoc facere Judæi consueverant. Itaque et monachorum et canonicarum, id est regularium virginum et sanctimonialium, capilli recte detondentur.

Vers. 19. *Pervenit autem Ephesum, et illos ibi reliquit, sed ipse ingressus in synagogam, sermocinabatur cum Judæis.*

Vers. 20. *Rogantibus autem illis ut diutius apud se maneret, morem eis non gessit,*

Vers. 21. *Sed eos valere jussit cum diceret : Opor-*

[2] I Cor. IX, 19 et 21.

*νην τὸν ἀρχισυνάγωγον, ἔτυπτον ἔμπροσθεν τοῦ βήματος· καὶ οὐδὲν τούτων τῷ Γαλλίωνι ἔμελεν* [33].

*Ὁ δὲ Παῦλος ἔτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανὰς, τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος, ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν· καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς· εἶχε γὰρ εὐχήν.*

*Κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι.* Πῶς οὖν ἐπέθεντο ; εἶποι τις ἄν. Ἆφνω ἁρπάσαντες. Καὶ μὴν οὐδὲν ἴσχυσαν, ἀλλ' ἦγον αὐτὸν πρὸς τὸν ἀνθύπατον. Ἀπετείχισε δὲ αὐτοῖς τὸ δικαστήριον. Ἐπιεικὴς δέ τις ἄνθρωπος οὗτος εἶναί μοι δοκεῖ. *Ἐπιλαβόμενοι δὲ Σωσθένην.* Τὸ δὲ τύπτειν τὸν Σωσθένην, ἢ διὰ τοῦτο ἔτυπτον, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς μᾶλλον προστιθέμενος ἦν τῷ Παύλῳ, ὡς καὶ Κρίσπος ὁ ἀρχισυνάγωγος· ἢ εἰς τοσοῦτον ἦσαν ἐληλακότες μανίας [34], ὅτι ἀποτυχόντες τοῦ σκοποῦ αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ Παύλου Σωσθένην ἔτυπτον· ἢ διὰ τοῦτο ἔτυπτον αὐτὸν, ἐπειδὴ ἠβουλήθησαν φονεῦσαι τὸν Παῦλον, καὶ Σωσθένης διεκώλυεν αὐτούς· ἐπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ ἄρχοντος ἀκαθοσιώτως ποιοῦντες, ἔτυπτον τὸν Σωσθένην, τοῦτο λέγοντες· Εἰ ὁ θέλων ποιεῖ ὃ θέλει, καὶ οὐκ ἔστι νόμος, καὶ ἡμεῖς ἰδοὺ τύπτομεν τοῦτον. Οὐ προσεποιεῖτο δὲ αὐτοὺς ὁ ἀνθύπατος, ἀλλ' εἶα τύπτειν ἀλλήλους· ἐπεὶ εἰ ἦσαν κατά τινος ἄλλου καὶ μὴ καθ' ἑαυτῶν ποιήσαντες τοῦτο, πάντως εἶχεν αὐτοὺς σωφρονίσαι. *Ἐξέπλει δὲ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς.* Ἐπειδὴ ἐδόκει τοῖς Ἰουδαίοις ἀποστασίαν τοῦ νόμου διδάσκειν, καὶ ἐσκανδαλίζοντο πολλοὶ εἰς αὐτὸν, καὶ οὐ παρεδέχοντο τὸ κήρυγμα· τούτου χάριν καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν τῷ ἱερῷ ἐν Ἱεροσολύμοις οἰκονομικῶς τοῦτο πράσσει· καὶ τοῦτο ἦν, ὃ αὐτὸς ἔλεγεν· *Ἐγενόμην τοῖς ὑπὸ νόμον ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω.* — *Εἶχε γὰρ εὐχήν.* Εὐχὴν λέγει τὴν ὑπόσχεσιν. Ὑποσχόμενος γὰρ ἦν ἀποκόψαι τὴν τρίχα, ἵνα μηκέτι ὡς κοσμικὸς τὰ τῶν κοσμικῶν πράττῃ, ἀλλ' ὡς κατὰ Θεὸν ζῶν παραμείνῃ [37] τῇ Ἐκκλησίᾳ. Καὶ Ἀκύλας δὲ ἐξ ὑποσχέσεως ἀπέκοψεν ἑαυτοῦ τὰς τρίχας. Οἱ θέλοντες γὰρ δῆθεν θεοσεβῶς ζῆν, ἐποίουν τοῦτο· ἀλλὰ καὶ ἔθος ἦν παλαιὸν Ἰουδαίοις τοῦτο. Ὥστε καλῶς καὶ οἱ μονάζοντες καὶ αἱ κανονικαὶ ἀποκείρονται τὰς κόμας.

*Κατήντησε δὲ εἰς Ἔφεσον, καὶ ἐκείνους κατέλιπεν αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ ἐλθὼν* [38] *τὴν συναγωγὴν, διελέχθη τοῖς Ἰουδαίοις.*

*Ἐρωτώντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ πλείονα χρόνον εἶναι* [39] *παρ' αὐτοῖς, οὐκ ἐπένευσεν,*

*Ἀλλὰ ἀπετάξατο αὐτοῖς, εἰπών· Δεῖ με*

[33] ἔμελλεν, *erat.* [34] μανίαν, *erat.* [37] παραμείνει, *erat.* [38] *In vulgatis est,* εἰσελθών. [39] *In vulgatis est,* μεῖναι.

Variæ lectiones et notæ.

Digitized by Google

πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα· πάλιν δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, θεοῦ θέλοντος [40].

*tet me omnino proximum diem festum agere Hierosolymis. Sed iterum revertar ad vos, volente Deo.*

Καὶ ἐκείνους κατέλιπεν ἐκεῖ. Τούτους ἀφῆκεν εἰς Ἔφεσον, εἰκότως ὡς διδάσκοντας· τοσοῦτον γὰρ αὐτῷ συγγενόμενοι χρόνον, πολλὰ ἔμαθον. Τὸ δὲ, Πάλιν ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, ὁ Παῦλος προφήτης ὢν καὶ ἰδὼν ὅτι ἔμελλεν ἀναστρέφειν, ἐπηγγείλατο πάλιν ἀναστρέφειν. Ἵνα δὲ μήτις ὑπὸ προπετείας τὸ αὐτὸ ποιῇ [41], ἀτόπως ὑπισχνούμενος τόδε τι ποιεῖν, ἐδίδαξεν ἡμᾶς μηδὲν περὶ τῶν μελλόντων ὑπισχνεῖσθαι ποιεῖν δίχα τοῦ εἰπεῖν· Τοῦ θεοῦ θέλοντος. Οὐ γάρ τις οἶδε [42] τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα ἡμέρα. Ἄφρων οὖν ὁ μὴ προσδιορίζων τῇ ἐπαγγελίᾳ· Ἐὰν ὁ Κύριος θέλῃ. Ἐὰν γὰρ ὡς θαρρῶν, ὅτι πάντως ποιήσει, ἐπαγγείληται, ἀκούσεται πολλάκις· Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀρῶ· ἃ δὲ ὑπέσχου, πότε ἔσται;

*Et illos reliquit ibi.* Hos reliquit Ephesi; et recte eos ibi reliquit, ut qui ad docendum idonei essent. Cum enim tandiu cum illo vixissent, multa didicerant. Quod autem dicit, *Iterum revertar ad vos*, Paulus cum esset propheta, et prævidisset se esse reversurum, promisit se rursus esse rediturum. Sed ne quis temeritate impulsus idem faciat, inconsiderate promittens se hoc vel illud esse facturum, docuit nos ut de futuris rebus nihil nos facturos esse polliceamur, quin adjiciamus hanc clausulam, *Deo volente*. Nemo namque novit, quid pariturus sit proximus dies. Amens est igitur, qui non adjicit promissioni illam distinctionem ac determinationem, Si Deus volet. Nam si tanquam fiduciæ plenus, certus atque securus, se prorsus aliquid esse facturum promiserit, audiet sæpenumero : *Stulte, hac nocte animam tuam tollam :* quæ ergo pollicitus es, quando fient?

Καὶ ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου, καὶ κατελθὼν εἰς Καισάρειαν, ἀναβὰς καὶ ἀσπασάμενος τὴν Ἐκκλησίαν, κατέβη εἰς Ἀντιόχειαν.

Καὶ ποιήσας χρόνον τινὰ, ἐξῆλθε, διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν χώραν καὶ Φρυγίαν, ἐπιστηρίζων τοὺς μαθητάς.

Ἔθος ἀεὶ τοῦτο τῷ Παύλῳ, ἐπισκέπτεσθαι τοὺς πιστοὺς καὶ ἐπιστηρίζειν αὐτούς· ἵν' εἰ εὕροι σαθρωθέντας αὐτοὺς, ἀνακουφίσῃ τὰ τούτων βάρη τῷ διδασκαλικῷ λόγῳ.

Vers. 22. *Et solvit Epheso, cumque descendisset Cæsaream et ascendisset et salutasset Ecclesiam, descendit Antiochiam :*

Vers. 23. *Atque illic aliquandiu commoratus profectus est, peragransque deinceps Galaticam regionem ac Phrygiam, discipulos confirmabat.*

Hæc semper Pauli consuetudo, ut inviseret fideles, et eos confirmaret : ut si eos debilitatos et vitiatos invenisset, sublevaret illorum molestias atque gravamina oratione magistra.

24. Ἰουδαῖος δέ τις Ἀπολλὼς [43] ὀνόματι, Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει, ἀνὴρ λόγιος, κατήντησεν εἰς Ἔφεσον, δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς Γραφαῖς.

Vers. 24. *Judæus autem quidam nomine Apollos, patria Alexandrinus, vir eloquens, pervenit Ephesum, qui multum poterat in Scripturis.*

25. Οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν Κυρίου [44], καὶ ζέων τῷ Πνεύματι ἐλάλει, καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου.

**142** Vers. 25. *Hic erat via Domini imbutus et initiatus, et fervens spiritu loquebatur : ac docebat diligenter ea, quæ pertinent ad Dominum.*

Εἰσί τινες διαβεβαιούμενοι, ὡς ὁ Ἀπολλὼς οὗτός ἐστι Ἀπελλῆς [45], τῶν Κορινθίων ἐπίσκοπος, περὶ οὗ γράφει Παῦλος· Περὶ δὲ Ἀπολλῶ, πολλὰ παρεκάλεσα αὐτόν· καὶ, Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισε. Καὶ εἰ ἀληθὲς τοῦτο, σκόπει· ἢ δώνυμος ὁ ἀνήρ· ἢ ἄλλως μετεποιήθη θάτερον τῶν ὀνομάτων εἰς τὸ λοιπόν.

Sunt nonnulli, qui affirmant hunc Apollon esse Apellen Corinthiorum episcopum, de quo scribit Paulus : *De Apollo multum eum rogavi.* Item : *Ego plantavi, Apollos rigavit* [46]. Et an hoc verum sit, considera. Nam vel binominis fuit hic vir, aut alioquin alterutrum horum nominum in alterum mutatum est.

Ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννου.

*Sciens duntaxat baptisma Joannis.*

Οὗτός τε ἤρξατο παρρησιάζεσθαι ἐν τῇ Συναγωγῇ. Ἀκούσαντες δὲ αὐτοῦ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, προσελάβοντο αὐτὸν, καὶ ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν.

Vers. 26. *Atque hic cœpit libere loqui in synaga. Quem cum audivissent Aquila atque Priscilla, assumpserunt eum et exactius ei viam Domini exposuerunt.*

Βουλομένου δὲ αὐτοῦ διελθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ, ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς ἀποδέξασθαι αὐτόν· ὃς παραγενόμενος, συνεβάλλετο [47] πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος.

Vers. 27. *Sed cum ille vellet transire in Achaiam, adhortati fratres, scripserunt discipulis ut eum reciperent. Qui cum (illo) venisset, multum adjuvabat eos qui crediderant per gratiam.*

Εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγ-

Vers. 28. *Vehementer enim Judæos convincebat*

[43] I Cor. III, 6.

## Variæ lectiones et notæ.

[40] *In vulgatis est*, τοῦ Θεοῦ θέλοντος. [41] ποιεῖ, *erat.* [42] εἶδε, *erat.* [43] *In vulgatis est*, Ἀπολλῶς. [44] *In vulgatis*, τοῦ Κυρίου. [45] *Isc.* Ἀπελλῆς. [46] *In vulgatis est*, συνεβάλετο.

Digitized by Google

VERS. 8. *Quibus auditis multitudinem et rectores civitatis perturbarunt :*

VERS. 9. *Et cum satis accepissent ab Jasone et reliquis, dimiserunt eos.*

*Cum transissent autem Amphipolin.* Parva quidem oppida prætereunt, et ad magnas urbes festinant, quod illinc ad finitimos verbum Dei dimanaturum esset. *Venerunt Thessalonicam, ubi erat synagoga Judæorum.* Quamquam dixerat : *Convertimus nos ad nationes externas,* non tamen deserebat hos : ingenti namque eorum desiderio tenebatur. *Disserebat autem ex Scripturis, patefaciens et* **132** *exponens, ut Christum oportuisset affici supplicio et a mortuis resurgere.* Ante omnia prædicat passionem atque supplicium Christi : noverat enim hoc esse salutare. *Et religiosorum Græcorum ingens multitudo.* Religiosos Græcos dicit eos, qui ex Judæis quidem erant, propterea quod legem servabant, sed Græce loquebantur, aut eos, qui de Græcis et gentilibus erant proselyti, et ascititii Judaicæque sectæ. *Et hi omnes faciunt adversus Cæsaris decreta, dum dicunt alium esse regem Jesum.* Et horum majores hoc crimini dabant Jesu, dum dicebant illum regem sese vocare. Verumtamen illi habere potuissent aliquam, ut apparet, rationem, qua facile deciperentur, propterea quod vivebat is qui accusabatur. Sed hi quodnam habebant refugium mendacii atque prætextum, dum dicebant : Jesum annuntiant regem, qui, ut ipsi putabant, mortuus erat, qui nunquam regibus terræ, ut quem prorsus non comparere videbant, poterat esse formidolosus ?

VERS. 10. *At fratres statim noctu Paulum et Silam Berræam emiserunt : quo cum venissent, in synagogam Judæorum se contulerunt.*

VERS. 11. *Hi autem erant generosiores, quam illi qui erant Thessalonicæ : quippe qui verbum Dei amplexi sunt cum summa animi promptitudine et alacritate, quotidie scrutantes Scripturas an hæc ita essent.*

VERS. 12. *Ac multi quidem eorum crediderunt, et Græcarum mulierum honestarum et virorum non pauci.*

VERS. 13. *Sed ut resciverunt Thessalonicenses Judæi etiam Berrææ verbum Dei annuntiatum esse a Paulo, illuc quoque venerunt turbas et multitudines concitatum.*

VERS. 14. *Tum vero fratres Paulam statim emiserunt, ut ad mare usque se conferret : sed Silas et Timotheus illic remanserunt.*

VERS. 15. *At illi qui Paulum producebant, duxerunt eum usque Athenas, et accepto mandato ad Silam et Timotheum ut quam celerrime venirent ad illum, discesserunt.*

A Ἐτάραξαν δὲ τὸν ὄχλον καὶ τοὺς πολιτάρχους, ἀκούσαντας [90] ταῦτα.

Καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπέλυσαν αὐτούς.

Διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν καὶ τὴν Ἀπολλωνίαν. Τὰς μὲν μικρὰς παρατρέχουσι πόλεις · ἐπὶ δὲ τὰς μείζους ἐπείγονται, ἐκεῖθεν μέλλοντος τοῦ λόγου διέρχεσθαι εἰς τὰς πλησίον · Ἦλθον εἰς Θεσσαλονίκην, ὅπου ἦν ἡ συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων. Καίτοι εἰπὼν, Στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη, οὐκ ἠφίει τούτους · πολὺν γὰρ εἶχε πρὸς αὐτοὺς πόθον. Διελέγετο δὲ ἀπὸ τῶν Γραφῶν [91] καὶ παρατιθέμενος ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν. Πρὸ πάντων τὸ πάθος κηρύττει · ἔδει γὰρ τοῦτο σωτήριον. Τῶν τε σεβομένων Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος. Σεβομένους Ἕλληνας [92], τοὺς ἐξ Ἰουδαίων μὲν ὄντας, Ἑλληνιστὶ δὲ φθεγγομένους διὰ τὸ φυλάττειν τὸν νόμον · ἢ τοὺς ἐξ Ἑλλήνων προσηλύτους, καὶ Ἰουδαίων ὑπάρχοντας. Καὶ οὗτοι πάντες ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πράσσουσι, βασιλέα λέγοντες ἕτερον εἶναι Ἰησοῦν. Καὶ οἱ τούτων πατέρες οὕτω κατηγόρουν τοῦ Ἰησοῦ, λέγοντες, ὅτι βασιλέα ἑαυτὸν καλεῖ. Πλὴν ἐκεῖνοι κἂν εἶχόν τινα κατὰ τὸ φαινόμενον εὐεξαπάτητον λόγον, διότι ἔζη ὁ κατηγορούμενος · οὗτοι δὲ ποίαν εἶχον ἀποφυγὴν τοῦ ψεύδους, λέγοντες, ὅτι Ἰησοῦν καταγγέλλοντες βασιλέα, τὸν κατ' αὐτοὺς ἀποθανόντα, περὶ οὗ οὐδέποτε εἶχον οἱ ἐπὶ τῆς γῆς βασιλεῖς φοβηθῆναι, μὴ ὁρῶντες αὐτὸν ὅλως φαινόμενον ;

Οἱ δὲ ἀδελφοὶ εὐθέως διὰ τῆς νυκτὸς ἐξέπεμψαν τόν τε Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν εἰς Βέρροιαν· οἵτινες παραγενόμενοι, εἰς τὴν συναγωγὴν ἀπῆσαν τῶν Ἰουδαίων.

Οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ, οἵτινες ἐδέξαντο τὸν λόγον μετὰ πάσης προθυμίας, τὸ καθημέραν ἀνακρίνοντες τὰς Γραφὰς, εἰ ἔχει ταῦτα οὕτως.

Πολλοὶ μὲν οὖν [93] ἐξ αὐτῶν ἐπίστευσαν, καὶ τῶν Ἑλληνίδων γυναικῶν τῶν εὐσχημόνων, καὶ ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγων.

D Ὡς δὲ ἔγνωσαν οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι, ὅτι καὶ ἐν τῇ Βερροίᾳ κατηγγέλη [94] ὑπὸ τοῦ Παύλου ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ἦλθον κἀκεῖ σαλεύοντες τοὺς ὄχλους.

Εὐθέως δὲ τότε τὸν Παῦλον ἐξαπέστειλαν οἱ ἀδελφοὶ, πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν· ὑπέμενον δὲ ὅ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος ἐκεῖ.

Οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον αὐτὸν ἕως Ἀθηνῶν, καὶ λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν Σίλαν καὶ Τιμόθεον ἵνα ὡς τάχιστα ἔλθωσι πρὸς αὐτὸν, ἐξῆσαν.

## Variæ lectiones et notæ.

[90] *In vulgatis est,* ἀκούοντας. [91] *Videtur desiderari dictio* διανοίγων. [92] *Locus corruptus et mutilus videtur.* [93] οὖν, *desideratur in manuscripto.* [94] κατηγγέλλει, *erat.*

Digitized by Google

Τὸ, *Εὐγενέστεροι*, ἀντὶ τοῦ, ἐπιεικέστεροι. Τὸ δὲ, *Καθημέρ ar ἀνακρίνοντες τὰς Γραφὰς, εἰ ἔχει ταῦτα οὕτως.* Οὐχ ὡς ἄπιστοι ἀνεζήτουν (ἤδη γὰρ ἦσαν πεπιστευκότες), ἀλλ' ὡς ἄμοιροι τῆς τῶν προφητῶν παραδόσεως· ὅπου γε μᾶλλον διὰ τούτου πιστότεροι ἐγίνοντο, ἐρευνῶντες τὰς Γραφὰς, καὶ εὑρίσκοντες τοῖς τῶν παλαιῶν προφητῶν λόγοις συνᾴδοντα τὰ περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Κυρίου πράγματα. *Εὐθέως δὲ τότε τὸν Παῦλον ἐξέπεμψαν οἱ ἀδελφοὶ* ἕως *Ἀθηνῶν.* Οἰκονομικῶς ἔφευγον, οὐ δειλιῶντες· ἢ γὰρ[95] ἂν ἐπαύσαντο κηρύττοντες, καὶ οὐχὶ μᾶλλον παρώξυναν. Ἀλλ' ἐκ τούτου δύο ἐγίνετο· καὶ [ὁ] ἐκείνων θυμὸς ἐσβέννυτο, καὶ τὸ κήρυγμα ἐπεδίδου. Τὸν Παῦλον δὲ πέμπουσι μόνον· περὶ γὰρ αὐτοῦ ἐδεδοίκεισαν μή τι πάθῃ, τὸ κεφάλαιον αὐτὸς ὤν. Οὕτως οὐ πανταχοῦ ἡ χάρις ἐνήργει· ἀλλ' εἶα αὐτοὺς καὶ διυπνίζουσα καὶ εἰς μέριμναν ἐμβάλλουσα.

A Dictio *Generosiores* posita est pro humaniores, æquiores, moderatiores et honestiores. Quod autem dicit, *Quotidie investigantes atque scrutantes Scripturas an illa ita essent:* non ut increduli requirebant et investigabant, jam enim crediderant, sed ut expertes prophetarum traditionis. Quandoquidem potius hac ratione magis creduli evadebant dum scrutabantur Scripturas, et reperiebant ea, quæ fecit et administravit Dominus assumpta carne, cum scriptis veterum prophetarum consonare atque convenire. *Tum vero fratres statim Paulum emiserunt usque Athenas.* Certo Dei consilio atque **133** dispositione fugiebant, non periculi metu. Etenim prædicare desiissent, et non potius exacerbassent et irritassent: sed hinc duo eveniebant, et illorum iracundia restinguebatur et prædicatio promovebatur. Paulum autem solum emittunt. Illi enim qui erat ipsum caput, et in quo summa rei consistebat, de quid mali accideret metuebant. Ita non ubique gratia operabatur, sed sinebat eos tum expergefaciens, tum in sollicitudinem injiciens.

*Ἐν δὲ*[94] *ταῖς Ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς τοῦ Παύλου, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν ἑαυτῷ*[97] *θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν.*

Vers. 16. *Cum autem Paulus illos Athenis exspectaret, concitabatur spiritus ejus in ipso, quod videret simulacrorum cultui deditam esse civitatem*

*Διελέγετο μὲν οὖν ἐν τῇ Συναγωγῇ τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς σεβομένοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας.*

Vers. 17. *Sermocinabatur igitur in Synagoga cum Judæis et religiosis, et quotidie in foro cum iis, qui se forte illi obtulissent.*

*Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων*[98] *καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλον*[99] *αὐτῷ, καὶ τινες ἔλεγον· Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; Οἱ δὲ Ξένων δαιμόνων*[1] *δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι, ὅτι τὸν Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν εὐηγγελίζετο*[2] *αὐτοῖς.*

Vers. 18. *Quidam autem Epicurei et Stoici philosophi congrediebantur cum illo, ac nonnulli dicebant. Quid velit spermologus, id est, nugator et blatero iste dicere? Alii vero peregrinorum inquiebant, Dæmonum videtur annuntiator esse, quod Jesum et resurrectionem eis annuntiabat.*

C

*Ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ, ἐπὶ τὸν Ἄρειον Πάγον ἤγαγον λέγοντες· Δυνάμεθα γνῶναι τίς ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή*[3]*;*

Vers. 19. *Cumque eum apprehendissent, duxerunt ad collem Martium dicentes: Possumus scire, quænam sit nova ista quæ abs te traditur doctrina?*

*Ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν· Βουλόμεθα οὖν γνῶναι, τι ἂν θέλοι ταῦτα εἶναι.*

Vers. 20. *Nam peregrina quædam infers in aures nostras. Volumus igitur scire, quidnam ista sibi velint.*

*Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι, εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον.*

Vers. 21. *Cæterum Athenienses omnes et qui illic versabantur hospites nulli alii rei vacabant, præterquam ut dicerent aliquid et audirent novi.*

*Παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ.* Τὸ, *παρωξύνετο*, οὐκ ὀργὴν ἐνταῦθά φησιν. Ὀργῆς γὰρ καὶ ἀγανακτήσεως[4], πόρρω τὸ χάρισμα. Τί οὖν ἐστι, *Παρωξύνετο*; Διηγείρετο· οὐκ ἔφερεν, ἀλλ' ἐτήκετο. *Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων*[5] *καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλον αὐτῷ.* Ἐπικούρειοί εἰσιν οἱ ἀπρονόητα λέγοντες εἶναι τὰ πάντα· πρὸς οὓς καὶ μάλιστα τὸν λόγον ἀποτεινόμενος ὁ Παῦλος, φησίν· *Αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν, ἐρίσας προστεταγμένους καιροὺς, καὶ τὰς ἑροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν·* δεικνὺς τοῦ Θεοῦ τὴν πρό-

D [Dei] res longe aliena est ab ira atque indignatione. Quid igitur est id, quod dicit, *Concitabatur?* exstimulabatur, excitabatur, commovebatur, ferre non poterat, sed se macerabat. *Quidam autem Epicurei et Stoici philosophi congrediebantur cum illo.* Epicurei sunt, qui omnia absque Dei providentia fieri dicunt. Adversus quos etiam Paulus potissimum orationem extendens dicit: *Qui ipse dat omnibus vitam, animam et halitum, qui definit et con-*

Variæ lectiones et notæ.

[95] Isc. ἢ γάρ. [96] *In manuscripto non est* δέ. [97] *In vulgatis est,* ἐν αὐτῷ. [98] *In manuscripto est,* Ἐπικουρίων, *et ita repetitur sæpius in scholio.* [99] *In vulgatis est,* συνέβουλον. [1] *In vulgatis est,* δαιμονίων, *in manuscripto,* δαιμόνων. [2] *In vulgatis est,* αὐτοῖς εὐαγγελίζετο. [3] *In manuscripto non est nota interrogationis post* διδαχή, *ut est in vulgatis.* [4] ἀναχτήσεως *scriptum erat initio; postea primæ duæ rubræ in margine adjectæ.* [5] Ἐπικουρίων, *erat, et* Ἐπικούριοι.

Digitized by Google

*stituit tempora præscripta, certa atque destinata inquilinatus et habitationis eorum* : quibus verbis Dei providentiam ostendit. Non deridebant eum philosophi ita loquentem : neque enim quidquam intelligebant eorum, quæ dicebantur. Qui enim potuissent quorum alii quidem Deum corpus esse, alii vero voluptatem beatitudinem esse dicebant? *Ac nonnulli dicebant : Quid velit spermologus dicere?* Spermologum, hoc sonat seminilegam seu frugilegam, aviculam aiunt esse vilissimam, quæ semina in triviis **134** dissipata colligere solita sit : cui qui inane supercilium tollunt et multum sibi placent, magnosque spiritus sumunt propter copiam et ubertatem dicendi philosophi, Paulum assimilabant. Sapientes enim viles vocant, inquit scriptor Proverbiorum. Quoniam igitur spermologus sive frugilega parva est avis, neque ad vescendum, neque ad delectandum idonea, viles homines spermologos appellabant. *Alii vero, Peregrinorum dæmonum, inquiunt, annuntiator esse videtur.* Etenim resurrectionem deam quamdam esse existimabant, ut qui etiam feminas colere solerent. Dæmonia namque deos suos vocabant. *Duxerunt eum ad collem Martium.* Non discendi causa, sed puniendi in eo loco ubi agebantur et cognoscebantur causæ homicidii. Martius autem collis vocabatur is locus, quoniam Mars illic, ut fama est, adulterii pœnas dedit. Πάγος autem locus est editus : nam in colle quodam erat illa curia. Notandum est autem illos, quanquam sermocinationibus et auditionibus dediti et addicti erant, tamen illa, quæ nunquam audiverant, peregrina ac nova putasse. Nam alioquin etiamsi prædicabat hominem cruci affixum fuisse, non novum erat quod dicebatur : sin autem Deum dicebat cruci affixum esse, et resurrexisse, revera nova atque peregrina loquebatur.

A νοιαν· οὐ κατεγέλων αὐτοῦ οἱ φιλόσοφοι οὕτως αὐτοῦ φθεγγομένου· οὐδὲ γὰρ ἐνόουν τι τῶν λεγομένων. Πῶς γὰρ οἱ μὲν σῶμα τὸν Θεὸν λέγοντες· οἱ δὲ ἡδονὴν τὴν μακαριότητα; *Καί τινες ἔλεγον· Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν;* Σπερμολόγον πτηνὸν εἶναί φασιν εὐτελέστατον, τὰ ἐν ταῖς τριόδοις κατεσκεδασμένα τῶν σπερμάτων εἰωθὸς συλλέγειν· ᾧ [8] ματαίαν αἴροντες ὀφρῦν ἐπὶ γλώττῃ πλατείᾳ, φρονοῦντές τε μέγα, παρείκαζον τὸν Παῦλον [7]. Τοὺς γὰρ σοφοὺς φαύλους καλοῦσι, φησὶ ὁ Παροιμιαστής. Ἐπειδὴ οὖν ὄρνεόν ἐστιν ὁ σπερμολόγος βραχὺ, καὶ οὔτε πρὸς βρῶσιν, οὔτε πρὸς τέρψιν ἐπιτήδειον, τοὺς εὐτελεῖς σπερμολόγους ἐκάλουν. *Οἱ δὲ, Ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι.* Καὶ γὰρ τὴν ἀνάστασιν, Θεόν B τινα εἶναι ἐνόμιζον, ἅτε εἰωθότες καὶ θηλείας σέβειν. Δαιμόνια γὰρ τοὺς θεοὺς αὐτῶν ἐκάλουν. *Ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸν Ἄρειον Πάγον*, οὐχ ὅτι μαθεῖν, ἀλλ' ὥστε κολάσασθαι, ἔνθα αἱ φονικαὶ δίκαι. Ἄρειος [8] δὲ πάγος ἐκαλεῖτο, ἐπειδὴ ὁ Ἄρης ἐκεῖσε τῆς μοιχείας [9], ὡς φασι, δέδωκε δίκας. Πάγος δὲ ὁ ὑψηλὸς τόπος· ἐν γὰρ ὄχθῳ τινὶ ἦν ἐκεῖνο τὸ δικαστήριον. Σημειωτέον ὅτι, καίτοι ἐν τῷ λαλεῖν ἀσχολούμενοι καὶ ἀκούειν, ὅμως ξενίζοντα ἐνόμιζον εἶναι ἐκεῖνα, ἅπερ οὐδέποτε ἤκουσαν· ἄλλως τε δὲ καὶ εἰ ἄνθρωπον ἐκήρυττεν ἐσταυρῶσθαι, οὐ ξένον ἦν τὸ λεγόμενον· εἰ δὲ Θεὸν ἔλεγεν ἐσταυρῶσθαι καὶ ἐγηγέρθαι, ὄντως ξενίζοντα ἐλάλει.

Vers. 22. *Stans autem Paulus in medio Martii colis, dicebat : Viri Athenienses, in omnibus vos fere video religiosiores esse.*

Vers. 23. *Transiens enim, et contemplans numina quæ colitis, reperi etiam aram cum hac inscriptione : Ignoto Deo. Quem igitur ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis.*

Vers. 24. *Deus qui fecit mundum, et omnia quæ sunt in eo, hic cum cæli terræque Dominus sit, non in manufactis templis habitat.*

Vers. 25. *Neque manibus hominum colitur, ut qui alicujus rei egenus sit, cum ipse omnibus vitam, animam et halitum atque omnia det.*

Vers. 26. *Fecitque ex uno sanguine omne genus hominum, ut in omni solo terræ habitarent, definivitque ac statuit tempora certa atque præscripta ac terminos habitationis eorum,*

Vers. 27. *Ut quærerent Dominum, si forte palpando et contrectando eum inveniant. Quanquam non procul abest ab unoquoque nostrum.*

Vers. 28. *Per eum enim vivimus et movemur et sumus, ut quidam etiam vestrorum poetarum dixerunt : nam hujus quoque progenies sumus.*

C *Σταθεὶς δὲ Παῦλος ἐν μέσῳ τοῦ Ἀρείου Πάγου, ἔφη· Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ.*

*Διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο· Ἀγνώστῳ Θεῷ. Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.*

*Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς Κύριος [10] ὑπάρχων, οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ,*

*Οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα [11].*

*Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς,* D *ὁρίσας προστεταγμένους [12] καιροὺς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τὰς κατοικίας αὐτῶν,*

*Ζητεῖν τὸν Κύριον, εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν· καί γε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα.*

*Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμὲν, ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι· Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.*

## Variæ lectiones et notæ.

[6] ὢ, *erat.* [7] παρεικάζοντες Παῦλον, *erat.* [8] ὄρειος, *erat.* [9] μοιχίας, *erat.* [10] *In vulgatis nonnulli est,* ὁ Κύριος. [11] V. C. *et* B. *legunt,* καὶ πάντα, *quam lectionem ego quoque sequor.* [12] *In vulgatis est,* προτεταγμένους.

Digitized by Google

*Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν χρυσῷ, ἢ ἀργύρῳ, ἢ λίθῳ χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον.*

Ὡς δεισιδαιμονεστέρους. Δεισιδαίμων λέγεται ὁ δεδιὼς τὰ δαιμόνια, ὁ πάντα θειάζων, καὶ ξύλον, καὶ λίθον, καὶ πνεῦμα. Ὥσπερ ἐγκωμιάζειν αὐτοὺς δοκεῖ. *Δεισιδαιμονεστέρους* δὲ, ἀντὶ τοῦ, εὐλαβεστέρους· τοῦτο δὲ εἶπε διὰ τὸν βωμόν. Ἀνειστήκει δὲ αὐτοῖς ὁ βωμὸς ἐκ τοιαύτης αἰτίας· Πόλεμος τοῖς Ἀθηναίοις ποτὲ συνερράγη πρὸς ἐναντίους· εἶτα πράξαντες κακῶς ἀνεχώρησαν. Καὶ ἐπειδὴ παίζειν αὐτοὺς τοῖς δαίμοσιν ἔθος ἦν, τῶν δαιμόνων τις ἐπιφανεὶς, οὐδεπώποτε ἔφη παρ' αὐτῶν τεθεραπεῦσθαι· κἀκεῖνος αὐτοῖς ὀργισθεὶς, τῆς ἥττης ταύτης αἴτιος γεγενῆσθαι. Ἐκείνῳ τε οὖν ἀνέστησαν [13] ναόν· καὶ ὡς φυλαττόμενοι μὴ τὸ αὐτὸ καὶ ἄλλοτε πάθοιεν, παρέντες τινὰ Θεὸν ἄγνωστον αὐτοῖς, ἀνέστησαν τὸν βωμὸν ἐκεῖνον ἐπιγράφοντες· *Ἀγνώστῳ Θεῷ*· τοῦτο λέγοντες, ὅτι, Εἰ καί τις ἕτερος ἀγνοοῖτο παρ' ἡμῶν, εἰς τιμὴν ἐκείνου οὗτος ὁ βωμὸς ἐγηγέρθω, ὡς ἂν ἵλεως ἡμῶν [14] εἴη, εἴπερ ἀγνοούμενος ὢν μὴ θεραπεύοιτο. Ἦν δὲ ἡ πᾶσα τοῦ βωμοῦ ἐπιγραφή· *Θεοῖς Ἀσίας, καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης· Θεῷ ἀγνώστῳ καὶ ξένῳ. — Διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν.* Εὗρεν ἐν τῇ πόλει οὐχὶ βιβλίον θεῖον, ἀλλὰ βωμὸν ἑστηκότα· καὶ ἀπὸ τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ βωμοῦ τὸν βωμὸν καθεῖλε. Τί γὰρ ἔδει ποιῆσαι αὐτόν; Ἕλληνες πάντες ἦσαν ἀσεβεῖς. Εἰ ἀπὸ Εὐαγγελίων διηλέχθη αὐτοῖς, κατεγέλων· ἀπὸ προφητῶν, οὐκ ἐπίστευον. Ἀπὸ τῶν ὅπλων οὖν τῶν πολεμίων αὐτὰ ἐχειρώσατο· καὶ τοῦτο ἐστιν ὃ λέγει· *Ἐγερόμην τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος.* Εἶδε τὸν βωμὸν, καὶ μετέστησε τὰ γράμματα πρὸς ἑαυτόν· μᾶλλον δὲ τὸ νόημα τούτων μετέθηκεν. Ἐγέγραπτο, φησὶν, ἐν τῷ βωμῷ· *Ἀγνώστῳ Θεῷ.* Τίς δὲ ἦν ἄλλος ἀγνοούμενος Θεὸς, ἀλλ' ἢ ὁ Χριστός; Τί οὖν; οἱ Ἀθηναῖοι διὰ τὸν Χριστὸν ἔγραψαν τοῦτο; Εἰ διὰ τὸν Χριστὸν ἔγραψαν, οὐκ ἦν οὕτω θαυμαστὸν τὸ κατόρθωμα Παύλου. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἄλλως ἔγραψαν· οὗτος δὲ ἴσχυσεν ἄλλως αὐτὸ μεταβαλεῖν. Ἀναγκαῖον δὲ εἰπεῖν τίνος ἕνεκεν ἐκεῖνοι ἔγραψαν· *Ἀγνώστῳ Θεῷ.* Πολλοὺς εἶχον θεοὺς ἐκεῖνοι, καὶ ἐπιχωρίους καὶ ξένους. Τούτους τοίνυν τοὺς μὲν παρὰ μητέρων εἶχον δεξάμενοι· τοὺς δὲ, ἀπὸ τῶν πλησίων ἐθνῶν. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἐξ ἀρχῆς πάντας ἐδέξαντο, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν εἰσηνέχθησαν αὐτοῖς· οἱ μὲν, ἐπὶ τῶν πατέρων, οἱ δὲ, ἐπὶ τῶν πάππων, οἱ δὲ ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς αὐτῶν, συνελθόντες εἶπον, ὅτι, Ὥσπερ τούτους ἠγνοοῦμεν, εἶτα ὕστερον αὐτοὺς ἐγνωρίσαμεν, οὕτω συμβαίνει καὶ ἄλλον εἶναι ἀγνοούμενον, καὶ ὄντα μὲν Θεὸν, οὐ γνωριζόμενον δὲ ὑφ' ἡμῶν. καὶ διὰ τοῦτο λανθάνει ἀμελούμενος καὶ μὴ θεραπευόμενος. Ἔστησαν οὖν βωμὸν, καὶ ἐπέγραψαν· *Ἀγνώστῳ Θεῷ*· τοῦτο λέγοντες διὰ τοῦ γράμματος, ὅτι Καὶ εἴτις ἐστὶ Θεὸς

A

B

C

D

Vers. 29. *Cum igitur simus Dei progenies, non debemus existimare auro, aut argento, aut lapidi arte et industria humana sculpto simile esse numen divinum.*

**135** *Fere religiosiores.* Δεισιδαίμων dicitur is, qui timet dæmonia, qui omnia pro numine colit et veneratur, et lignum, et lapidem, et spiritum. Quasi laudare eos videtur. Δεισιδαιμονεστέρους autem, id est, dæmonia timentes, posuit pro *religiosores* : hoc autem dixit propter altare. Porro altare exstructum fuerat ab illis ex hujusmodi causa : Prælio quondam conflixerant Athenienses cum adversarlis : deinde accepta clade recesserant. Et quoniam ludos dæmonibus celebrare consueverant, quidam dæmon cum apparuisset, nunquam ab illis se cultum esse dicebat : ac sese illis iratum mali prælii illius auctorem et causam fuisse. Itaque et illi delubrum exstruxerunt : et ut caventes ne quando alias quoque, quod aliquem incognitum sibi Deum præteriissent ac neglexissent, idem ipsis accideret, exstruxerunt illud altare, inscribentes : *Ignoto Deo :* hoc significantes, Etiamsi quis alius a nobis ignoretur, in honorem illius hoc altare exstructum esto, ut nobis propitius sit, si cum nobis incognitus sit non colatur. Erat autem aræ tota inscriptio hæc : *Diis Asiæ, Europæ et Libyæ : Deo incognito ac peregrino. — Cum transirem enim et contemplarer numina quæ colitis.* Invenit in urbe non librum divinum, sed aram stantem : atque occasione sumpta ab altaris inscriptione, altare demolitus est. Quid enim illum facere oportebat? Græci omnes erant impii et veri Dei cultus expertes. Si ab Evangeliis sumpto argumento verba ad eos fecisset, derisissent : si a prophetis, non credidissent. Armis igitur hostium ipsa arma subegit ; atque hoc est quod dicit : *Fui legis expertibus et impiis tanquam impius et legis exvers.* Vidit altare, et ad suum usum scripta traduxit : imo vero sententiam illorum traduxit et invertit. Inscriptum, inquit, altari erat , *Ignoto Deo.* Quis autem erat alius Deus qui ignorabatur, præterquam Christus? Quid igitur? an Athenienses propter Christum scripserant hoc? Si propter Christum scripsissent, non adeo mirandus esset rei a Paulo inceptæ prosper successus. Verum illi quidem aliter scripserant : hic vero potuit scriptum aliter traducere atque immutare. Necesse est autem dicere, cujus rei gratia illi scripserant, *Ignoto Deo.* Multos illi deos habebant tum patrios atque domesticos, tum hospites ac peregrinos. Hos igitur partim quidem a matribus acceptos habebant, partim vero a finitimis nationibus. Quoniam ergo non omnes ab initio acceperunt, sed paulatim ab iis introducti erant, alii quidem ætate patrum, alii vero tempore avorum, alii ipsorum ætate, congregati dixerunt : Quemadmodum hos ignorabamus, deinde postea eos cognovimus , ita accidere potest ut etiam alius ignoretur,

Variæ lectiones et notæ.

[13] *Isc.* ἀνέστησαν. [14] ἡμῖν *Isc.*



Digitized by Google

qui Deus quidem sit, sed nobis incognitus, et idcireo nos fallat, dum negligitur et non colitur. Statuerunt igitur altare et inscripserunt, *Ignoto* **136** *Deo* : hoc scripto illo significantes : Etiamsi quis alius est Deus nobis incognitus, illum quoque colemus. Animadverte immensum et excellentem dæmonum metum. Idcirco Paulus dicebat : *In omnibus fere ad timorem dæmonum præcensiores vos esse video*, hoc est, *religiosiores*. Non enim vobis notos dæmones solos colitis, verum etiam vobis nondum notos. Itaque cum captiose sententiam altaris inscriptionis interpretatus esset, accommodavit eam ad Christum. *Quem enim ignorantes vos colitis, hunc ego annuntio vobis*. His verbis illum erant insimulaturi Athenienses : Novam atque peregrinam doctrinam introducis, Deum quem ignoramus introducis. Cum igitur vellet liberari suspicione atque docere se non peregrinum Deum prædicare, sed quem ipsi antea colendo honorassent, Vos, inquit, me prævenistis, vester cultus meæ prædicationi antevertit : hunc enim annuntio, quem vos ignorantes colitis. *Deus qui fecit mundum*. Unum verbum prolocutus est, quo omnia philosophorum dogmata atque sententias subvertit. Nam Epicurei quidem res fortuitas esse aiunt, et ex atomis, hoc est, ex individuis corpusculis effici : hic vero Dei opus mundum esse ait, et omnia quæ sunt in eo. *Non in manufactis templis habitat*. Ne existimarent unum de multis esse Deum, qui ab eo prædicabatur, quod dixerat corrigit, subjungens, *Non in manufactis templis habitat*, sed in animo humano. Quid igitur? annon habitabat in templo Jerosolymorum? Nequaquam, sed operabatur ac vim suam exercebat, et in actum proferebat. Qui igitur manibus hominum colebatur apud Judæos? Non manibus, sed mente : quoniam illa hic non desiderabat quasi alicujus rei egenus : *Num vescar*, inquit, *carnibus taurorum*? etc. — *Nulla re indigens, cum ipse det omnibus vitam et halitum*. Duo ponit deitatis certa argumenta, nimirum quod et ipse nulla re indigeat, et omnibus omnia præbeat. Ecce autem etiam animæ illum conditorem facit, non genitorem. *Definivitque ac statuit tempora certa atque præscripta*. Definivit ac præscripsit ut quærerent Deum : verum non semper hoc præscripsit, sed certis atque præscriptis temporum vicissitudinibus, ostendens eos nunc, cum non quæsivissent, invenisse. Quoniam enim quæsitum non invenerant, ostendit illum ita fuisse manifestum, ut si aliqua res in medio posita contrectetur. Non enim hic quidem cœlum erat, alibi autem non : neque in hoc quidem tempore erat, in alio vero non. Itaque et in omni tempore, et in omni termino ac limite poterat inveniri : ita rem disposuit et administravit, ut neque loco neque tempore prohiberetur. Iloc enim ipsum maxime eos adjuvabat, quod ubique cœlum est, et quod in omni tempore stat.

A ἕτερος ἀγνοούμενος ἡμῖν, κἀκεῖνον θεραπεύσομεν. Ὅρα ὑπερβολὴν δεισιδαιμονίας. Διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος ἔφη· *Κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ*, ἀντὶ τοῦ, *εὐλαβεστέρους*· οὐ γὰρ τοὺς γνωρίμους ὑμῖν δαίμονας θεραπεύετε μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς οὔπω γνωρισθέντας ὑμῖν. Καὶ αἰχμαλωτίσας τὸ νόημα, ἐπέστησεν αὐτὸ ἐπὶ τὸν Χριστόν. *Ὃν γὰρ ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε ὑμεῖς, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν*. Ἔμελλον ταῦτα ἐγκαλεῖν Ἀθηναῖοι, ὅτι, Ξενίζοντα δόγματα εἰσφέρεις· ὅτι, Θεὸν ὃν οὐκ ἴσμεν, εἰσφέρεις. Βουλόμενος οὖν ἀπαλλαγῆναι τῆς ὑποψίας καὶ διδάξαι ὅτι οὐ ξένον κηρύττει Θεὸν, ἀλλ' ὃν προλαβόντες αὐτοὶ διὰ τῆς θεραπείας ἐτίμησαν, Ὑμεῖς με προελάβετε, φησὶν, ἔφθασεν ὑμῶν ἡ θεραπεία τὸ ἐμὸν
B κήρυγμα· τοῦτον γὰρ καταγγέλλω, ὃν ὑμεῖς ἀγνοοῦντες θεραπεύετε. *Ὁ Θεὸς ποιήσας τὸν κόσμον*, μίαν φωνὴν ἐφθέγξατο, δι' ἧς πάντα κατέστρεψε τὰ τῶν φιλοσόφων. Οἱ μὲν γὰρ Ἐπικούριοι [15] αὐτόματά φασι καὶ ἀπὸ ἀτόμων· οὗτος δὲ, ἔργον φησὶ Θεοῦ τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα. *Οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ*. Ἵνα μὴ νομίσωσιν ἕνα τῶν πολλῶν εἶναι Θεὸν τὸν ὑπ' αὐτοῦ κηρυττόμενον, διορθοῦται ἐπάγων· *Οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ*, ἀλλ' ἐν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ. Τί οὖν; Οὐ κατῴκει ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἱεροσολύμων; Οὐ δῆτα, ἀλλ' ἐνήργει. Πῶς οὖν ἐθεραπεύετο ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων παρὰ Ἰουδαίοις; Οὐχ ὑπὸ χειρῶν, ἀλλ' ὑπὸ διανοίας· ἐπεὶ ἐκεῖνα οὐκ ἐζήτει οὗτος ὡς προσδεόμενος. *Μὴ φάγομαι κρέα ταύρων*; φησὶ,
C καὶ τὰ ἑξῆς. — *Μὴ προσδεόμενός τινος αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοήν*. Δύο τεκμήρια Θεότητος, τὸ αὐτόν τε μηδενὸς δεῖσθαι, καὶ πᾶσι πάντα παρέχειν. Ἰδοὺ δὲ καὶ τῆς ψυχῆς αὐτὸν δημιουργὸν ποιεῖ, οὐ γεννήτορα. *Ὁρίσας προστεταγμένους καιρούς*. Ὥρισε ζητῆσαι τὸν Θεόν· ἀλλ' οὐ διαπαντὸς τοῦτο ὥρισεν, ἀλλὰ [16] προστεταγμένους καιρούς· δεικνὺς ὅτι νῦν οὐχὶ ζητήσαντες εὗρον· ἐπειδὴ γὰρ ζητήσαντες οὐχ εὗρον, δείκνυσιν ὅτι οὕτως ἦν φανερῶς [17], ὥσπερ ἂν εἰς μέσον τι ψηλαφώμενος. Οὐ γὰρ ἐνταῦθα μὲν ἦν οὐρανὸς, ἀλλαχοῦ δὲ οὔ· οὐδὲ ἐν τούτῳ μὲν ἦν τῷ χρόνῳ, ἄλλῳ δὲ οὔ. Ὥστε καὶ κατὰ πάντα καιρὸν καὶ κατὰ πᾶσαν ὁρθοτείαν δυνατὸν εὑρεῖν αὐτόν·
D οὕτως ᾠκονόμησεν, ὥστε μήτε τόπῳ κωλύεσθαι μήτε χρόνῳ. Αὐτὸ γὰρ τοῦτο μάλιστα αὐτοῖς συνεβάλλετο τὸ πανταχοῦ εἶναι τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸ ἐν παντὶ χρόνῳ ἑστάναι. Οὕτως ἐγγύς ἐστι, φησὶν, ὡς χωρὶς αὐτοῦ μὴ ζῆν. *Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν*. Ὥσπερ ἐν σωματικῷ ὑποδείγματι [18] ἀδύνατον ἀγνοῆσαι ἀέρα πανταχοῦ κεχυμένον, καὶ οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα, μᾶλλον δὲ καὶ ἐν ἡμῖν ὄντα. Τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ λέγει καὶ τὴν συγκρότησιν, τὸ εἶναι παρ' αὐτοῦ, τὸ ἐνεργεῖν, τὸ μὴ ἀπολέσθαι. *Ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασιν.*

## Variæ lectiones et notæ.

[15] *Ισ.* Ἐπικούρειοι. [16] *Videtur desiderari* κατά. [17] *Ισ.* φανερός. *Et* ψηλαφῶμεν *aut* ψηλαφώμενον. [18] *Videtur desiderari*, διδάσκει, παριστησιν, *aut simile quid.*

Digitized by Google

Ἄρατος μὲν ὁ σοφὸς περὶ τοῦ Διὸς εἶπε· *Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν*· οὗτος δὲ περὶ τοῦ Δημιουργοῦ αὐτὸ λέγει, οὐ τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ λέγων, μὴ γένοιτο! Ἀλλὰ τὸ κυρίως ἐπ' αὐτῷ [19] λέγων· ἐπεὶ καὶ βωμὸν τούτου εἶπεν, οὐκ ἐκείνου οὗ ἔσεβον. Γένος τοῦ Θεοῦ εἶπεν ἡμᾶς, τουτέστιν οἰκείους ἐγγυτάτους· ἐπειδὴ ἐκ τοῦ γένους ἡμῶν ὁ Θεὸς εὐδόκησε τεχθῆναι ἐπὶ τῆς γῆς. Οὐκ εἶπε δὲ, Οὐκ ὀφείλετε χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ τὸ θεῖον νομίζειν εἶναι ὅμοιον, ἀλλὰ ταπεινότερον τούτου, *Οὐκ ὀφείλομεν*. Ὅρα δὲ πῶς τὸ ἀσώματον εἰσήγαγεν. Ἡ γὰρ διάνοια, ὅταν ὑποπτεύσῃ σῶμα, καὶ διάστημα ὑπονοεῖ.

A Adeo prope est, inquit, ut **137** absque illo vivere non possimus. *Per ipsum enim vivimus et movemur et sumus.* Quasi corporea similitudine atque exemplo ostendit fieri non posse, ut aer qui ubique fusus, ac non procul ab unoquoque nostrum, imo vero qui etiam in nobis est, ignoretur. Providentiam illius significat, et conflationem atque exercitationem, nempe quod ab illo simus creati, quod ab illo proficiscatur efficientia et actus, quod non pereamus. *Ut etiam quidam vestri poetæ dixerunt.* Aratus quidem ille sapiens de Jove dixit: *Illius enim sumus progenies*: sed hic id dicit de Creatore, non eumdem significans, quem ille. Absit! sed id quod proprie de Deo dici convenit, significans quoniam etiam altare hujus dicit, non illius quem colebant. Progeniem Dei nos esse dixit, hoc est, cognatos proximos: quoniam ex genere nostro Deo visum est nasci in terra. Non dixit autem, Non debetis existimare numen divinum simile esse auro aut argento: sed quod humilius est quam hoc, nempe *Non debemus*. Vide autem ut introduxerit id quod est incorporeum. Mens enim cum corpus esse putat, etiam intervallum esse arbitratur.

*Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, τανῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν.*

B Vers. 30. *Ac tempora quidem istius ignorantiæ cum Deus usque hoc tempus dissimularit, nunc omnibus, qui ubique sunt, hominibus denuntiat, ut ad sanitatem revertantur.*

*Διότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ ἐν Ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.*

Vers. 31. *Propterea quod statuit diem, in quo juste judicaturus est orbem terrarum per Virum quem huic negotio destinavit, fidemque fecit omnibus, dum illum ex mortuis resuscitavit.*

*Ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον· Ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου.*

Vers. 32. *Audita autem resurrectione mortuorum, alii quidem irridebant, alii vero dixerunt: Audiemus te rursus de hac re.*

*Καὶ οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν.*

Vers. 33. *Atque ita Paulus exivit de medio eorum.*

*Τινὲς δὲ ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ, ἐπίστευσαν· ἐν οἷς Διονύσιος [20] ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς.*

C Vers. 34. *Sed quidam viri sese illi adjunxerunt atque crediderunt: in quorum numero erat Dionysius Areopagita, et mulier nomine Damaris, et alii cum illis.*

*Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας.* Οὐ περὶ τῶν ἀπελθόντων λέγει, ἀλλ' οἷς παραγγέλλει [21]· οἷς οὐκ εἶπε, παρεῖδεν. Οὐ λέγει δὲ, Ἑκόντες ἐκακουργήσατε, ἀλλ', Ἠγνοήσατε. Παραγγέλλει γοῦν, οὐκ ἀπαιτεῖ κόλασιν, ὥσπερ ἀξίους ὄντας κολάσεως· ἀλλὰ τανῦν καλεῖ πρὸς μετάνοιαν. *Διότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην.* Ἀναγκαίως, φησὶ, κρίσιν κατὰ πασῶν πράξεων καὶ διαλήψεων ποιήσει ἐν Ἀνδρὶ, ὃν ὥρισεν ἔσεσθαι κριτὴν ζώντων καὶ νεκρῶν· οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἀνθρωπήσας Κύριος. Μεγάλα δὲ καὶ ὑψηλὰ ἀκούσαντες, οὐδὲ προσεῖπον, ἀλλὰ τὴν ἀνάστασιν ἐχλεύαζον. Ψυχικὸς γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπος, *οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος.* — *Καὶ οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν.* Οὕτω, πῶς; Τοὺς μὲν πείσας, ὑπὸ δὲ τῶν γελώντων. *Τινὲς δὲ ἐπίστευσαν, ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης.* Ἔξω τῆς πόλεως ἦν τὸ κατ' Ἄρειον Πάγον δικαστήριον. Ἐδίκαζον οὖν οἱ Ἀρεοπαγῖται περὶ τῶν σφαλμάτων πάντων καὶ ἀνομιῶν. Διὰ τοῦτο ἅτε ξένων δαιμονίων καταγγελέα τὸν Παῦλον πρὸς τὴν ἐξ Ἀρείου Πάγου βουλὴν ἕλκουσιν·

*Ac tempora quidem istius ignorantiæ*, etc. Non de mortuis loquitur, sed de iis, quibus denuntiat Deus. Ὑπεριδών, id cum despexerit, cum dissimularit, non dixit, παρεῖδεν, id proprie significat, perperam vidit, allucinatus est, dum aliud pro alio videndo accipit, quod de Deo suspicari absurdum est et alienum. Non dicit autem, Sponte ac voluntate vestra atque consulto peccastis et malefici fuistis, sed, *ignorastis quid fuerit faciendum.* Denuntiat igitur, non pœnas expetit, tanquam a supplicio dignis: sed nunc invitat ad pœnitentiam, ad saniorem mentem, et ut vos ad frugem bonam recipiatis. *Propterea quod statuit diem, in quo judicaturus est orbem terrarum.* Necessario, inquit, judicium de omnibus D factis atque cogitatis **138** faciet per Virum, quem destinavit judicem vivorum et mortuorum: is autem est Dominus, qui homo factus est. Cæterum cum magna atque sublimia audissent, ne alloquio quidem illum dignati sunt, sed ressurrectionem deridebant. Animalis enim, inquit, homo non probat neque amplectitur spiritualia. *Atque ita Paulus exi-*

## Variæ lectiones et notæ.

[19] *Videtur locus corruptus.* [20] *In vulgatis est*, ἐν οἷς καὶ Διονύσιος. [21] *Videtur locus mutilus, ac desiderari*, ὑπεριδών, *aut simile quid.*

Digitized by Google

*vit de medio illorum.* Ita. Quomodo? Alios quidem persuasos et in suam sententiam adductos relinquens, ab aliis vero derisus. *Quidam autem crediderunt, in quibus erat etiam Dionysius Areopagita.* Extra urbem curia erat in colle Martio. Cognoscebant igitur Areopagitæ de omnibus fraudibus ac maleficiis. Idcirco Paulum utpote peregrinorum dæmoniorum annuntiatorem, ad curiam atque senatum Martii collis trahunt: sed cum tunc divinus Dionysius in collegium Areopagitarum pro judice cooptatus esset, veritati evangelicæ hoc tribuit, ut contra eam pronuntiare nollet. Et eum valedixisset ac renuntiasset stultæ Areopagitarum severitati, illuminationem Evangelii amplectebatur. Nam etsi Romani tunc rerum potiebantur, tamen Athenas et Lacedæmona liberas reliquerunt: unde etiam tunc apud Athenienses judicium quoque Areopagitarum exercebatur. Atque initiatur quidem et imbuitur Dionysius salutari doctrina per Paulum, sed eruditur et instituitur, tanquam puer a magistro, ab Hierotheo maximo.

A ἀλλ' ἐν τοῖς Ἀρεοπαγίταις τότε τελῶν, ἅτε δικαστὴς, ὁ θεῖος Διονύσιος, ἀδίκαστον ἀπένειμε τῇ ἀληθείᾳ τὴν ψῆφον· καὶ ἐῤῥῶσθαι φράσας τῇ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἀνοήτῳ σεμνότητι, τοῦ φωτίσματος εἴχετο. Κἂν γὰρ Ῥωμαῖοι τότε ἐκράτουν, ἀλλ' οὖν αὐτονόμους ἀφῆκαν Ἀθήνας καὶ Λακεδαίμονα [21]. Ὅθεν ἔτι καὶ παρ' Ἀθήναις [22] καὶ [23] κατὰ τοὺς Ἀρεοπαγίτας ἐπολιτεύετο. Καὶ τελεῖται μὲν τὰ τῆς σωτηρίας δόγματα διὰ Παύλου· παιδεύεται δὲ διδασκάλως ὑπὸ Ἱεροθέῳ [24] τῷ μεγίστῳ.

## CAPUT XVIII.

B

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Vers. 1. *Posthæc autem Paulus, relictis Athenis, venit Corinthum:*

*Μετὰ δὲ ταῦτα χωρισθεὶς ὁ Παῦλος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, ἦλθεν εἰς Κόρινθον.*

Vers. 2. *Atque illic nactus quemdam Judæum nomine Aquilam, Ponticum natione, qui recens venerat ex Italia, et Priscillam ejus uxorem, propterea quod Claudius Cæsar jusserat omnes Judæos excedere Roma, accessit ad eos,*

*Καὶ εὑρών τινα Ἰουδαῖον ὀνόματι Ἀκύλαν, Ποντικὸν τῷ γένει, προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ Ἰταλίας [25], καὶ Πρίσκιλλαν γυναῖκα αὐτοῦ (διὰ τὸ προστεταχέναι [27] Κλαύδιον χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης), προσῆλθεν αὐτοῖς,*

Vers. 3. *Et quia eamdem artem noverat, mansit apud illos et artem exercebat: erant enim arte tentoriorum confectores.*

*Καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι, ἔμεινε [28] παρ' αὐτοῖς, καὶ εἰργάζετο· ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην.*

Vers. 4. *Sermocinabatur autem in Synagoga omni die Sabbati, ac suadebat Judæis et Græcis.*

*Διελέγετο δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ κατὰ πᾶν Σάββατον, ἔπειθέ τε Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας.*

Vers. 5. *Ut autem Silas et Timotheus descenderunt de Macedonia, Paulus Spiritu concitabatur, testificans Judæis Christum esse Jesum.*

C *Ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας ὅ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο τῷ Πνεύματι ὁ Παῦλος, διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.*

Vers. 6. *Cumque illi sese opponerent ac verbis divinam majestatem læderent, excussis vestimentis suis dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum. Purus ego posthac ad nationes extraneas proficiscar.*

*Ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων, ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια, εἶπε πρὸς αὐτούς· Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν· καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι.*

*Venit Corinthum.* Corinthum a Spiritu **139** ducebatur, in qua urbe manere eum oportebat. Nam Athenienses etsi peregrinarum ac novarum auditionum studiosi, tamen non attendebant, nec curabant doctrinam salutarem. Non enim huic rei studebant, sed ut semper haberent aliquid quod dicerent. Satis igitur esse Paulo visum est, si illic semina dejiceret. *Propterea quod Claudius imperaverat.* Nam Nerone quidem imperante, Paulus propter Christum supplicio affectus et martyrio consecratus est: Claudii vero tempore bellum adversus Judæos conflabatur et excitabatur, et Roma, tanquam homines pestiferi, Judæi pellebantur. Idcirco divina voluntate atque dispositione accidit, ut hic vinctus illuc abduceretur, ne tanquam Judæus expelleretur. *Et quia Aquila erat ejusdem artificii, mansit apud eum et artem exer-*

*Ἦλθεν εἰς Κόρινθον.* Εἰς Κόρινθον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἦγετο, ἐν ᾗ μένειν ἔδει. Οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ξένης ὄντες ἀκροάσεως ἐρασταὶ, ὅμως οὐ προσεῖχον. Οὐ γὰρ τοῦτο ἐσπούδαζον, ἀλλ' ὥστε ἀεί τι ἔχειν εἰπεῖν. Ἱκανῶς οὖν ἔχειν ἔδοξε τῷ Παύλῳ, τὸ καταβάλλειν τὰ σπέρματα [29]. Ἐπὶ μὲν γὰρ Νέρωνος, ἐτελειώθη ὁ Παῦλος· ἐπὶ δὲ Κλαυδίου, ἀνερριπίζετο ὁ πρὸς Ἰουδαίους πόλεμος, καὶ ἀπὸ Ῥώμης ὡς λυμεῶνες ἠλαύνοντο. Διὰ τοῦτο οἰκονομεῖται τοῦτον ὡς δέσμιον ἀπαχθῆναι ἐκεῖ, ἵνα μὴ ὡς Ἰουδαῖος ἀπελαύνηται. *Καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι τὸν Ἀκύλαν, ἔμεινε παρ' αὐτῷ καὶ εἰργάζετο.* Διὰ τοῦτο μένει ὡς ἐπιτήδειον εὑρὼν καταγώγιον. Πολλῶν γὰρ αὐτῷ τῶν βασιλείων [30] ἐπιτηδειότερον ἦν, ὥσπερ καὶ τῷ ἀθλητῇ ἡ παλαίστρα τῶν ἀπαλῶν στρωμάτων μᾶλλον χρήσιμος, καὶ τῷ πολεμιστῇ τὸ ξίφος;

D

### Variæ lectiones et notæ.

[21] Λακεδαίμον, *erat.* [22] *Isc.* παρ' Ἀθηναίοις. [24] *Locus mutilus videtur, ac desiderari,* τὸ δικαστήριον. [24] *Isc.* Ἱεροθέου τοῦ μεγίστου. [25] *In vulgatis est,* ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. [27] *In manuscripto erat,* προσταχθέναι· *Isc.* προστεταχέναι. [28] *In vulgatis,* ἔμενεν. [29] *Videntur hic repetenda esse verba Lucæ,* διὰ τὸ προστεταχέναι Κλαύδιον. [30] βασιλειῶν, *erat.*

Digitized by Google

τὸ σιδηροῦν, ἀλλ' οὐ τὸ χρυσοῦν. *Ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια εἶπε πρὸς αὐτούς.* Ὥστε μὴ ῥήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ πράγματι φοβῆσαι· *Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν.* Ἀσαφές ἐστι τὸ ῥητόν. Οἶμαι δὲ αὐτὸν τοῦτο λέγειν· Ἕκαστος τῶν ἀποστατούντων Χριστῷ [31], ὃς ἐστι ζωή, δοκεῖ ἑαυτὸν φονεύειν, ἀπὸ τῆς ζωῆς μεταβαίνων εἰς θάνατον, τὸ αἷμα αὐτοῦ τρόπον τινὰ ἐκχέων διὰ τῆς σφαγῆς, ἣν ἐπιφέρει ἐφ' ἑαυτόν. Τοῦτο οὖν φησιν· Ἀνθ' ὧν σφάζετε ἑαυτοὺς διὰ τῆς ἀπιστίας, αὐτοῦ τούτου ὑμεῖς ἀπόσχητε δίκην ἐμοῦ ἀθώου ὄντος. Ἐκ τούτου δυνατὸν εἰπεῖν ὅτι ὁ σφάζων ἑαυτὸν τιμωρεῖται παρὰ τοῦ Θεοῦ ὡς φονεύς.

A cebat. Idcirco manebat, quia commodum et idoneum nactus erat hospitium. Multis enim regiis ædibus erat illi commodius, quemadmodum etiam athletæ palæstra mollibus stratis utilior est : et bellatori gladius ferreus, non aureus utilis est. *Excussis vestimentis dixit ad eos:* ut non verbo solum, sed etiam re terreret illos : *Sanguis vester super caput vestrum.* Obscurum est dictum. Sed opinor eum hoc significare : Quicunque desciscit a Christo qui est vita, seipsum interficere videtur, a vita transiens ad mortem, dum sanguinem suum quodammodo effundit per cædem et mortem quam sibi conciscit et infert. Hoc igitur dicit : Quod vosmetipsos jugulatis per incredulitatem, hujus ipsus delicti vos pœnas dabitis, cum ego innocens sim. Hinc dici potest, eum qui seipsum jugulat et occidit, a Deo puniri tanquam homicidam.

*Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς οἰκίαν τινὸς* B *ὀνόματι Ἰούστου, σεβομένου τὸν Θεόν, οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ.*

*Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ τῶν Κορινθίων ἀκούσαντες, ἐπίστευσαν καὶ ἐβαπτίζοντο.*

*Εἶπε δὲ ὁ Κύριος δι' ὁράματος τῷ Παύλῳ ἐν νυκτί· Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς.*

*Διότι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ· καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε, διότι λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ.*

*Ἐκάθισέν τε ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἕξ, διδάσκων ἐν αὐτοῖς* [32] *τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.*

*Οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα.* Ὥστε καὶ ἀπὸ τούτου ζῆλον ἔχειν, ἀπὸ τῆς γειτνιάσεως. *Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ.* Τοῦτον λέγει Κρίσπον, περὶ οὗ λέγει· *Οὐδένα ἐβάπτισα, εἰ μὴ Κρίσπον καὶ Γάϊον. — Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς.* Ὃ μάλιστα αὐτὸν ἔδει, τοῦτο ὕστερον αὐτῷ λέγει. Οὐδὲν γὰρ ἐλύπει οὕτω τὸν Παῦλον, ὡς οἱ ἀπειθοῦντες.

B Vers. 7. *Atque illinc digressus, venit in domum cujusdam nomine Justi, hominis religiosi, cujus ædes continentes atque adjunctæ erant synagogæ.*

Vers. 8. *Crispus autem magister synagogæ credidit Domino una cum tota familia sua, ac multi Corinthiorum, qui Paulum audiverant, crediderunt ac baptizabantur.*

Vers. 9. *Dixit autem Dominus Paulo per visum nocturnum : Ne timeas, sed loquere, ac ne taceas,*

Vers. 10. *Quoniam ego tibi adsum : ac nemo te invadet ut noceat tibi, quia mihi multus populus est in hac urbe.*

Vers. 11. *Commoratus est igitur illic annum et menses sex, ac verbum Dei docebat inter illos.*

C *Cujus ædes continentes erant.* Ut etiam hinc studio et ardore incenderetur, nempe propter vicinitatem. *Crispus autem princeps synagogæ credidit Domino.* Hunc dicit Crispum, de quo dicit : *Neminem baptizavi, nisi Crispum et Caium* [31]. — *Ne timeas, sed loquere, ac noli tacere.* Quod maxime ipsum facere oportebat, id **140** posterius ei dicit. Nihil enim ita Paulum angebat atque sollicitum habebat, ut illi qui non credebant.

*Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας, κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ· καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα,*

Vers. 12. *Sed Gallione proconsule Achaiæ, Judæi universi adorti Paulum duxerunt ad tribunal,*

*Λέγοντες, ὅτι, Παρὰ τὸν νόμον οὗτος ἀναπείθει τοὺς ἀνθρώπους σέβεσθαι τὸν Θεόν.*

Vers. 13. *Dicentes : Hic suadet hominibus, ut contra legem Deum colant.*

D *Μέλλοντος δὲ τοῦ Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα, εἶπεν ὁ Γαλλίων πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· Εἰ μὲν ἦν ἀδίκημά* [33] *τι ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρόν, ὦ Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν·*

Vers. 14. *Cum autem Paulus pro se dicere conaretur, Gallio dixit ad Judæos : Si quidem maleficium aliquod a vobis, Judæi, aut dolus malus commissus et improbe fraus facta proponeretur, recte vos ferrem et audirem accusantes :*

*Εἰ δὲ ζητήματά ἐστι* [34] *περὶ λόγου, καὶ ὀνομάτων, καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, ὄψεσθε αὐτοί· κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι.*

Vers. 15. *Sin autem quæstiones sunt de verbo et nominibus et lege vestra, vos ipsi videritis : nam ego de istis rebus cognoscere atque statuere nolo.*

*Καὶ ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος.*

Vers. 16. *Et ita summovit eos a tribunali.*

*Ἐπιλαβόμενοι δὲ πάντες οἱ Ἕλληνες Σωσθέ-*

Vers. 17. *Ac Græci omnes apprehensum Sosthenem*

[31] I Cor. I, 14.

Variæ lectiones et notæ.

[31] *Ισ.* Χριστοῦ. [32] *In vulgatis est,* διδάσκων αὐτούς. [33] *In vulgatis est,* εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημα. [34] *In vulgatis,* ζήτημά ἐστι.

Digitized by Google

*magistrum synagogæ, pulsabant atque cædebant ante tribunal : et Gallio nihil horum curabat.*

Vers. 18. *At Paulus cum adhuc dies complures remansisset, fratres valere jussit, et in Syriam navigavit, et una cum illo Priscilla et Aquila, cum totondisset caput in Cenchreis : id enim voverat.*

*Judæi universi adorti Paulum.* Quomodo igitur Paulum adorti sunt, dixerit aliquis ? Cum subito rapuissent. Atqui nihil valuerunt, sed duxerunt eum ad proconsulem, qui eos curia prohibuit, ac vir humanus et æquus hic mihi fuisse videtur. *Apprehensum Sosthenem.* Porro quod Sosthenem pulsabant, vel idcirco pulsabant, quod ipse Paulo magis erat deditus et addictus, quemadmodum etiam Crispus magister synagogæ : vel ad eum usque furorem progressi erant, ut non assecuti quod intenderant atque speraverant, pro Paulo Sosthenem pulsarent : vel idcirco percutiebant eum, quia Paulum occidere voluerant, et Sosthenes eos prohibebat. At coram ipso magistratu quod non licebat committentes, Sosthenem pulsabant, hoc quasi dicentes : Si qui vult facit quod vult, et non amplius locum habet lex, ecce etiam nos hunc pulsamus. Non vindicabat autem proconsul, nec animadvertebat in eos, sed sinebat eos se mutuo pulsare : quia si contra aliquem alium hoc fecissent, prorsus poterat eos reprimere atque coercere. *Atque una cum ipso avehebatur Priscilla et Aquila, cum caput rasisset in Cenchreis.* Quoniam Judæi suspicabantur illum defectionem a lege docere, ac multi offendebantur in eo, ac prædicationem non amplectebantur : idcirco et hic et in templo Hierosolymis consulto hoc facit, et hoc erat quod ipse dicebat : *Fui legi subditus* **141** *quasi legi obnoxius, ut legi subditos lucrifacerem. — Id enim voverat* [1]. Votum dicit pollicitationem. Pollicitus enim erat se capillum abscissurum esse, ne postea amplius tanquam mundanus, ea quæ mundani solent agere, tractaret, sed tanquam more divino vivens, permaneret apud Ecclesiam. Atque etiam Aquila ex pollicitatione sibi crines abscidit. Qui enim pie nimirum vivere volebant, hoc faciebant : quinetiam antiquitus hoc facere Judæi consueverant. Itaque et monachorum et canonicarum, id est regularium virginum et sanctimonialium, capilli recte detondentur.

Vers. 19. *Pervenit autem Ephesum, et illos ibi reliquit, sed ipse ingressus in synagogam, sermocinabatur cum Judæis.*

Vers. 20. *Rogantibus autem illis ut diutius apud se maneret, morem eis non gessit,*

Vers. 21. *Sed eos valere jussit cum diceret : Opor-*

[1] I Cor. IX, 19 et 21.

A *νην τὸν ἀρχισυνάγωγον, ἔτυπτον ἔμπροσθεν τοῦ βήματος· καὶ οὐδὲν τούτων τῷ Γαλλίωνι ἔμελεν* [38].

*Ὁ δὲ Παῦλος ἔτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανὰς, τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος, ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν· καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς· εἶχε γὰρ εὐχήν.*

*Κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι.* Πῶς οὖν ἐπέθεντο ; εἶποι τις ἄν. Ἄφνω ἁρπάσαντες. Καὶ μὴν οὐδὲν ἴσχυσαν, ἀλλ' ἦγον αὐτὸν πρὸς τὸν ἀνθύπατον. Ἀπετείχισε δὲ αὐτοῖς τὸ δικαστήριον. Ἐπιεικὴς δέ τις ἄνθρωπος οὗτος εἶναί μοι δοκεῖ. *Ἐπιλαβόμενοι δὲ Σωσθένην.* Τὸ δὲ τύπτειν τὸν Σωσθένην, ἢ διὰ τοῦτο ἔτυπτον, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς B μᾶλλον προστιθέμενος ἦν τῷ Παύλῳ, ὡς καὶ Κρίσπος ὁ ἀρχισυνάγωγος· ἢ εἰς τοσοῦτον ἦσαν ἐληλακότες μανίας [36], ὅτι ἀποτυχόντες τοῦ σκοποῦ αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ Παύλου Σωσθένην ἔτυπτον· ἢ διὰ τοῦτο ἔτυπτον αὐτὸν, ἐπειδὴ ἠβουλήθησαν φονεῦσαι τὸν Παῦλον, καὶ Σωσθένης διεκώλυεν αὐτούς· ἐπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ ἄρχοντος ἀκαθοσιώτως ποιοῦντες, ἔτυπτον τὸν Σωσθένην, τοῦτο λέγοντες· Εἰ ὁ θέλων ποιεῖ ὃ θέλει, καὶ οὐκ ἔστι νόμος, καὶ ἡμεῖς ἰδοὺ τύπτομεν τοῦτον. Οὐ προσεποιεῖτο δὲ αὐτοὺς ὁ ἀνθύπατος, ἀλλ' εἶα τύπτειν ἀλλήλους· ἐπεὶ εἰ ἦσαν κατά τινος ἄλλου καὶ μὴ καθ' ἑαυτῶν ποιήσαντες τοῦτο, πάντως εἶχεν αὐτοὺς σωφρονίσαι. *Ἐξέπλει δὲ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς.* Ἐπειδὴ ἐδόκει τοῖς Ἰουδαίοις ἀποC στασίαν τοῦ νόμου διδάσκειν, καὶ ἐσκανδαλίζοντο πολλοὶ εἰς αὐτὸν, καὶ οὐ παρεδέχοντο τὸ κήρυγμα· τούτου χάριν καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν τῷ ἱερῷ ἐν Ἱεροσολύμοις οἰκονομικῶς τοῦτο πράσσει· καὶ τοῦτο ἦν, ὃ αὐτὸς ἔλεγεν· *Ἐγενόμην τοῖς ὑπὸ νόμον ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω. — Εἶχε γὰρ εὐχήν.* Εὐχὴν λέγει τὴν ὑπόσχεσιν. Ὑποσχόμενος γὰρ ἦν ἀποκόψαι τὴν τρίχα, ἵνα μηκέτι ὡς κοσμικὸς τὰ τῶν κοσμικῶν πράττῃ, ἀλλ' ὡς κατὰ Θεὸν ζῶν παραμείνῃ [37] τῇ Ἐκκλησίᾳ. Καὶ Ἀκύλας δὲ ἐξ ὑποσχέσεως ἀπέκοψεν ἑαυτοῦ τὰς τρίχας. Οἱ θέλοντες γὰρ δῆθεν θεοσεβῶς ζῆν, ἐποίουν τοῦτο· ἀλλὰ καὶ ἔθος ἦν παλαιὸν Ἰουδαίοις τοῦτο. Ὥστε καλῶς καὶ οἱ μονάζοντες καὶ αἱ κανονικαὶ ἀποκείρονται τὰς κόμας. D

*Κατήντησε δὲ εἰς Ἔφεσον, καὶ ἐκείνους κατέλιπεν αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ ἐλθὼν* [38] *τὴν συναγωγὴν, διελέχθη τοῖς Ἰουδαίοις.*

*Ἐρωτώντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ πλείονα χρόνον εἶναι* [39] *παρ' αὐτοῖς, οὐκ ἐπένευσεν,*

*Ἀλλὰ ἀπετάξατο αὐτοῖς, εἰπών· Δεῖ με*

Variæ lectiones et notæ.

[36] ἐμελλεν, *erat.* [36] μανίαν, *erat.* [37] παραμείνει, *erat.* [38] *In vulgatis est,* εἰσελθών. [39] *In vulgatis est,* μεῖναι.

Digitized by Google

πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα· πάλιν δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, Θεοῦ θέλοντος [40].

*tet me omnino proximum diem festum agere Hierosolymis. Sed iterum revertar ad vos, volente Deo.*

Καὶ ἐκείνους κατέλιπεν ἐκεῖ. Τούτους ἀφῆκεν εἰς Ἔφεσον, εἰκότως ὡς διδάσκοντας· τοσοῦτον γὰρ αὐτῷ συγγενόμενοι χρόνον, πολλὰ ἔμαθον. Τὸ δὲ, Πάλιν ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, ὁ Παῦλος προφήτης ὢν καὶ ἰδὼν ὅτι ἔμελλεν ἀναστρέφειν, ἐπηγγείλατο πάλιν ἀναστρέφειν. Ἵνα δὲ μήτις ὑπὸ προπετείας τὸ αὐτὸ ποιῇ [41], ἀτόπως ὑπισχνούμενος τόδε τι ποιεῖν, ἐδίδαξεν ἡμᾶς μηδὲν περὶ τῶν μελλόντων ὑπισχνεῖσθαι ποιεῖν εἶχα τοῦ εἰπεῖν· Τοῦ Θεοῦ θέλοντος. Οὐ γάρ τις οἶδε [42] τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα ἡμέρα. Ἄφρων οὖν ὁ μὴ προσδιορίζων τῇ ἐπαγγελίᾳ· Ἐὰν ὁ Κύριος θέλῃ. Ἐὰν γὰρ ὡς θαῤῥῶν, ὅτι πάντως ποιήσει, ἐπαγγείληται, ἀκούσεται πολλάκις· Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀρῶ· ἃ δὲ ὑπέσχου, πότε ἔσται;

*Et illos reliquit ibi.* Hos reliquit Ephesi; et recte eos ibi reliquit, ut qui ad docendum idonei essent. Cum enim tandiu cum illo vixissent, multa didicerant. Quod autem dicit, *Iterum revertar ad vos*, Paulus cum esset propheta, et prævidisset se esse reversurum, promisit se rursus esse rediturum. Sed ne quis temeritate impulsus idem faciat, inconsiderate promittens se hoc vel illud esse facturum, docuit nos ut de futuris rebus nihil nos facturos esse polliceamur, quin adjiciamus hanc clausulam, *Deo volente*. Nemo namque novit, quid pariturus sit proximus dies. Amens est igitur, qui non adjicit promissioni illam distinctionem ac determinationem, Si Deus volet. Nam si tanquam fiducia plenus, certus atque securus, se prorsus aliquid esse facturum promiserit, audiet sæpenumero : *Stulte, hac nocte animam tuam tollam* : quæ ergo pollicitus es, quando fient?

Καὶ ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου, καὶ κατελθὼν εἰς Καισάρειαν, ἀναβὰς καὶ ἀσπασάμενος τὴν Ἐκκλησίαν, κατέβη εἰς Ἀντιόχειαν.

Καὶ ποιήσας χρόνον τινὰ, ἐξῆλθε, διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν χώραν καὶ Φρυγίαν, ἐπιστηρίζων τοὺς μαθητάς.

Ἔθος ἀεὶ τοῦτο τῷ Παύλῳ, ἐπισκέπτεσθαι τοὺς πιστοὺς καὶ ἐπιστηρίζειν αὐτούς· ἵν' εἰ εὕροι σαθρωθέντας αὐτοὺς, ἀνακουφίσῃ τὰ τούτων βάρη τῷ διδασκαλικῷ λόγῳ.

Ἰουδαῖος δέ τις Ἀπολλὼς [43] ὀνόματι, Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει, ἀνὴρ λόγιος, κατήντησεν εἰς Ἔφεσον, δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς Γραφαῖς.

Οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν Κυρίου [44], καὶ ζέων τῷ Πνεύματι ἐλάλει, καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου.

Εἰσί τινες διαβεβαιούμενοι, ὡς ὁ Ἀπολλὼς οὗτός ἐστι Ἀπελλῆς [45], τῶν Κορινθίων ἐπίσκοπος, περὶ οὗ γράφει Παῦλος· Περὶ δὲ Ἀπολλῶ, πολλὰ παρεκάλεσα αὐτόν· καὶ, Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισε. Καὶ εἰ ἀληθὲς τοῦτο, σκόπει· ἢ δώνυμος ὁ ἀνὴρ· ἢ ἄλλως μετεποιήθη θάτερον τῶν ὀνομάτων εἰς τὸ λοιπόν.

Ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννου.

Οὗτός τε ἤρξατο παῤῥησιάζεσθαι ἐν τῇ Συναγωγῇ. Ἀκούσαντες δὲ αὐτοῦ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, προσελάβοντο αὐτὸν, καὶ ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν.

Βουλομένου δὲ αὐτοῦ διελθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ, ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς ἀποδέξασθαι αὐτόν· ὃς παραγενόμενος, συνεβάλλετο [46] πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος.

Εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγ-

*Et solvit Epheso, cumque descendisset Cæsaream et ascendisset et salutasset Ecclesiam, descendit Antiochiam :*

Vers. 23. *Atque illic aliquandiu commoratus profectus est, peragransque deinceps Galaticam regionem ac Phrygiam, discipulos confirmabat.*

Hæc semper Pauli consuetudo, ut inviseret fideles, et eos confirmaret : ut si eos debilitatos et vitiatos invenisset, sublevaret illorum molestias atque gravamina oratione magistra.

Vers. 24. *Judæus autem quidam nomine Apollos, patria Alexandrinus, vir eloquens, pervenit Ephesum, qui multum poterat in Scripturis.*

**142** Vers. 25. *Hic erat via Domini imbutus et initiatus, et fervens spiritu loquebatur : ac docebat diligentes ea, quæ pertinent ad Dominum.*

Sunt nonnulli, qui affirmant hunc Apollon esse Apellen Corinthiorum episcopum, de quo scribit Paulus : *De Apollo multum eum rogavi.* Item : *Ego plantavi, Apollos rigavit* [53]. Et an hoc verum sit, considera. Nam vel binominis fuit hic vir, aut alioquin alterutrum horum nominum in alterum mutatum est.

*Sciens duntaxat baptisma Joannis.*

Vers. 26. *Atque hic cæpit libere loqui in synagoga. Quem cum audivissent Aquila atque Priscilla, assumpserunt eum et exactius ei viam Domini exposuerunt.*

Vers. 27. *Sed cum ille vellet transire in Achaiam, adhortati fratres, scripserunt discipulis ut eum reciperent. Qui cum (illo) venisset, multum adjuvabat eos qui crediderant per gratiam.*

Vers. 28. *Vehementer enim Judæos convincebat*

[53] I Cor. III, 6.

## Variæ lectiones et notæ.

[40] *In vulgatis est*, τοῦ Θεοῦ θέλοντος. [41] ποιεῖ, *erat.* [42] εἶδε, *erat.* [43] *In vulgatis est*, Ἀπολλῶς. [44] *In vulgatis*, τοῦ Κυρίου. [45] Ἴσ. Ἀπελλῆς. [46] *In vulgatis est*, συνεβάλετο.

Digitized by Google

*publice, demonstrans per Scripturas Jesum esse Christum.*

A ἐπειδὴ ὅταν ἑαυτοῖς προσέχωμεν, τότε καὶ τὸ ποίμνιον κερδαίνει. *Ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους.* Παρὰ τοῦ Πνεύματος τὴν χειροτονίαν ἔχετε, φησί. Σημειωτέον δὲ, ὅτι οὓς ὀπίσω ἐκάλεσε πρεσβυτέρους, ὧδε ἐπισκόπους καλεῖ· ἤτοι διὰ τὸ καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἀνάγκην ἔχειν ἐποπτεύειν τὰ τῆς Ἐκκλησίας λογικὰ ποίμνια, μή τις ἀσθενῇ τῇ πίστει, μή τις πεινᾷ ἢ διψᾷ, ἢ ἐλέγχου καὶ ἐπιστροφῆς δεῖται, κατὰ τὸ, *Ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον*· ἢ καὶ ἐπισκόπους ὧδε τοὺς ἐπισκόπους λέγει. *Ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος.* Οὐχ ὑπὲρ μικρῶν, φησὶν, ὁ κίνδυνος· εἶγε τοῦ ἰδίου αἵματος ἐκεῖνος οὐκ ἐφείσατο. Ἵνα γὰρ ἐχθροὺς καταλλάξῃ, καὶ τὸ αἷμα ἐξέχεε· σὺ δὲ φίλους γενομένους ἰσχύεις κατασχεῖν.

inimicos reconciliaret, etiam sanguinem suum

Vers. 29. *Nam ego hoc novi fore, ut post abitionem meam lupi graves et infesti, gregique non parcentes vos invadant :*

B *Ἐγὼ γὰρ οἶδα τοῦτο, ὅτι ἐλεύσονται*[a] *μετὰ τὴν ἄφιξίν μου*[b] *λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου·*

Vers. 30. *Et ex vobismetipsis existent viri qui prava loquantur, ut discipulos ad se sequendum avellant.*

*Καὶ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα, τοῦ ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν.*

Vers. 31. *Quamobrem vigilate recordantes me per triennium noctu et interdiu non destitisse cum lacrymis monere unumquemque.*

*Διὸ γρηγορεῖτε, μνημονεύοντες ὅτι τριετείαν*[c] *νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαυσάμην*[d] *νουθετῶν ἕνα ἕκαστον.*

Duplex malum proponitur, quod et ipse non aderit, et alii adorientur : et quod molestius est, *Ex vobismetipsis*, inquit, *existent.* Res gravis est, ubi bellum est civile et intestinum. *Ut discipulos ad se sequendum avellant.* Nam hæretici hoc spectant et agunt : non Domino, sed sibimetipsis populum acquirere student, ut apud se glorientur, dum C vulgatur et circumfertur in illis, quos sibi adjunxerint, nomen ipsorum hæreticorum, ut ex eo cognominentur : exempli causa, a Manente Manichæi, ex Ario Ariani, et in aliis hæreseon speciebus similiter. Hoc est quod dicit, *Gratia avellendi discipulos post se.* Idcirco Paulus eos ante repellens atque compescens, reprimit et reprehendit eos qui dicebant : *Ego quidem sum Pauli, ego Apollo*[61].

Διπλοῦν τὸ κακὸν, ὅτι τε αὐτὸς οὐ πάρεστι, καὶ ὅτι ἕτεροι ἐπιθήσονται, καὶ τὸ χαλεπώτερον, ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. Τὸ βαρὺ, ὅταν ἐμφύλιος ὁ πόλεμος ᾖ. *Ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν.* Ὁ γὰρ τῶν αἱρετικῶν σκοπὸς σπουδάζει, οὐ τῷ Κυρίῳ, ἀλλ' ἑαυτοῖς περιποιῆσαι λαὸν, ἵνα ἑαυτοῖς καυχῶνται ἐμφερομένου αὐτοῖς τοῦ ὀνόματος τῶν αἱρετικῶν, ἵνα ἐξ αὐτοῦ χρηματίσωσιν· οἷον, ἐκ Μάνεντος Μανιχαῖοι, ἐξ Ἀρείου Ἀρειανοὶ, καὶ ἄλλα αἱρέσεων εἴδη. Τοῦτο ἔστι τὸ *ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν.* Διὰ τοῦτο προαναστέλλων αὐτοὺς, ὁ Παῦλος, ἐπιστομίζει καὶ μέμφεται τοὺς λέγοντας· *Ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ Ἀπολλῶ.*

Vers. 32. *Et nunc, fratres, commendo vos Deo, et verbo gratiæ illius, qui potest vos exædificare et hæreditate donare inter omnes sanctificatos.*

*Καὶ ταῦν παρατίθεμαι*[e] *ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, τῷ Θεῷ, καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι καὶ δοῦναι ὑμῖν κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσιν.*

Vers. 33. *Nullius argentum, aut aurum, aut vestem concupivi.*

*Ἀργυρίου, ἢ χρυσίου, ἢ ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα.*

Vers. 34. *Ipsi scitis has manus mihi meisque familiaribus res necessarias subministrasse.*

D *Αὐτοὶ γινώσκετε, ὅτι ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται.*

Ab admonitione desinit in preces. Quoniam enim illos vehementer terruerat, ne plane percelleret atque prosterneret et animo consternatos relinqueret, vide consolationem. *Et in præsentia*, inquit, *commendo vos Deo, et verbo gratiæ ejus :* hoc est

Ἀπὸ παραινέσεως εἰς εὐχὴν τελευτᾷ. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὺς σφόδρα ἐφόβησεν, ἵνα μὴ καταπλήξῃ, ὅρα τὴν παραμυθίαν. *Καὶ ταῦν*, φησὶ, *παρατίθεμαι ὑμᾶς τῷ Θεῷ, καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ*, τουτέστι τῇ χάριτι αὐτοῦ. *Ἀργυρίου*, ἢ

[60] II Tim. IV, 2. [61] I Cor. I, 12.

## Variæ lectiones et notæ.

[a] *In vulgatis est*, εἰσελεύσονται. [b] ἄφηξίν μου, *est in manuscripto; in vulgatis*, ἄφιξίν μου. [c] *In vulgato*, τριετίαν. [d] *In vulgatis hoc loco additur*, μετὰ δακρύων. [e] *In vulgatis est*, παρατίθημι.

Digitized by Google

χρυσίου. Οὐκ εἶπεν, Οὐκ ἔλαβον, ἀλλ' *Οὐδὲ ἐπεθύμησα.* Μεῖζον δὲ καὶ τοῦτο τὸ ἑπόμενον· *Ὑμεῖς ἐπίστασθε, ὅτι ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται.* Ἡ γὰρ ἀληθὴς ἐλεημοσύνη, ἐκ τῶν ἰδίων κόπων διδόναι τοῖς ἐνδεέσιν. Ὅρα δὲ πῶς εἰργάζετο ἄνθρωπος μετὰ σπουδῆς νύκτα καὶ ἡμέραν διαλεγόμενος.

A gratiæ ejus. *Argentum aut aurum.* Non dicit, Non accepi, sed, *Ne concupivi quidem.* Majus est autem hoc quoque quod sequitur: *Vos scitis ea, quæ mihi et iis qui mecum erant ad usum deſuerunt, has manus subministrasse.* Nam vera eleemosyna atque beneficentia est ex iis, quæ sua quis opera atque labore acquisivit, dare egenis. **154** Ac vide ut opus fecerit homo, qui noctu atque interdiu diligenter ac sedulo disserebat atque sermocinabatur.

*Πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, ὅτι οὕτω κοπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων· μνημονεύειν τε τὸν λόγον[8] τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ· ὅτι αὐτὸς εἶπε· Μακάριόν ἐστι μᾶλλον διδόναι ἢ λαμβάνειν.*

VERS. 35. *Omnia vobis ostendi, nempe sic laborantes nos oportere succurrere infirmis, ac meminisse verbi Domini Jesu. Quoniam ipse dixit: Beatum est potius dare quam accipere.*

Οὐκ ἔχετε εἰς ἄγνοιαν καταφυγεῖν. Ὑπέδειξα διὰ τῶν ἔργων, ὅτι οὕτω κοπιῶντας δεῖ ἐργάζεσθαι, μνημονεύειν τε τὸν λόγον τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ· καὶ πού εἶπεν; Ἴσως ἀγράφως παρέδωκαν οἱ ἀπόστολοι· ἢ ἐξ ὧν ἄν τις συλλογίσαιτο, δῆλον. Εἷς βαθμός, ῥίψαι τὰ ἑαυτοῦ· δεύτερος, ἑαυτῷ ἐπαρκεῖν· τρίτος, καὶ ἑτέροις· τέταρτος, τὸ καὶ κηρύττοντα καὶ ἐξουσίαν ἔχοντα λαμβάνειν, μὴ λαμβάνειν. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι Κακὸν τὸ λαβεῖν, ἀλλὰ, Βέλτιον τὸ μὴ λαβεῖν.

Non potest quis ad ignorantiam confugere. Ostendi ipsis factis, ita oportere laborantes operari et B memores esse verbi Domini Jesu. Et ubi dixit? Forsitan absque monimentis litterarum apostoli tradiderunt hanc vocem ex ore Domini exceptam: aut ex iis, quæ quis conjicere ac rationibus colligere possit, hoc liquet. Unus gradus est, sua abjicere: alter, sibi auxiliari et res necessarias suppeditare: tertius, etiam aliis subvenire: quartus, etiam eum qui prædicat verbum Dei et potestatem habet accipiendi, non accipere quæ potest absque reprehensione. Non dixit autem malum esse accipere, sed melius esse non accipere.

*Καὶ ταῦτα εἰπὼν, θεὶς τὰ γόνατα αὐτοῦ, σὺν πᾶσιν αὐτοῖς προσηύξατο.*

VERS. 36. *Atque hæc locutus, positis genibus suis, cum omnibus illis precatus est.*

*Ἱκανὸς δὲ ἐγένετο κλαυθμὸς πάντων· καὶ ἐπιπεσόντες[9] ἐπὶ τὸν τράχηλον[10] Παύλου, κατεφίλουν αὐτὸν,*

VERS. 37. *Satis magnus autem coortus est omnium fletus: et irruentes in collum Pauli, deosculabantur eum,*

*Ὀδυνώμενοι μάλιστα ἐπὶ τῷ λόγῳ, ᾧ εἰρήκει, ὅτι οὐκέτι μέλλουσι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ θεωρεῖν.* C *Προέπεμπον δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον.*

VERS. 38. *Dolentes maxime propter verbum illud quod negaverat illos posthac faciem suam esse visuros: ad navigium autem eum usque prosequebantur.*

Σημειωτέον, ὅτι δεῖ τὸν συνταττόμενον, εὐχὴν καὶ γονυκλισίαν ποιεῖσθαι σὺν πᾶσι τοῖς παροῦσι, καὶ οὕτως ἀποχωρεῖν. Τὴν διάθεσιν δείκνυσι τὸ[11] εἰπεῖν· *Ἐπιπεσόντες ἐπὶ τὸν τράχηλον·* ἅτε ὑστέρας περιπλοκῆς περιπλεκόμενοι, καὶ πολλὴν ἀπὸ τῆς δημηγορίας λαβόντες τὴν ἀγάπην καὶ τὸ φίλτρον.

Notandum est, eum qui valere jubet amicos et iis mandata dat, oportere genua flectere, et una cum omnibus qui adsunt, supplicare atque ita abire. Affectionem ac bonum animum illorum erga Paulum ostendit eo quod dicit: *Irruentes in collum:* utpote postremum illum amplexantes, ac quibus a concione illius ingens dilectio ingenerata, et incitamentum amoris injectum esset.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

## CAPUT XXI.

*Ὡς δὲ ἐγένετο ἀναχθῆναι ἡμᾶς ἀποσπασθέντας[12] ἀπ' αὐτῶν, εὐθυδρομήσαντες ἤλθομεν εἰς τὴν Κῶν· τῇ δὲ ἐξῆς εἰς τὴν Ῥόδον· κἀκεῖθεν εἰς Πάταρα.*

VERS. 1. *Ut autem accidit, ut avulsi ab illis in altum proveheremur, recto cursu venimus in Coum: et sequenti die Rhodum, atque illinc in Patara.*

*Καὶ εὑρόντες πλοῖον διαπερῶν εἰς Φοινίκην,* D *ἐπιβάντες ἀνήχθημεν.*

VERS. 2. *Et nacti navigium quod trajiceret in Phœnicen, eo conscendimus et in altum provecti sumus.*

*Ἀναφανέντος δὲ τῆς Κύπρου[13], καὶ καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυμον, ἐπλέομεν εἰς Συρίαν, καὶ κατήχθημεν εἰς Τύρον. Ἐκεῖσε γὰρ ἦν τὸ πλοῖον ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον.*

VERS. 3. *Cum autem evasissemus e regione Cypri et eam ad sinistram reliquissemus, navigabamus in Syriam et appulimus Tyrum: illic navis onus erat expositura.*

Δείκνυσι τὴν βίαν τῷ εἰπεῖν· *Ἀποσπασθέντες ἀπ' αὐτῶν·* καὶ εἰκότως. Εἰς γὰρ τὴν θάλασσαν

Ostendi vim, dum dicit, *Avulsi ab illis:* idque haud mirum est. Nam mare postea ingredi non poterant.

## Variæ lectiones et notæ.

[8] *In vulgatis est,* τῶν λόγων, *et paulo post,* διδόναι μᾶλλον. [9] ἐπιπεσόντων, *erat.* [10] *In vulgatis additur,* τοῦ. [11] *Isc.* τῷ. [12] ἀποσπασθέντων, *erat.* [13] *In manuscripto, et in uno vulgato est,* ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον· *in altero vulgato est,* ἀναφάναντες δὲ τὴν Κύπρον. *In altero,* ἀναφανέντος δὲ τῆς Κύπρου. *Isc.* ἀναφανέντες δὲ τῆς Κύπρου, δηλονότι ἀντιπέρας, ἤ, ἀντικρύ· *aut,* ἀναφανέντες δὲ κατὰ τὴν Κύπρον.

Digitized by Google

Quid est quod dicit, εὐθυδρομήσαντες ? Id sonat, Cum recto cursu contendissemus. Ponitur pro, Prætervecti sumus, non commorati sumus, **155** ac tempus trivimus in aliis locis. *Et nacti navigium quod trajiceret in Phœnicen.* Forsitan illud navigium ibi stabat in portu : et non invenientes navem quæ Cæsaream peteret, sed hanc quæ in Phœnicen contenderet, profecti sunt atque Cyprum et Syriam reliquerunt. Nam quod dicit, *Cum reliquissemus eam ad sinistram*, non frustra adjectum est : sed illos nec prope quidem Syriam accedere voluisse.

A αὐτοὺς λοιπὸν ἐμβῆναι οὐκ ἐνῆν. Τί ἐστιν, *εὐθυδρομήσαντες* ; ἀντὶ τοῦ, Παρήλθομεν· οὐκ ἐνδιατρίψαμεν ἑτέροις τόποις. *Καὶ εὑρόντες πλοῖον διαπερῶν εἰς Φοινίκην.* Ἴσως ἐκεῖνο αὐτόθι διέτριβε· καὶ οὐχ εὑρίσκοντες εἰς Καισάρειαν ἀπερχόμενον, ἀλλ' εἰς Φοινίκην, ἀπῆλθον· καὶ Κύπρον δὲ εἶασαν καὶ Συρίαν. Τὸ γὰρ, *Καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυμον*, οὐχ ἁπλῶς πρόσκειται, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ ἐγγὺς γενέσθαι τῆς Συρίας ἔσπευδον.

VERS. 4. *Ac repertis discipulis, ibi mansimus dies septem. Atque illi discipuli Paulo instinctu Spiritus dicebant, ne ascenderet in Jerusalem.*

*Καὶ ἀνευρόντες μαθητὰς, ἐπεμείναμεν αὐτοῦ ἡμέρας ἑπτά. Οἵτινες τῷ Παύλῳ ἔλεγον διὰ τοῦ Πνεύματος, μὴ ἀναβαίνειν εἰς Ἰερουσαλήμ.*

VERS. 5. *Cum autem dies illos peregissemus, egressi ire pergebamus, prosequentibus nos omnibus una cum uxoribus et liberis, quoad extra urbem egressi essemus. Ac positis genibus in littore precati sumus.*

B *Ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτῆσαι*[14] *τὰς ἡμέρας, ἐξελθόντες ἐπορευόμεθα, προπεμπόντων ἡμᾶς πάντων σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ἕως ἔξω τῆς πόλεως. Καὶ θέντες τὰ γόνατα ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, προσηυξάμεθα*[15].

*Καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους, ἐπέβημεν εἰς τὸ πλοῖον· ἐκεῖνοι δὲ ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια.*

VERS. 6. *Et cum nos invicem complexi essemus, et alii aliis valedixissemus, nos navem conscendimus, illi vero domum ad sua negotia reversi sunt.*

VERS. 7. *Sed nos confecta navigatione a Tyro, pervenimus Ptolemaidem, et, salutatis fratribus, mansimus apud eos diem unum.*

*Ἡμεῖς δὲ τὸν πλοῦν διανύσαντες ἀπὸ Τύρου, κατηντήσαμεν εἰς Πτολεμαΐδα, καὶ ἀσπασάμενοι τοὺς ἀδελφοὺς, ἐπεμείναμεν ἡμέραν μίαν παρ' αὐτοῖς.*

*Paulo per Spiritum* sive *instinctu Spiritus dicebant*, etc. Si igitur Spiritus jubebat, cur contradixit? [Sed per Spiritum, sive instinctu Spiritus sancti] hoc est, per Spiritum scientes. Non enim utique instinctu Spiritus sancti eum monebant, nec simpliciter et aperte ei pericula prædicebant ; sed non esse ascendendum, quia parcebant illi. Quod autem dicit, ἐξαρτῆσαι, id sonat, explicuisse, peregisse [positum est] pro, explevisse. Postquam enim expleverat statutos dies, hoc est, dies Azymorum, a Tyro profecti sunt. Considera mihi omnes dies post dies Azymorum. Tyrum venerunt intra dies quinque : deinde illic commorati sunt dies septem. Dies omnino duodecim.

C *Τῷ Παύλῳ ἔλεγον διὰ τοῦ Πνεύματος.* Εἰ τοίνυν τὸ Πνεῦμα ἐκέλευε, διὰ τί ἀντεῖπε ; Τουτέστι, διὰ τοῦ Πνεύματος εἰδότες. Οὐ γὰρ δὴ τὴν παραίνεσιν διὰ τοῦ Πνεύματος ἐποιοῦντο. Οὐ γὰρ ἁπλῶς αὐτῷ τὰ δεινὰ προὔλεγον, ἀλλ' ὅτι ἀναβῆναι οὐ χρὴ, φειδόμενοι αὐτοῦ. Τὸ δὲ, *ἐξαρτῆσαι*, ἀντὶ τοῦ, πληρῶσαι, φησί· μετὰ γὰρ τὸ πληρῶσαι τὰς τεταγμένας ἡμέρας, τουτέστι, τὰ Ἄζυμα, ἐξῆλθον τῆς Τύρου. Θέα μοι πάσας τὰς ἡμέρας[16] μετὰ τὰ Ἄζυμα. Εἰς Τύρον ἦλθον δι' ἡμερῶν πέντε· εἶτα ἐκεῖ ἐποίησαν ἡμέρας ἑπτά. Τὰς πάσας δεκαδύο.

VERS. 8. *Postridie vero Paulus cum suis profectus venit Cæsaream : et ingressi domum Philippi evangelistæ, qui erat de illis septem viris, mansimus apud illum.*

*Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐξελθόντες οἱ περὶ τὸν Παῦλον ἦλθον εἰς Καισάρειαν· καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον Φιλίππου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ὄντος ἐκ τῶν ἑπτὰ, ἐμείναμεν παρ' αὐτῷ.*

VERS. 9. *Huic autem erant filiæ virgines quatuor, quæ prophetabant et vaticinabantur.*

*Τούτῳ δὲ ἦσαν θυγατέρες παρθένοι τέσσαρες προφητεύουσαι.*

D Diaconi Philippi filiæ erant. Nota autem prophetissas illas filias ejus virgines fuisse, et id bonum magis verecundia ac religione excoluisse atque exornasse, adeo ut etiam donum prophetandi atque vaticinandi consecutæ sint. Quod si non esset operæ pretium hoc scire, scriptor non addidisset, virgines illas fuisse.

Τοῦ διακόνου Φιλίππου ἦσαν αἱ θυγατέρες. Σημείωσαι δὲ ὅτι αἱ προφῆτιδες αἱ θυγατέρες αὐτοῦ παρθένοι ἦσαν, καὶ ὅτι ἦσκουν μᾶλλον δι' εὐλάβειαν τοῦτο· ὥστε καὶ προφητείας ἠξιῶσθαι. Εἰ δὲ μὴ ἦν περισπούδαστον, οὐκ ἂν προσέθηκεν ὁ συγγραφεὺς ὅτι καὶ παρθένοι ἦσαν.

VERS. 10. *Commorantibus autem nobis ibi dies complures, descendit quidam ex Judæa propheta nomine Agabus.*

*Ἐπιμενόντων δὲ ἡμῶν ἡμέρας πλείους, κατῆλθέ τις ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας προφήτης, ὀνόματι Ἄγαβος.*

## Variæ lectiones et notæ.

[14] *In manuscripto est*, ἐξαρτίσαι, *et melius.* [15] *In vulgato*, προσευξάμεθα. [16] *Videtur hic aliquid mendi subesse in Græco aut aliquid desiderari.*

Digitized by Google

*Καὶ ἐλθὼν πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἄρας τὴν ζώνην* A *τοῦ Παύλου, δήσας τε αὐτοῦ τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας, εἶπε· Τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Τὸν ἄνδρα, οὗ ἐστιν ἡ ζώνη αὕτη, οὕτω δήσουσιν ἐν Ἰερουσαλὴμ Ἰουδαῖοι καὶ παραδώσουσιν εἰς χεῖρας ἐθνῶν.*

Οὗτος ἦν Ἄγαβος, ὁ πάλαι τὸν λιμὸν μηνύσας. Τὸ χαλεπὸν δὲ, ὅτι εἰς χεῖρας ἐθνῶν παραδώσουσιν. Ὅρα δὲ, ὅτε ἤκουσεν ὅτι μυρία δεινὰ ἔχει παθεῖν, τότε ἐπείγεται. Οὐκ εἶπε δὲ Ἄγαβος ὅτι Παῦλον δήσουσιν, ἵνα μὴ δόξῃ ἐκ συνθήκης λέγειν, ἀλλὰ, *τὸν ἄνδρα, οὗ ἐστιν ἡ ζώνη αὕτη.*

**156** Vers. 11. *Et cum venisset ad nos, et sustulisset cingulum Pauli, atque constrinxisset suos pedes ac manus, dixit : Hæc dicit Spiritus sanctus : Virum, cujus est hoc cingulum, sic vincient Judæi in Jerusalem, et tradent in manus exterarum gentium.*

Hic erat ille Agabus, qui olim famem futuram præsignificaverat. Gravis autem res erat et acerba, quod in manus exterarum gentium illum tradituri erant. Sed animadverte illum, cum audivisset innumerabilia sibi adeunda esse pericula, tunc demum festinasse. Non dixit autem Agabus, Paulum vincient, ne videretur ea dicere ex composito; sed, *Virum cujus est cingulum hoc.*

*Ὡς δὲ ἠκούσαμεν ταῦτα, παρεκαλοῦμεν ἡμεῖς καὶ οἱ ἐντόπιοι τοῦ μὴ ἀναβαίνειν αὐτὸν εἰς* B *Ἰερουσαλήμ.*

Vers. 12. *Ut autem audivimus hæc, rogabamus eum et hortabamur nos et incolæ loci illius, ne ascenderet in Jerusalem,*

*Ἀπεκρίθη τε ὁ Παῦλος· Τί ποιεῖτε κλαίοντες, καὶ συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν; Ἐγὼ γὰρ οὐ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν εἰς Ἰερουσαλὴμ ἑτοίμως ἔχω ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.*

Vers. 13. *Sed Paulus respondit : Cur facitis ut ploretis et animum meum molliatis atque frangatis ? Nam ego non modo vinciri, verum etiam mori in Jerusalem paratus sum pro nomine Domini Jesu.*

*Μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ, ἡσυχάσαμεν, εἰπόντες· Τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω.*

Vers. 14. *Sed cum illi persuaderi non posset, acquievimus ac destitimus, dicentes : Fiat Domini voluntas.*

*Τί ποιεῖτε κλαίοντες;* Ἄλλοι ἔκλαιον· αὐτὸς δὲ παρεκάλει, ἀλγῶν ἐπὶ τοῖς δάκρυσι τοῖς ἐκείνων, ὁ μὴ πάσχων ἐπὶ τοῖς οἰκείοις πειρασμοῖς. Ἐφ' ὑμῖν[17] κλαίω, φησὶ, οὐκ ἐπὶ τοῖς παθήμασιν· ὑπὲρ γὰρ ἐκείνων[18] καὶ ἀποθανεῖν βούλομαι. Ἐπεὶ δὲ μὴ C ἴσχυσαν πεῖσαι, ἡσύχασαν· συνεῖδον γὰρ ὅτι θέλημα ἦν Θεοῦ. Σημειωτέον οὖν ὅτι δεῖ ἀποτρέπεσθαι τοὺς κωλύοντάς τινα ποιεῖν τι γενναῖον, κἂν δακρύωσι. Καὶ γὰρ τὸ τοιοῦτον δάκρυον καὶ αὐτὸν τὸν Παῦλον συνέκλα, καὶ τὸ ἐρρωμένον αὐτοῦ διέλυε. Διὸ ἀποσείεται αὐτούς.

*Quid facitis ut ploretis*, etc. Alii flebant, ille vero consolabatur et hortabatur dolens propter lacrymas illorum, qui non afficiebatur neque sollicitus erat de propriis periculis. Propter vos, inquit, fleo, non propter meas molestias et afflictiones. Pro illo namque etiam mori volo. Sed postquam non potuerunt ei persuadere, acquieverunt : videbant enim Deum id velle. Notandum est igitur aversandos esse eos, qui prohibent aliquem facere aliquid strenue atque præclare, etiamsi lacrymentur. Etenim ejusmodi lacrymæ etiam ipsum Paulum frangebant, et robur animi illius molliebant. Quamobrem summovet eos atque repellit.

*Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας ἐπισκευασάμενοι*[19], *ἀναβαίνομεν*[20] *εἰς Ἰερουσαλήμ.*

Vers. 15. *Post hos autem dies instructi atque parati ad iter ascendebamus in Jerusalem,*

*Συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν ἀπὸ Καισαρείας σὺν ἡμῖν, ἄγοντες, παρ' ᾧ ξενισθῶμεν, Μνάσωνί τινι*[21] *Κυπρίῳ, ἀρχαίῳ μαθητῇ.*

Vers. 16. *Atque nobiscum una discipuli quidam a Cæsarea profecti sunt, qui adducebant apud quem hospitaremur, nempe Mnasonem quemdam Cyprium antiquum discipulum.*

*Γενομένων δὲ ἡμῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀσμένως* D *ἐδέξαντο ἡμᾶς οἱ ἀδελφοί.*

Vers. 17. *Et cum venissemus Hierosolymam, libenter exceperunt nos fratres.*

*Τῇ δὲ ἐπιούσῃ εἰσῄει ὁ Παῦλος πρὸς Ἰάκωβον σὺν ἡμῖν· πάντες δὲ*[22] *παρεγένοντο οἱ πρεσβύτεροι·*

Vers. 18. *Ac postridie Paulus una nobiscum ingrediebatur ad Jacobum, quo omnes seniores convenerunt :*

*Καὶ ἀσπασάμενος αὐτοὺς, ἐξηγεῖται καθ' ἓν ἕκαστον, ὧν ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἔθνεσι διὰ τῆς διακονίας αὐτοῦ.*

Vers. 19. *Et salutatis illis, enarrabat omnia singulatim, quæ fecerat Deus ministerio suo apud exteras nationes.*

Τὸ, *ἐπισκευασάμενοι*, τοῦτο δηλοῖ, τὰ πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν λαβόντες. *Τῇ δὲ ἐπιούσῃ εἰσῄει σὺν ἡμῖν ὁ Παῦλος πρὸς Ἰάκωβον.* Οὗτος ἐπίσκοπος ἦν τῶν Ἱεροσολύμων· οὗτος ἦν ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυ-

Quod dicit ἐπισκευασάμενοι, id est, instructi atque parati hoc videlicet significat : Cum sumpsissent ea quibus opus habebant ad iter faciendum. *Ac postridie* **157** *Paulus una nobiscum ingrediebatur ad*

Variæ lectiones et notæ.

[17] ἐφ' ἡμῖν, *erat.* [18] *Ἰσ.* ἐκείνου. [19] *In vulgato*, ἀποσκευασάμενοι. [20] *In vulgatis est*, ἀνεβαίνομεν. [21] *In vulgato* Μνάσωνί τινι. [22] πάντες τε.

Digitized by Google

*Jacobum.* Hic erat episcopus Hierosolymorum : hic erat frater Domini, vir magnus et mirabilis. Exponebat autem illis res gestas apud exteras nationes, non vanæ gloriæ studio, sed quia volebat indicare Dei erga homines benignitatem. Quod autem dicit, *suo ministerio*, hoc est, prædicatione verbi evangelici.

A ρίου, ἀνὴρ μέγας καὶ θαυμαστός. Τὰ τῶν ἐθνῶν δὲ αὐτοῖς διηγεῖται · οὐ κενοδοξῶν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ θέλων τὴν φιλανθρωπίαν ἐνδείξασθαι. *Διὰ δὲ τῆς διακονίας αὐτοῦ*, τουτέστι, τῆς κηρύξεως τοῦ εὐαγγελικοῦ λόγου.

VERS. 20. *Quibus illi auditis, Deo gratias agebant, et dixerunt ad eum : Vides, frater, quam multa millia sint Judæorum qui crediderunt ? et omnes vehementi studio legem amplectuntur.*

*Οἱ δὲ ἀκούσαντες, ἐδόξαζον τὸν Θεὸν* [23], *εἶπόν τε αὐτῷ · Θεωρεῖς, ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰουδαίων τῶν πεπιστευκότων; καὶ πάντες ζηλωταὶ τοῦ νόμου ὑπάρχουσι.*

VERS. 21. *Sed de te crebris auditionibus acceperunt, te videlicet docere eos, qui passim apud exteras nationes sunt, Judæos omnes, ut a Moyse desciscant, negantem illos debere filios suos circumcidere, et ritus atque statuta Mosaica servare.*

*Κατηχήθησαν δὲ περὶ σοῦ, ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωϋσέως τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰουδαίους, λέγων μὴ περιτέμνειν αὐτοὺς τὰ τέκνα, μηδὲ τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν.*

B

VERS. 22. *Quid igitur est ? Omnino oportet multitudinem convenire : audient enim te venisse.*

*Τί οὖν ἐστι; Πάντως δεῖ πλῆθος συνελθεῖν. Ἀκούσονται γὰρ ὅτι ἐλήλυθας.*

VERS. 23. *Hoc igitur fac quod tibi dicimus.*

*Τοῦτο οὖν ποίησον, ὃ σοι λέγομεν.*

*Quam multa millia sint Judæorum.* Hæc millia erant ex iis qui clamaverant: *Sanguis ejus super nos et super liberos nostros* [24]: verum tamen benignus ille et misericors etiam ex illis et ex liberis eorum nonnullos suscepit, ac sexcenta illis beneficia tribuit. Κατηχήθησαν δὲ περὶ σοῦ, id fere sonat, talibus auditionibus crebris aures illorum assidue circumsonuerunt. Non dixit, ἤκουσαν, hoc est, audiverunt : sed, ita crediderunt et edocti sunt.

*Πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰουδαίων.* Αὗται αἱ μυριάδες ἐκ τῶν βοησάντων · *Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν* · ἀλλ' ὅμως ὁ φιλάνθρωπος, καὶ ἐξ αὐτῶν καὶ ἐκ τῶν παίδων ἐδέξατο, καὶ μυρίων ἠξίωσεν ἀγαθῶν. *Κατηχήθησαν δὲ περὶ σοῦ.* Οὐκ εἶπεν, ἤκουσαν, ἀλλ', οὕτως ἐπίστευσαν καὶ ἐδιδάχθησαν.

*Sunt nobis viri quatuor, qui votum in se susceperunt.*

*Εἰσὶν ἡμῖν ἄνδρες τέσσαρες εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν.*

VERS. 24. *Hos assume, et purifica te una cum illis, et sumptus propter illos fac ut radant caput, et cognoscant omnes nihil esse eorum, quæ ad illos de te crebris rumoribus delata sunt : sed te quoque ita te gerere, ut legem serves.*

*Τούτους παραλαβὼν, ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς · καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς, ἵνα ξυρήσωνται τὴν κεφαλὴν, καὶ γνῶσι πάντες, ὅτι ὧν κατήχηνται περὶ σοῦ, οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ στοιχεῖς* [25] *καὶ αὐτὸς τὸν νόμον φυλάσσων.*

C

*Voto obstricti.* Multæ sunt species pollicitationis. Nam alii quidem victimas et hostias pollicebantur, alii pecunias, alii semetipsos, alii spondebant se certum dierum numerum vinum non bibituros, caput non tondere. Tales erant etiam illi viri. Εὐχὴν enim, quod nonnunquam significat preces et obsecrationem, hic accipit pro promissione seu pollicitatione. Nam capilli mortificationis seu mortalis conditionis nota et signum erant : mortui enim ii sunt, et doloris sensum non admittunt. *Hos assume et expia te una cum illis*, ac sumptum pro illis præbe. Hoc est, victimas et hostias, quæ pro illis ex præscripto legis offeruntur, tu præbe, ut diluas suspicionem. Reipsa, inquit, non verbis fac te purges atque excuses. *Ut radant caput*, inquit, *et cognoscant omnes nihil esse eorum, quæ de te crebris rumoribus acceperunt.* Erat autem consuetudo, ut qui voto obstricti erant, caput raderent post expiationem, atque sic ad dies septem **158** pro sese facerent oblationem. Tale quiddam fecerunt Aquila atque Priscilla, ut pateret eos tanquam Dei cultores capillum detondere.

*Εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτούς.* Πολλὰ τῆς ἐπαγγελίας τὰ εἴδη. Οἱ μὲν γὰρ θυσίας ἐπηγγέλλοντο, οἱ δὲ χρήματα, οἱ δὲ ἑαυτούς · οἱ δὲ ῥητῶν ἀριθμὸν ἡμερῶν μὴ πιεῖν οἶνον, μὴ κείρασθαι τὴν κεφαλήν. Τοιοῦτοι ἦσαν καὶ οὗτοι οἱ ἄνδρες. *Εὐχὴν* γὰρ καλεῖ τὴν ὑπόσχεσιν. Αἱ γὰρ τρίχες νεκρώσεως σύμβολον · νεκραὶ γὰρ αὗται, καὶ ὀδύνης αἴσθησιν οὐ δεχόμεναι. *Τούτους παραλαβὼν, ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς* [26]. Τουτέστι, τὰς προσφερομένας ὑπὲρ αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον θυσίας σὺ πάρασχε, ἵνα λύσῃς τὴν ὑποψίαν. Ἔργῳ, φησὶ, τὴν ἀπολογίαν ποίησον, μὴ λόγῳ. *Ἵνα ξυρήσωνται, φησὶ, καὶ γνῶσι πάντες* [26], *ὧν κατήχηνται περὶ σοῦ, οὐδέν ἐστιν.* Ἔθος δὲ ἦν τοὺς ἔχοντας εὐχὴν, κείρεσθαι τὴν κεφαλὴν μετὰ τὸ ἁγνισθῆναι, καὶ οὕτως ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας ποιεῖν προσφορὰν ὑπὲρ ἑαυτῶν. Τοιοῦτόν τι ἐποίησαν Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα · ὡς δῆλον εἶναι, ὅτι ὡς θεοσεβοῦντες ἀπεκείροντο τὴν κόμην.

[24] Matth. XXVII, 25.

## Variæ lectiones et notæ.

[23] *In vulgato* τὸν Κύριον. [24] στοιχεῖν, *erat.* [25] *Videtur hic repetenda illa verba Lucæ*, καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς. [26] *Desiderari videtur*, ὅτι.

Digitized by Google

Περὶ δὲ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν ἡμεῖς ἐπ- A ἐστειλάμεν, κρίναντες μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτοὺς, εἰ μὴ φυλάσσεσθαι αὐτοὺς τό τε εἰδωλόθυτον, καὶ τὸ αἷμα, καὶ πνικτὸν, καὶ πορνείαν.

Ὥσπερ ἡμεῖς, φησὶ, ἐκείνοις ἐπετάξαμεν, καίτοι Ἰουδαίοις κηρύσσοντες· οὕτω καὶ σὺ τοῖς ἔθνεσι κηρύσσων, σύμπραξον ἡμῖν. Συγκατάβασις γὰρ τὸ πρᾶγμά ἐστι· μὴ φοβηθῇς.

Τότε ὁ Παῦλος παραλαβὼν τοὺς ἄνδρας, τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ σὺν αὐτοῖς ἁγνισθείς, εἰσῄει εἰς τὸ ἱερὸν, διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ, ἕως οὗ προσηνέχθη ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν ἡ προσφορά.

Ἐξυρᾶτο ὁ Παῦλος, καὶ πάντα τὰ Ἰουδαϊκὰ ἐπ- B ετέλεσεν· οὐ τῆς γνώμης αὐτοῦ καταβαλλομένης [27] (ἐπεὶ κακία τὸ πρᾶγμα ἦν), ἀλλὰ τῆς ἀγάπης συγκαταβαινούσης. Τὸ δὲ, διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ, τοὐτέστι, καταγγέλλων· αὐτὸς ἦν ὁ δῆλον ἑαυτὸν ποιῶν.

Ὡς δὲ ἔμελλον αἱ ἑπτὰ ἡμέραι συντελεῖσθαι, οἱ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι, θεασάμενοι αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ, συνέχεον πάντα τὸν ὄχλον, καὶ ἐπ- ἔβαλλον τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὸν κράζοντες·

Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, βοηθεῖτε. Οὗτός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ὁ κατὰ τοῦ λαοῦ, καὶ τοῦ νόμου, καὶ τοῦ τόπου τούτου πάντας πανταχοῦ διδάσκων· ἔτι τε καὶ Ἕλληνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ C κεκοίνωκε τὸν ἅγιον τόπον τοῦτον.

Ἦσαν γὰρ ἑωρακότες Τρόφιμον τὸν Ἐφέσιον ἐν τῇ πόλει σὺν αὐτῷ· ὃν ἐνόμιζον ὅτι εἰς τὸ ἱερὸν εἰσήγαγεν ὁ Παῦλος.

Ὅρα οἰκονομίαν γενομένην· μετὰ τὸ πεισθῆναι τοὺς Ἰουδαίους, τότε ἐπιτίθενται ἐκεῖνοι, ἵνα μὴ κἀκεῖνοι συμπείθωνται. Πανταχοῦ δὲ τὸ ἦθος αὐτῶν ταραχῶδες.

Ἐκινήθη τε ἡ πόλις ὅλη, καὶ ἐγένετο συν- δρομὴ τοῦ λαοῦ· καὶ ἐπιλαβόμενοι τοῦ Παύλου, εἷλκον αὐτὸν ἔξω τοῦ ἱεροῦ· καὶ εὐθέως ἐκλεί- σθησαν αἱ θύραι.

Ζητούντων δὲ αὐτῶν [28] ἀποκτεῖναι, ἀνέβη φά- D σις τῷ χιλιάρχῳ τῆς σπείρης, ὅτι ὅλη συγκέ- χυται ἡ Ἱερουσαλήμ.

Ὃς ἐξ αὐτῆς παραλαβὼν στρατιώτας καὶ ἑκατοντάρχους, κατέδραμεν ἐπ' αὐτούς. Οἱ δὲ ἰδόντες τὸν χιλίαρχον καὶ τοὺς στρατιώτας, ἐπαύσαντο τύπτοντες τὸν Παῦλον.

Ἐγγίσας δὲ ὁ χιλίαρχος, ἐπελάβετο αὐτοῦ, καὶ ἐκέλευσε δεθῆναι ἁλύσεσι δυσὶ· καὶ ἐπυνθάνετο τίς ἂν εἴη, καὶ τί ἐστι πεποιηκώς.

Vers. 25. *Porro de iis, qui crediderunt ex nationibus extraneis, non scriptis litteris mandavimus ac decrevimus, ut nihil tale observent, nisi ut caveant et ab eo, quod simulacris est immolatum, et a sanguine, et suffocato, et scortatione.*

Quemadmodum nos, inquit, illis præcepimus, quanquam Judæis prædicantes : ita tu quoque qui exteris nationibus prædicas, adjuva nos, et mutuam nobis operam nava. Quod enim agitur, condescensio atque accommodatio est : ne timeas.

Vers. 26. *Tunc Paulus assumptis illis hominibus, postero die purificatus cum iis intrabat in templum, denuntians atque divulgans complètionem dierum purificationis, quoad oblatio pro unoquoque eorum offerta esset.*

Radebatur Paulus, et omnes ritus Judaicos peragebat, non quod mens ejus immutaretur : quia res vitio et culpa non vacasset : sed quod charitas condescenderet, sese demitteret atque infirmioribus accommodaret. Quod autem, *denuntians*, id enim proprie sonat διαγγέλλων, seu *divulgans explicationem dierum purificationis*, hoc est, annuntians : id est, καταγγέλλων. Ipse erat, qui se manifestum faciebat et indicabat.

Vers. 27. *Cum autem futurum esset, ut dies illi septem finirentur, Judæi qui ex Asia venerant, conspicati eum in templo vulgus omne concitabant, et injiciebant manus in illum, clamantes :*

Vers. 28. *Viri Israelitæ, succurrite : hic est ille homo qui adversus populum et legem, et hunc locum omnes ubique docet : quin etiam Græcos introduxit in templum, et profanavit sanctum locum hunc.*

Vers. 29. *Viderant enim Trophimum Ephesium in urbe cum eo : quem putabant a Paulo in templum esse introductum.*

Animadverte dispositione atque consilio divino illa accidisse. Postequam Judæis persuasum erat, tunc illi imminent et invadunt, ne etiam illis una persuaderetur. Ubique autem eorum natura atque ingenium turbulentum est.

Vers. 30. *Commota autem est civitas tota, ac facto populi concursu Paulum apprehendebant, et trahebant eum extra templum : et statim clausæ sunt fores.*

Vers. 31. *Cum autem vellent eum interficere, rumor pervenit ad tribunum cohortis, totam Hierosolymam esse conturbatam.*

Vers. 32. *Qui protinus assumptis militibus atque centurionibus decurrit ad illos. At illi conspicati tribunum et milites, Paulum pulsare desierunt.*

**159** Vers. 33. *Cum autem propius accessisset tribunus, apprehendit eum, et jussit vinciri catenis duabus, ac sciscitabatur quisnam esset, quidve fecisset.*

## Variæ lectiones et notæ.

[27] *Isc.* μεταβαλλομένης. [28] *In vulgatis est*, αὐτόν.

Digitized by Google

VERS. 34. *Atque alii aliud in turba clamabant. Cum igitur rem certo cognoscere non posset præ tumultu, jussit eum duci in castra.*

*Trahebant cum extra templum.* Volebant enim eum occidere, et idcirco trahebant, ut hoc cum majore securitate atque licentia facerent.

VERS. 35. *Ut autem ventum est ad gradus, accidit ut a militibus Paulus gestaretur propter vim turbæ.*

VERS. 36. *Sequebatur enim multitudo populi clamantes : Tolle eum.*

VERS. 37. *Cum autem introductus esset in castra, Paulus dixit tribuno : An licet mihi alloqui te ? At ille, Græce, inquit, nosti ?*

VERS. 38. *Nonne tu es ille Ægyptius, qui ante hosce dies tumultum concitasti, et eduxisti in solitudinem quatuor illa millia virorum Sicariorum ?*

Quid est, *Tolle eum?* Hoc est quod apud nos dicunt more Romano : Signis eum insere et immisce : aut, *Tolle eum*, dixit pro, Tolle eum et amove de viventibus. Mos enim erat Judæis hanc vocem usurpare adversus justos : ut etiam adversus Dominum dicebant, *Tolle eum*, pro, Tolle eum et exime de vivis. *Nonne tu es Ægyptius ?* Homo quidam fuit Ægyptius rerum novarum studiosus, seditiosus, fraudulentus, impostor ac præstigiator. Et speravit diabolus se obvoluturum esse suas fraudes per hunc, et tum Christum tum apostolos se socios effecturum esse criminum quæ ad illos pertinebant. *Virorum Sicariorum.* Apud Judæos tres sunt sectæ generales : Pharisæi, Sadducæi, * Esseni. Ili vitæ genus honestius et religiosius sectantur, mutuam inter sese charitatem exercentes et continentiam tuentes. Quamobrem etiam Esseni appellantur, sive sancti et innocentes : sed alii eos Sicarios vocabant, sive sectatores et imitatores.

VERS. 39. *Dixit autem Paulus : Ego sum homo quidem Judæus Tarsensis, Ciliciæ haud obscuræ civitatis municeps : sed oro te, permitte mihi loqui ad populum.*

*Homo quidem Judæus.* Nam natura Judæi sumus nos Christiani, utpote veram **160** fidem confitentes, id quod nomen Judas significat. Quoniam dixerat, *An tu es ille Ægyptius ?* statim illum ab hac suspicione abducit : deinde ne putaret illum natione

A Ἄλλοι δὲ ἄλλο τι ἐβόων [29] ἐν τῷ ὄχλῳ. Μὴ δυνάμενος δὲ γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς διὰ τὸν θόρυβον, ἐκέλευσεν ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς τὴν παρεμβολήν.

Εἶλκον αὐτὸν ἔξω τοῦ ἱεροῦ. Ἠβούλοντο γὰρ αὐτὸν ἀνελεῖν· καὶ διὰ τοῦτο εἷλκον, ὥστε μετὰ πλείονος ἀδείας τοῦτο ποιῆσαι.

Ὅτε δὲ ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμούς [30], συνέβη βαστάζεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν διὰ τὴν βίαν τοῦ ὄχλου.

Ἠκολούθει γὰρ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ κράζοντες [31] · Αἶρε αὐτόν.

Μέλλων τε εἰσάγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν ὁ Παῦλος, λέγει τῷ χιλιάρχῳ · Εἰ ἔξεστί μοι εἰπεῖν πρὸς σέ; Ὁ δὲ ἔφη· Ἑλληνιστὶ γινώσκεις;

B Οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος, ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρακισχιλίους ἄνδρας τῶν Σικαρίων;

Τί ἐστιν, Αἶρε αὐτόν; Τουτέστιν ὃ παρ' ἡμῖν λέγουσι. Κατὰ τὴν Ῥωμαϊκὴν συνήθειαν, Ἐν τοῖς σίγνοις αὐτὸν [32] ἔμβαλε· ἢ, Αἶρε αὐτὸν, ἀντὶ τοῦ, Ἔπαρον αὐτὸν ἐκ τῶν ζώντων. Ἔθος γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις ταύτην λέγειν τὴν φωνὴν κατὰ τῶν δικαίων· ὡς καὶ κατὰ τοῦ Κυρίου· Αἶρε αὐτόν· ἀντὶ τοῦ, Ἔπαρον αὐτὸν ἐκ τῶν ζώντων. Οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος; Ἄνθρωπός τις ἐγένετο Αἰγύπτιος, νεωτεροποιὸς, καὶ στασιαστὴς, καὶ ἀπατεὼν, καὶ γόης. Καὶ προσεδόκησεν ὁ διάβολος συσκιάζειν διὰ C τούτου, καὶ κοινωνοὺς ποιεῖν τῶν ἐκείνοις προσηκόντων ἐγκλημάτων, καὶ τὸν Χριστὸν, καὶ τοὺς ἀποστόλους. Ἄνδρας τῶν Σικαρίων. Παρὰ Ἰουδαίοις τρεῖς αἱρέσεις γενικαί· Φαρισαῖοι, Σαδδουκαῖοι, Ἐσσινοὶ [33]. Οὗτοι τὸν βίον σεμνότερον ἀσκοῦσι, φιλάλληλοι ὄντες καὶ ἐγκρατεῖς· διὸ καὶ Ἐσσινοὶ προσαγορεύονται, ἤγουν ὅσιοι· ἄλλοι δὲ αὐτοὺς Σικαρίους [34] ἐκάλεσαν, ἤγουν ζηλωτάς.

Εἶπε δὲ ὁ Παῦλος· Ἐγὼ ἄνθρωπος μέν εἰμι Ἰουδαῖος Ταρσεὺς, τῆς Κιλικίας, οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης. Δέομαί σου [35], ἐπίτρεψόν μοι λαλῆσαι πρὸς τὸν λαόν.

D Ἄνθρωπος μέν εἰμι Ἰουδαῖος. Φύσει γὰρ Ἰουδαῖοί ἐσμεν οἱ Χριστιανοὶ, ὡς ἐξομολογούμενοι τὴν ἀληθῆ πίστιν, ὅπερ σημαίνει τὸ Ἰούδας ὄνομα. Ἐπειδὴ εἶπε· Σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος; εὐθέως αὐτὸν ταύτης ἀπήγαγε τῆς ὑποψίας. Εἶτα ἵνα μὴ νομίσῃ

## Variæ lectiones et notæ.

[29] ἔδουν, *erat.* [30] ἀναβάθμους, *erat.* [31] *In vulgatis est,* κράζον. [32] αὐτῶν *erat.* [33] *Isv.* Ἐσσαῖοι, *aut* Ἐσσηνοί. [34] *Isv.* σεκταρίους. [35] *In vulgato,* δέομαι δέ σου.

## Scholion Laurentii Sifani.

* Opinor hic legendum pro Ἐσσινοὶ, Ἐσσαῖοι : de quibus Suidas : « Ἐσσαῖοι, inquit, Judæi meditatores rerum divinarum, a Pharisæis et Scribis meditatione et mentis exercitatione longe dissidentes, mutuæ charitatis observantes, et cæteris magis religiosi. Qui voluptatem tanquam vitium aversantur : temperantiam autem atque continentiam, et affectuum coercitionem virtutem esse putant. Ac matrimonium quidem apud eos despicitur, sed alienos liberos teneros adhuc assumentes atque erudientes pro cognatis habent, et suis moribus imbuunt atque informant. Quidquid turpe est rejiciunt, et omnes reliquas virtutes exercent, morum disciplinam curant, contemplationi plerumque vacant : unde etiam Ἰσσαῖοι vocantur nomine hoc significante, id est, *contemplativi* : nam Essæi Pharisæos ratione vitæ longe superant atque præcedunt. »

Digitized by Google

τὸ ἔθνος Ἰουδαῖος, λέγει τὴν θρησκείαν. Τί οὖν; οὐκ ἠρνήσατο; Μὴ γένοιτο· Ἰουδαῖος γὰρ ἦν καὶ Χριστιανός. Τὸ δὲ, *Ἐπίτρεψόν μοι λαλῆσαι πρὸς τὸν λαὸν*, τεκμήριον μέγιστον τοῦτο τοῦ μηδενὸς εἶναι ὑπεύθυνον, τῷ οὕτως ἕτοιμον εἶναι πρὸς ἀπολογίαν, καὶ βούλεσθαι εἰς λόγον καταστῆναι τῷ δήμῳ τῶν Ἰουδαίων.

*Ἐπιτρέψαντος δὲ αὐτοῦ, ὁ Παῦλος ἑστὼς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν* [36], *κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ. Πολλῆς δὲ σιγῆς γενομένης, προσεφώνησε τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, λέγων·*

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

*Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατέ μου τῆς πρὸς ὑμᾶς νυνὶ* [37] *ἀπολογίας.*

*Ἀκούσαντες δὲ ὅτι τῇ* [38] *Ἑβραΐδι διαλέκτῳ προσφωνεῖ αὐτοῖς, μᾶλλον παρέσχον ἡσυχίαν. Καὶ φησίν.*

*Ἑστὼς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν.* Καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου πολλὴ εὐκολία, καὶ τὸ ὑψηλὸν ὄντα δημηγορεῖν, καὶ δεδεμένον. Τί τούτου ἴσον τοῦ θεάματος, δυσὶν ἁλύσεσι δεδεμένον ἰδεῖν Παῦλον δημηγοροῦντα; πῶς οὐκ ἐταράχθη τοσοῦτον δῆμον ἐκπεπολεμωμένον ὁρῶν; *Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες.* Τὸ μὲν, *πατέρες*, τιμᾷν [39]· τὸ δὲ, *ἀδελφοὶ*, γνησιότητος. Ὅρα καὶ κολακείας ἀπηλλαγμένον τὸν λόγον, καὶ τὸ ἐπιεικὲς ἔχοντα. Οὐ γὰρ εἶπε, Δεσπόται, ἢ, Κύριοι, ἀλλὰ, *Ἀδελφοὶ*, ὃ μάλιστα ἐπόθουν. Οὐκ ἀλλότριος ὑμῶν ἐγὼ, φησὶν, οὐδὲ καθ' ὑμῶν. *Ἀκούσαντες δὲ τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ.* Ὁρᾷς πῶς αὐτοὺς εἶλε τὸ ὁμοιόφωνον· εἶχον γάρ τινα αἰδὼ πρὸς τὴν γλῶτταν ἐκείνην.

*Ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ Ἰουδαῖος, γεγεννημένος ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, ἀνατεθραμμένος τε* [40] *ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν νόμου, ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ, καθὼς πάντες ὑμεῖς ἐστε σήμερον·*

*Ὃς ταύτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξα ἄχρι θανάτου, δεσμεύων καὶ παραδιδοὺς εἰς φυλακὰς ἄνδρες τε καὶ γυναῖκας·*

*Ὡς* [41] *ὁ ἀρχιερεύς μαρτυρεῖ μοι καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον.*

Προσδοποιεῖ τῷ λόγῳ, οὕτως ἀρχόμενος· *Ἐγὼ μέν εἰμι*, φησὶν, *ἀνὴρ Ἰουδαῖος*· ὃ μάλιστα πάντων ἀκοῦσαι ἠβούλοντο. Ἵνα δὲ πάλιν μὴ νομίσωσι τὸ ἔθνος, ἀλλὰ τὴν θρησκείαν, ἐπάγει· *ἀνατεθραμμένος ἐν τῇ πόλει ταύτῃ.* Τὴν πολλὴν αὐτοῦ δείκνυσι σπουδὴν τὴν περὶ τὴν λατρείαν· ὅπουγε καὶ πατρίδα τηλικαύτην ἀφεὶς τοσοῦτον ἀφεστῶσαν, ἐνταῦθα εἵλετο τραφῆναι διὰ τὸν νόμον. Οὐχ ἁπλῶς δὲ εἶπε, παρὰ Γαμαλιὴλ, ἀλλὰ *παρὰ τοὺς πόδας*, δηλῶν τὴν καρτερίαν, τὴν προσεδρίαν, τὴν σπουδὴν τὴν περὶ τὴν ἀκρόασιν, τὴν πολλὴν πρὸς τὸν ἄνδρα αἰδώ. *Πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πα-*

A Judæum esse, edit religionem. Quid igitur? an non negavit? Absit! Judæus enim erat et Christianus. Quod autem dicit, *Permitte mihi alloqui populum*, hoc maximum est argumentum illum omni culpa vacare, quod ita paratus erat ad sese defendendum atque purgandum, et volebat se sistere ad reddendam rationem populo Judæorum.

Vers. 40. *Cum autem ille permisisset, Paulus in gradibus stans populo mota manu significavit, altoque silentio facto, sermone Hebraico allocutus est eos his verbis:*

CAPUT XXII.

Vers. 1. *Viri fratres et patres, audite meam; qua nunc apud vos utor, defensionem.*

Vers. 2. *Cum audissent autem illum Hebraico sermone se alloqui, majus silentium præstiterunt; et ait.*

*In gradibus stans.* Etiam a loco magna erat facultas, et quod e sublimi concionabatur, et vinctus. Quod hujus simile spectaculum, vidisse Paulum vinctum catenis duabus concionari? ut non territus sit, cum tantam multitudinem sibi infensam videret. *Viri fratres et patres.* Quod dicit, *patres*, honori, quod *fratres*, germanitatis erat. Vide orationem cum ab adulatione vacuam, tum mitem atque modestam. Non enim dixit, Heri, aut, Domini, sed, *Fratres*, quod maxime desiderabant. Non alienus ego sum, inquit, a vobis, nec adversum vos. *Cum audissent autem illum Hebraico sermone.* Vides ut illos ceperit similitudo sermonis: illius enim linguæ verecundiam quamdam habebant.

Vers. 3. *Ego quidem sum vir Judæus natus Tarsi in Cilicia, sed educatus in hac urbe ad pedes Gamalielis, accurate patria lege institutus, flagrans amore ac studio Dei, quales vos omnes estis hodie:*

Vers. 4. *Qui hanc doctrinam capitaliter insectatus sum, dum vinciebam et in carceres tradebam viros simul et mulieres:*

Vers. 5. *Sicut etiam princeps sacerdotum et totus ordo seniorum mihi testes sunt.*

Viam patefecit orationi, ita exordiens: *Ego quidem sum*, inquit, *homo Judæus.* Quod omnium maxime audire volebant. Verum ne rursus illum gente, sed religione Judæum existimarent, subjungit: *Educatus in hac urbe.* Ingens suum studium erga cultum divinum ostendit: quandoquidem etiam patria sua tam celebri et clara, quæ tam longe aberat, **161** relicta, hic maluit educari propter legem. Non simpliciter autem dixit, Apud Gamalielem, sed *Ad pedes Gamalielis*, significans constantiam, assiduum studium audiendi, magnam erga virum illum reverentiam. *Accurate patria lege institutus.* Non sim-

Variæ lectiones et notæ.

[36] ἀναβάθμων, *erat sicut et supra.* [37] *In vulgatis*, νῦν. [38] *In vulgatis desideratur*, τῇ. [39] *Ισ.* τιμῆς. [40] *In vulgatis* δέ. [41] *In vulgatis*, ὃς *erat.*

Digitized by Google

pliciter dixit *Lege*, sed, *Patria*. Quid igitur? an noveras quidem exacte legem, non autem defendis nec amas? *Flagrans amore ac studio*, inquit. Et posteaquam semetipsum multum laudavit, communicat cum illis laudationem, dum dicit, *Quales vos omnes estis hodie*. Vide autem quot testes producat: summum sacerdotem, incolas urbis. Atque hac tenus illosmetipsos testes habebat: sed quæ sequuntur testibus carent.

τρόου νόμου. Οὐχ ἁπλῶς, νόμου, ἀλλὰ, τοῦ πατρῴου. Τί οὖν; εἰ ᾔδεις μὲν ἀκριβῶς τὸν νόμον, οὐκ ἐκδικεῖς δὲ, οὐδὲ φιλεῖς; ζηλωτὴς, φησί. Καὶ ἐπειδὴ μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ ἐγκώμια εἶπε, κοινοποιεῖται τὸν λόγον· *Καθὼς πάντες ὑμεῖς σήμερον*. Ὅρα δὲ πόσους ἐπάγει μάρτυρας· τὸ πρεσβυτέριον, τὸν ἀρχιερέα, τοὺς ἐν τῇ πόλει. Μέχρι δὲ τούτου μάρτυρας εἶχεν αὐτούς· τὰ δὲ λοιπὰ, ἀμάρτυρα.

Vers. 5. *A quibus etiam epistolis ad fratres acceptis Damascum pergebam, adducturus etiam eos, qui illinc erant, vinctos in Jerusalem ut punirentur.*

*Παρ' ὧν καὶ ἐπιστολὰς δεξάμενος πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, εἰς Δαμασκὸν ἐπορευόμην, ἄξων καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας δεδεμένους εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἵνα τιμωρηθῶσιν.*

Vers. 6. *Accidit autem mihi iter facienti et appropinquanti Damasco circiter meridiem, ut subito de cœlo circumfulguraret me lumen copiosum.*

*Ἐγένετο δέ μοι πορευομένῳ καὶ ἐγγίζοντι τῇ Δαμασκῷ περὶ μεσημβρίαν, ἐξαίφνης ἐκ τοῦ οὐ-*
B *ρανοῦ περιαστράψαι φῶς ἱκανὸν περὶ ἐμέ.*

Vers. 7. *Cecidique in terram, et audivi vocem dicentem mihi: Saul, Saul, cur me persequeris?*

*Ἔπεσά τε [45] εἰς τὸ ἔδαφος, καὶ ἤκουσα φωνῆς λεγούσης μοι· Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις;*

Vers. 8. *Atque ego respondi: Quis es, Domine? Atque ille ad me: Ego sum, inquit, Jesus Nazarenus, quem tu persequeris.*

*Ἐγὼ δὲ [46] ἀπεκρίθην· Τίς εἶ, Κύριε; Εἶπέ τε πρός με· Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος, ὃν σὺ διώκεις.*

Nam ne existimes iracundiæ rem fuisse quæ agebatur, ostendit se fragranti studio atque amore fecisse quidquid faciebat, non vana gloria motum.

[46] Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς ὅτι θυμοῦ ἦν τὸ πρᾶγμα, δείκνυσιν ὅτι ζήλῳ τὸ πᾶν ἐποίει, οὐκ ἀπὸ κενοδοξίας.

Vers. 9. *At illi qui mecum erant, lumen quidem viderunt ac perterriti sunt, sed vocem ejus qui mecum loquebatur non audiebant.*

*Οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ ὄντες τὸ μὲν φῶς ἐθεάσαντο, καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο· τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουον [47] τοῦ λαλοῦντός μοι.*

Vers. 10. *Dixi autem: Quid faciam, Domine? Ac Dominus dixit ad me: Surge ac vade Damascum, et illic tibi dicetur de omnibus quæ tibi facienda destinata sunt.*

*Εἶπον δέ· Τί ποιήσω, Κύριε; Ὁ δὲ Κύριος εἶπε [48] πρός με· Ἀναστὰς πορεύου εἰς Δαμα-*
C *σκὸν, κἀκεῖ σοι λαληθήσεται περὶ πάντων, ὧν τέτακταί σοι ποιῆσαι.*

Vers. 11. *Et cum non viderem præ claritate luminis illius, manu ductus a comitibus meis veni Damascum.*

*Ὡς δὲ οὐκ ἐνέβλεπον ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου, χειραγωγούμενος ὑπὸ τῶν συνόντων μοι ἦλθον εἰς Δαμασκόν.*

Vers. 12. *Ananias autem quidem vir religiosus, utpote vivens ex præscripto legis, testimonio comprobatus omnium Damasci habitantium Judæorum,*

*Ἀνανίας δέ τις ἀνὴρ εὐλαβὴς [47] κατὰ τὸν νόμον, μαρτυρούμενος ὑπὸ πάντων τῶν κατοικούντων ἐν Δαμασκῷ [48] Ἰουδαίων,*

Vers. 13. *Venit ad me, et adstans mihi inquit: Saul frater, recipe visum. Atque ego eadem hora illum aspexi.*

*Ἐλθὼν πρός με, καὶ ἐπιστὰς εἶπέ μοι· Σαοὺλ ἀδελφὲ, ἀνάβλεψον. Κἀγὼ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἀνέβλεψα εἰς αὐτόν.*

*Lumen quidem viderunt.* Merito hoc accidit. Nam ipsum solum accipere vocem illam oportebat. Quandoquidem enim crassiores visui magis credunt, lumen illi vident, et expavescunt. Nam nec D circa illos lumen æque magnam habuit efficientiam ac vim, atque circa hunc. Etenim ejus oculos læsit, ac per ea quæ huic acciderunt, etiam illis dedit potestatem oculos **162** tollendi, si modo voluissent. Ac mihi illi certo consilio atque dispositione divina non credidisse videntur, ne testimonium dicentibus eis fides abrogari posset. *Manu ductus a comitibus meis, veni Damascum.* Recte urbs adjecta est, ut ipsi cognoscerent eum fuisse persecutorem. Con-

*Τὸ μὲν φῶς ἐθεάσαντο.* Εἰκότως τοῦτο ἐγένετο· αὐτὸν γὰρ ἔδει τῆς φωνῆς καταξιωθῆναι ἐκείνης· ἐπειδὴ γὰρ οἱ παχύτεροι ὄψει πείθονται μᾶλλον, τὸ φῶς εἶδον ἐκεῖνοι καὶ ἔμφοβοι γίνονται· ἐπεὶ οὐδὲ περὶ αὐτοὺς τοσοῦτον τὸ φῶς εἰργάσατο, ὅσον περὶ τοῦτον. Καὶ γὰρ ἐπήρωσεν αὐτοῦ τὰς ὄψεις, καὶ διὰ τῶν εἰς τοῦτον συμβαινόντων, κἀκείνοις ἔδωκεν ἀναβλέψαι, εἴγε ἤθελον. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ἐκείνους μὴ πιστεῦσαι οἰκονομικῶς, ὥστε εἶναι μάρτυρας ἀξιοπίστους. *Χειραγωγούμενος ὑπὸ τῶν συνόντων μοι ἦλθον εἰς Δαμασκόν.* Καλῶς ἡ πόλις πρόσκειται, ὥστε ἐπιγνῶναι αὐτοὺς ὅτι ἐδιώκετο. Πλέκει δὲ τὴν μαρτυρίαν καὶ διὰ προσώπων, καὶ διὰ

## Variæ lectiones et notæ.

[45] *In vulgato est*, ἔπεσόν τε, *in altero*, ἔπεσά τε, *sicut et in manuscripto.* [46] γὰρ, *erat.* [47] *Videtur aliquid hoc loco desiderari.* [48] *In vulgatis* ἤκουσαν. [46] *In vulgatis desideratur*, εἶπε. [47] *In vulgatis*, εὐσεβὴς. [48] *In vulgatis desideratur*, ἐν Δαμασκῷ.

Digitized by Google

πραγμάτων οἰκείων τε καὶ ἀλλοτρίων· οἱ ἱερεῖς, οἱ πρεσβύτεροι, οἱ συνοδεύοντες· τὰ πράγματα πράγμασι μαρτυρεῖ, οὐχὶ πρόσωπον μόνον. Ἀλλότριος ὁ Ἀνανίας· εἶτα τὸ πρᾶγμα αὐτό, ἡ ἀνάβλεψις.

A nectit autem testimonium et personis, et rebus tam propriis quam alienis : sacerdotes, seniores, comites : res, quas fecerat, quas passus erat : etiam res rebus testimonium præbent, non persona sola. Alienus erat Ananias : deinde res ipsa, nempe recuperatio visus.

Ὁ δὲ εἶπεν· Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν προεχειρίσατό [49] σε γνῶναι τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἰδεῖν τὸν δίκαιον, καὶ ἀκοῦσαι φωνῆς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ.

Καλῶς εἶπε, *Τῶν πατέρων*, ἵνα δείξῃ αὐτοὺς οὐκ ὄντας Ἰουδαίους, ἀλλ' ἀλλοτρίους τοῦ νόμου, καὶ οὐχὶ ζήλῳ ποιοῦντας. *Καὶ ἰδεῖν τὸν δίκαιον.* Τέως τοσοῦτον λέγει, ὅτι εἰ δίκαιος, οὗτοι ὑπεύθυνοι.

VERS. 14. *Atque ille dixit : Deus patrum nostrorum te destinavit ad cognoscendum voluntatem suam, et ad videndum illum justum et ad audiendum vocem ex ore ejus.*

Recte dixit, *Patrum*, ut ostenderet eos non esse Judæos, sed a lege alienos, et non studio Dei facere ea quæ faciebant. *Et ad videndum illum justum.* In principio tantum dicit, quia si ille justus est, hi criminationibus obnoxii sunt.

Ὅτι ἔσῃ μάρτυς αὐτῷ πρὸς πάντας ἀνθρώπους ὧν ἑώρακας καὶ ἤκουσας.

VERS. 15. *Quoniam eris ei testis apud omnes homines eorum quæ videris et audiveris.*

Καὶ νῦν τί μέλλεις; Ἀναστὰς βάπτισαι, καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου, ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου.

VERS. 16. *Et nunc quid cunctaris? exsurge, ac baptizare, et ablue peccata tua invocato nomine Domini.*

Ἐγένετο δέ μοι ὑποστρέψαντι [50] εἰς Ἰερουσαλὴμ, καὶ προσευχομένου μου ἐν τῷ ἱερῷ, γενέσθαι με [51] ἐν ἐκστάσει,

VERS. 17. *Accidit autem mihi in Jerusalem reverso et in templo oranti, ut raperer extra memetipsum,*

Καὶ ἰδεῖν αὐτὸν λέγοντά μοι· Σπεῦσον, ἔξελθε [52] ἐν [53] τάχει ἐξ Ἰερουσαλὴμ· διότι οὐ παραδέξονταί σου τὴν μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ.

VERS. 18. *Et videre eum mihi dicentem : Festina, egredere celeriter extra Jerusalem, quia non accipient testimonium tuum de me.*

Ὅτι ἔσῃ μάρτυς αὐτῷ. Διὰ τοῦτο, ὅτι οὐ προδώσεις τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀκρόασιν. Ὧν τε εἶδες καὶ ἤκουσας, φησί. Δι' ἑκατέρων τῶν αἰσθήσεων αὐτὸν πιστοῦται. *Μάρτυς ἔσῃ*, φησὶ, *πρὸς πάντας ἀνθρώπους*· οὐχὶ πρὸς τοὺς οἰκείους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἀλλοτρίους. Οἱ γὰρ μάρτυρες τοῦτό εἰσιν, οὐχὶ τοὺς εἰδότας πείθουσιν, ἀλλὰ τοὺς οὐκ εἰδότας. Προφητεία δὲ τοῦτο μεγάλη· καὶ ὅρα αὐτὴν ἐξελθοῦσαν. Πρὸς πάντας γὰρ ἀνθρώπους μάρτυς γέγονε δι' ὧν ἔπραξε, δι' ὧν ἔπαθε, δι' ὧν εἶπεν.

*Quoniam eris ei testis.* Idcirco, quia non projici s neque deseres visionem et auditionem. *Eorum quæ videris et audiveris*, inquit. Per utrumque sensum illi fidem facit. *Testis*, inquit, *eris apud omnes homines.* Non apud domesticos modo atque propinquos, verum etiam apud alienos. Hoc enim testes sunt, non scientibus fidem faciunt, sed nescientibus : atque hoc magna est prophetia. Ac vide ejus eventum. Apud omnes enim homines testis fuit per ea quæ fecit, per ea quæ passus est, per ea quæ dixit.

Κἀγὼ εἶπον· *Κύριε, αὐτοὶ ἐπίστανται, ὅτι ἐγὼ ἤμην φυλακιζων καὶ δαίρων* [54] *κατὰ τὰς συναγωγὰς τοὺς πιστεύοντας ἐπὶ σέ.*

VERS. 19. *Atque ego dixi : Domine, ipsi sciunt me esse eum, qui trahebam in carcerem, et verberabam in synagogis eos qui credebant in te :*

Καὶ ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου τοῦ μάρτυρός σου, καὶ αὐτὸς ἤμην ἐφεστὼς, καὶ συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ, φυλάσσων τὰ ἱμάτια τῶν ἀναιρούντων αὐτόν.

VERS. 20. *Et quando effundebatur sanguis Stephani testis tui, ego quoque assistebam, et in necem ejus consentiebam, et custodiebam vestimenta eorum qui illum interficiebant.*

Καὶ εἶπε πρός με· *Πορεύου, ὅτι ἐγὼ εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε.*

VERS 21. *Et dixit ad me : Vade, nam ego te ad gentes extraneas procul ablegabo.*

Ἤκουον δὲ αὐτοῦ ἄχρι τούτου τοῦ λόγου· καὶ ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν λέγοντες· Αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς τὸν τοιοῦτον· οὐ γὰρ καθῆκον [55] αὐτὸν ζῆν.

VERS. 22. *Auscultabant autem ei usque ad hoc verbum : ac deinde alta voce dicebant : Tolle* **163** *de terra hominem istiusmodi : non enim fas est eum vivere.*

Διὰ τί εἶπεν, ὅτι *Αὐτοὶ ἐπίστανται;* Οὐχὶ ἀντιλέγων τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ βουλόμενος μαθεῖν τὸ οὕτω παράδοξον. Ἀλλ' οὐκ ἐδίδαξεν αὐτὸν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' εἶπε μόνον ἀπελθεῖν. *Καὶ ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὑπέμνησεν αὐτοὺς

Cur dixit, *Ipsi sciunt?* Non quod Christo contradiceret, sed quod vellet scire rem adeo inopinatam et insperatam. At Christus eum non docuit, sed dixit duntaxat ut abiret. *Et cum effunderetur sanguis Stephani*, etc. Redegit eis in memoriam cædem

## Variæ lectiones et notæ.

[49] *In vulgatis*, προεχειρήσατο, *et paulo post*, τὸ δίκαιον, *et* ἀκοῦσαι φωνήν. [50] Ὑποστρέψαντο·, *erat* [51] μοι, *erat.* [52] *In vulgatis est*, καὶ ἔξελθε. [53] ἐν, *desiderabatur.* [54] *In vulgatis*, δέρων. [55] *In manuscripto est*, καθῆκεν, *in vulgatis*, καθῆκον.

Digitized by Google

atrocem. Quoniam ille eos ejus rei tunc arguebat, non tulerunt.

VERS. 23. *Vociferantibus autem illis, ac vestimenta projicientibus, et pulverem in aerem projicientibus,*

VERS. 24. *Tribunus eum in castra duci jussit, et imperavit, ut flagris de eo quæstio haberetur ut cognosceret causam, cur ita acclamarent illi.*

VERS. 25. *Ut autem loris eum astrinxit; ad eum qui astabat centurionem, Paulus dixit : An hominem Romanum, eumque indemnatum licet vobis verberare?*

VERS. 26. *Quod ubi centurio audivit, accessit ad tribunum, eique muntiavit, dicens : Vide quid facias? Hic enim homo Romanus est.*

VERS. 27. *Tribunus igitur accessit ad eum ac dixit : Dic mihi, an tu Romanus es? At ille dicebat : Ita.*

VERS. 28. *Et tribunus respondit : Ego magna pecuniæ summa istam civitatem comparavi. Paulus autem dicebat : Ego vero etiam natus sum civis Romanus.*

VERS. 29. *Statim igitur discesserunt ab eo, qui erant de eo quæstionem habituri. Atque etiam tribunus territus est, ubi rescivit eum esse civem Romanum, et ab se vinctum.*

*Ut cognosceret causam, cur.* Atqui ab illis docceri eum oportebat, qui occlamabant, et quærere an aliquid eorum, quæ dicta erant a Paulo, ita esse existimarent. Verum simpliciter potestati indulget, et illis gratificatur. Non enim hoc quærebat, ut aliquid juste faceret, sed ut sedaret illorum iracundiam, quæ erat injusta. *An hominem Romanum.* Non mentiebatur Paulus cum diceret se esse civem Romanum. Auctoritatis enim adjungendæ atque præsidii sui causa pater ejus pecuniis hoc nomen redemerat. Nam magno honore fruebantur tunc qui hoc nomine vocari digni censebantur. Hoc autem ait, ne flagellatus, vilis atque despectus esset. Nam si verberassent, fieri potuisset, ut illi in reagenda extra modum egrederentur et illum occiderent : nunc vero, etiamsi non ob rem aliam, at saltem propter hoc ipsum, non modo non verberarunt, verum etiam solverunt. Duo autem crimina proponit : quod et indicta causa, et Romanum vinxisset : quamobrem **164** etiam majorem eis injicit metum. *Paulus autem dicebat : Ego etiam natus sum.* Vide etiam patrem habuit civem Romanum : nam antequam Paulus nasceretur, cum Cilicia redacta esset in ditionem et potestatem Romanorum, necesse erat etiam ipsum, utpote qui esset subditus illis, esse Romanum. Atque interim Paulus, prout a propheta præsignificatum erat, vinctus est in Jerusalem : et evenit, quod prædictum erat. Quid igitur deinde fit? Cum solvisset eum, deduxit ad Judæos. Non igitur falsum erat. Territus est enim tribunus, ubi rescivit eum esse Romanum, hoc est, de genere dignitate prædito.

μιαιφονίας χαλεπῆς. Ἐπειδὴ τοῦτο ἤλεγχεν αὐτοὺς τότε ἐκεῖνος, οὐκ ἤνεγκαν.

*Κραζόντων δὲ αὐτῶν, καὶ ῥιπτόντων τὰ ἱμάτια, καὶ κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα,*

*Ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ χιλίαρχος ἄγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολήν, εἰπὼν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτὸν, ἵνα ἐπιγνῷ δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ἐπεφώνουν αὐτῷ.*

*Ὡς δὲ προσέτεινεν* [56] *αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν* [57]*, εἶπε πρὸς τὸν ἑφεστῶτα* [58] *ἑκατόνταρχον ὁ Παῦλος· Εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον καὶ ἀκατάκριτον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν;*

*Ἀκούσας δὲ ὁ ἑκατόνταρχος προσελθὼν ἀπήγγειλε τῷ χιλιάρχῳ, λέγων· Ὅρα τί μέλλεις ποιεῖν; Ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὗτος Ῥωμαῖός ἐστι.*

*Προσελθὼν δὲ ὁ χιλίαρχος, εἶπεν αὐτῷ· Λέγε μοι, εἰ σὺ Ῥωμαῖος εἶ; Ὁ δὲ ἔφη· Ναί.*

*Ἀπεκρίθη τε ὁ χιλίαρχος· Ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη· Ἐγὼ καὶ γεγέννημαι* [59]*.*

*Εὐθέως οὖν ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν. Καὶ ὁ χιλίαρχος δὲ ἐφοβήθη ἐπιγνοὺς, ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι, καὶ ὅτι ἦν αὐτὸν δεδεκώς* [60]*.*

*Ἵνα ἐπιγνῷ δι' ἣν αἰτίαν.* Καὶ μὴν παρ' ἐκείνων ἔδει μαθεῖν τῶν καταβοώντων, καὶ ἐρωτῆσαι εἴ τινος τῶν εἰρημένων ὑπελαμβάνοντο· ἀλλ' ἁπλῶς τῇ ἐξουσίᾳ χαρίζεται, καὶ πρὸς χάριν ἐκείνων ποιεῖ. Οὐ γὰρ τοῦτο ἐζήτει, ὅπως δικαίως τι πράξειεν, ἀλλ' ὅπως παύσειε τὸν ἐκείνων θυμὸν ἄδικον ὄντα. *Εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον.* Οὐκ ἐψεύσατο ὁ Παῦλος, Ῥωμαῖον, εἰπών. Προστασίας γὰρ χάριν ὁ τούτου πατὴρ χρήμασι τὸ ὄνομα τοῦτο ὠνήσατο. Μεγάλης γὰρ τιμῆς ἀπήλαυον τότε οἱ οὕτως ἀξιούμενοι καλεῖσθαι. Ταῦτα δέ φησιν, ἵνα μὴ μαστιχθεὶς, εὐκαταφρόνητος γένηται. Εἰ γὰρ ἐμάστιξαν, καὶ παρέτρεψαν ἂν τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀπέκτειναν αὐτόν· νῦν δὲ, εἰ καὶ μὴ δι' ἕτερον, ἀλλά γε [61] δι' αὐτὸ οὐ μόνον οὐκ ἐμάστιξαν, ἀλλὰ καὶ ἀπέλυσαν. Δύο δὲ λέγει τὰ ἐγκλήματα· καὶ τὸ ἄνευ λόγου, καὶ τὸ Ῥωμαῖον ὄντα· διὸ καὶ εἰς πλείονα αὐτοὺς ἐνέβαλε φόβον. *Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη· Ἐγὼ καὶ γεγέννημαι.* Ὅρα καὶ πατρὸς ἦν Ῥωμαίου. Πρὸ γὰρ τοῦ γεννηθῆναι τὸν Παῦλον, γεγενημένης τῆς Κιλικίας ὑπὸ Ῥωμαίους, ἀνάγκη καὶ αὐτὸν ὡς ὄντα ὑπ' αὐτοὺς Ῥωμαῖον εἶναι. Τέως δὲ κατὰ τὴν προφητείαν ἐδεσμεύθη ὁ Παῦλος ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐξέβη ὁ λόγος. Τί οὖν ἀπὸ τούτου γίνεται; Λύσας κατήγαγεν αὐτὸν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους. Οὐκ ἄρα ψεῦδος ἦν. Ἐφοβήθη γὰρ ὁ χιλίαρχος ἐπιγνούς, ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι, τουτέστι, γένους ἀξιωματικοῦ.

## Variæ lectiones et notæ.

[56] *In vulgatis*, προέτεινεν. [57] *In manuscripto est*, τοῖς ἱμασιν, *in vulgatis*, τοῖς ἱμᾶσιν. [58] *In vulgatis*, ἑστῶτα. [59] *In vulgatis*, ἐγὼ δὲ καὶ γεγέννημαι. [60] δεδωκὼς, *erat*. [61] ἀλλάγε, *erat*.

Digitized by Google

Τῇ δὲ ἐπαύριον βουλόμενος γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς, τὸ τί κατηγορεῖται [62] παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ἔλυσεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ ἐκέλευσεν ἐλθεῖν πρὸς [62a] τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον αὐτῶν· καὶ καταγαγὼν τὸν Παῦλον, ἔστησεν εἰς αὐτούς. A

Vers. 30. *Postero die certo scire volens, cujus criminis ab Judæis insimularetur, solvit eum a vinculis, et jussit principes sacerdotum et totum concilium eorum venire, ac deductum Paulum sistit coram illis.*

## ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Ἀτενίσας δὲ ὁ Παῦλος τῷ συνεδρίῳ, εἶπεν· Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ ἄχρι ταύτης τῆς ἡμέρας.

Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας ἐπέταξε τοῖς παρεστῶσιν αὐτῷ τύπτειν αὐτοῦ τὸ στόμα.

Τότε ὁ Παῦλος πρὸς αὐτὸν εἶπε· Τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, τοῖχε [63] κεκονιαμένε· καὶ σὺ κάθῃ κρίνων με κατὰ τὸν νόμον, καὶ παρανομῶν κελεύεις με [64] τύπτεσθαι; B

Οἱ δὲ παρεστῶτες εἶπον· Τὸν ἀρχιερέα τοῦ Θεοῦ λοιδορεῖς;

Ἔφη [65] ὁ Παῦλος· Οὐκ ᾔδειν, ἀδελφοί, ὅτι ἔστιν ἀρχιερεύς. Γέγραπται γάρ· Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

## CAPUT XXIII.

Vers 1. *Ac Paulus in consilium intuens dicere exorsus est hoc modo : Viri fratres, ego bona prorsus conscientia versatus sum coram Deo usque in diem hunc.*

Vers. 2. *Ac princeps sacerdotum Ananias iis, qui illi astabant, imperavit ut caderent os ejus.*

Vers. 3. *Tum Paulus ad eum dixit : Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu sedes, ut ex legis præscripto judices de me, et contra legem jubes me cædi ?*

Vers. 4. *Et qui astabant, dixerunt : Summo sacerdoti Dei maledicis ?*

Vers. 5. *Tum Paulus, Nesciebam, inquit, fratres, illum esse principem sacerdotum. Scriptum est enim : Principi populi tui ne maledicito.*

Ἀτενίσας δὲ ὁ Παῦλος τῷ συνεδρίῳ. Οὐκέτι πρὸς τὸ πλῆθος, οὐδὲ πρὸς τὸν δῆμον διαλέγεται. Τὸ δὲ, Ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι, τουτέστιν, Οὐ σύνοιδά τι ἠδικηκὼς ὑμᾶς, οὐδὲ ἄξιον τῶν δεσμῶν τούτων πράττων. Καὶ σὺ κάθῃ κρίνων με κατὰ τὸν νόμον, καὶ παρανομῶν κελεύεις με τύπτεσθαι [66]; ἀντὶ τοῦ, ὑπεύθυνος ὢν ὑβρεως καὶ μυρίων πληγῶν ἄξιος. Τὸν ἀρχιερέα τοῦ C Θεοῦ λοιδορεῖς; Οὐκ ᾔδειν ὅτι ἀρχιερεύς ἐστι. Πῶς οὖν ἔλεγες, Καὶ σὺ κάθῃ κρίνων με κατὰ τὸν νόμον; Ἀλλὰ προσποιεῖται ἄγνοιαν, οὐ βλάπτουσαν, ἀλλ' οἰκοδομοῦσαν. Ἐγὼ δὲ καὶ σφόδρα πείθομαι μὴ εἰδέναι αὐτὸν ὅτι ἀρχιερεύς ἐστι· διὰ μακροῦ μὲν ἐπανελθόντα χρόνου, μὴ συγγενόμενον δὲ Ἰουδαίοις, ὁρῶντα δὲ αὐτὸν ἐν τῷ μέσῳ μετὰ πολλῶν καὶ ἑτέρων. Οὐκέτι γὰρ δῆλος ἦν ὁ ἀρχιερεὺς πολλῶν ὄντων καὶ διαφόρων. Τοῖχον δὲ κεκονιαμένον αὐτὸν καλεῖ, ἐπειδὴ λαμπρὰν μὲν εἶχε τὴν ὄψιν, ὡς νόμου ἔκδικος καὶ νόμῳ δικάζων· ἡ δὲ διάνοια ἀνομίας ἐπεπλήρωτο. Διὸ καὶ ἐλέγχει αὐτοῦ τὸ σχῆμα ἐκ τῆς ἔξωθεν διαθέσεως.

*Ac Paulus in concilium intuens.* Jam non amplius cum multitudine neque cum plebe agit. Quod autem dicit : *Ego bona prorsus conscientia versatus sum coram Deo :* hoc est, Non sum mihi conscius alicujus injuriæ qua vos affecerim, nec quidquam mihi facere videor dignum his vinculis. *Et tu sedes judicans me secundum legem, et legem violans jubes me pulsari ?* Παρανομῶν [id sonat, contra legem faciens] dixit pro, criminibus obnoxius : quasi diceret, sexcentis etiam plagis dignus. *Summo sacerdoti Dei maledicis ? Nesciebam illum esse summum sacerdotem.* Cur igitur dicebas ; *Et tu sedes, ut judicium de me facias ex præscripto legis ?* Nempe simulat ignorantiam, quæ non nocebat, sed ædificabat et utilis erat audientibus. Atque ego etiam maxime credo nescivisse eum illum esse summum sacerdotem, ut qui et longo temporis intervallo Hierosolymam rediisset, et non versatus fuisset cum Judæis, et videret illum **165** in medio cum multis etiam aliis sedentem. Non enim jam amplius nosci poterat summus sacerdos, quod multi ibi adessent atque diversi. Parietem autem dealbatum eum vocat, idcirco quod splendida specie atque persona præditus esset, utpote legis vindex, et lege judicans, sed mens ejus vitiis atque sceleribus redundaret. Quamobrem etiam habitum ejus insignem arguit ac reprehendit ab externo affectu.

Γνοὺς δὲ ὁ Παῦλος ὅτι τὸ ἓν μέρος ἐστὶ Σαδδουκαίων, τὸ δὲ ἕτερον Φαρισαίων, ἔκραξεν ἐν τῷ συνεδρίῳ· Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐγὼ Φαρισαῖός εἰμι υἱὸς Φαρισαίου· περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι. D

Vers. 6. *Porro sciens Paulus unam partem esse Sadducæorum, alteram vero Pharisæorum, vociferatus est in concilio : Viri fratres, ego Pharisæus sum, atque etiam Pharisæi filius : de spe et resurrectione mortuorum ego causam dico.*

Τοῦτο δὲ αὐτοῦ λαλήσαντος, ἐγένετο στάσις τῶν Φαρισαίων καὶ [67] Σαδδουκαίων, καὶ ἐσχίσθη τὸ πλῆθος.

Vers. 7. *Quod ubi locutus est, orta est dissensio inter Pharisæos et Sadducæos, et multitudo divisa est.*

## Variæ lectiones et notæ.

[62] *In uno vulgato exemplari est*, κατηγορεῖτο. [62a] *In vulgatis non est*, πρός. [63] τεῖχε, *erat*. [64] με, *desideratur in manuscripto*. [65] *In vulgatis*, ἔφη τε. [66] *Opinor hic repetendam dictionem*, παρανομῶν. [67] *In vulgatis adjectum est*, τῶν.

Digitized by Google

VERS. 8. *Nam Sadducæi quidem dicunt non esse resurrectionem, negant esse angelum atque spiritum : Pharisæi autem utrumque confitentur.*

*Ego sum Pharisæus.* Rursus humano more loquitur, et ubique gratia illi non deest. Ac ne in hoc quidem loco mentitur ; nam erat a majoribus Pharisæus. Quandoquidem enim illi dicere nolebant cur eum in judicium vocarent, cogitur ipse postmodum exponere quid sibi crimini detur. *De spe atque resurrectione mortuorum ego in judicium vocor.* Et ab accusatione eorum et calumnia sese probat atque commendat. Non norunt autem Sadducæi forsitan nec Deum quidem, ut qui crassiores sint : unde nec resurrectionem quidem futuram esse credunt. Pharisæi autem utrumque confitentur. Atqui tria sunt, quæ commemoravit : qui igitur dicit, *Utrumque ?* Sane spiritus et angelus unum et idem, inquit, sunt. Dictio *Utrumque* sive *Utraque*, etiam de tribus dicitur. Non enim oportet ab exacta loquendi proprietate, quæ pertinet ad externos, judicare de scriptis illitteratorum et piscatorum. Hinc enim etiam hæreses et sectæ nascuntur.

A *Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέγουσι, μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα · Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα.*

*Ἐγὼ Φαρισαῖός εἰμι.* Πάλιν ἀνθρωπίνως διαλέγεται, καὶ πανταχοῦ τῆς χάριτος ἀπολαύει. Οὐ ψεύδεται δὲ οὐδ' ἐνταῦθα · Φαρισαῖος γὰρ ἦν ἐκ προγόνων. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἠβούλοντο εἰπεῖν διά τί κρίνουσιν αὐτὸν, ἀναγκάζεται λοιπὸν αὐτὸς ἐξειπεῖν. *Περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι.* Καὶ ἀπὸ τῆς κατηγορίας αὐτῶν καὶ τῆς διαβολῆς συνίστησιν ἑαυτόν. Οὐκ ἴσασι δὲ Σαδδουκαῖοι τάχα οὐδὲ τὸν Θεὸν, παχεῖς τινες ὄντες · ὅθεν οὐδὲ ἀνάστασιν γενέσθαι πιστεύουσιν. Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα. Καὶ μὴν τρία ἐστί · πῶς οὖν λέγει, *ἀμφότερα ; Ἀλλὰ* πνεῦμα καὶ ἄγγελος ἕν, φησὶν, ἐστί. Τὸ, *ἀμφότερα*, καὶ ἐπὶ τριῶν λέγεται. Οὐ δεῖ γὰρ ἐκ τῆς ἔξωθεν ἀκριβολέκτου κυριότητος κρίνειν τὰς τῶν ἀγραμμάτων καὶ ἀλιέων συγγραφάς. Ἐκ τούτων γὰρ αἱρέσεις γεννῶνται.

VERS. 9. *Exortus est autem ingens clamor, et cum surrexissent Scribæ, pars Pharisæorum pugnabant dicentes : Nihil mali invenimus in homine isto. Quod si spiritus ei locutus est aut angelus, ne pugnemus cum Deo.*

*Ἐγένετο δὲ κραυγὴ μεγάλη, καὶ ἀναστάντες οἱ [68] γραμματεῖς τὸ μέρος [69] τῶν Φαρισαίων, διεμάχοντο λέγοντες · Οὐδὲν κακὸν εὑρίσκομεν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ. Εἰ δὲ πνεῦμα αὐτῷ ἐλάλησεν [70] ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν.*

VERS. 10. *Cum igitur magna contentio coorta esset, veritus tribunus ne Paulus discerperetur ab illis, jussit manum militarem descendere, et rapere eum de medio illorum, ac ducere in castra.*

*Πολλῆς δὲ γενομένης στάσεως, εὐλαβηθεὶς ὁ χιλίαρχος μὴ διασπασθῇ ὁ Παῦλος ὑπ' αὐτῶν, ἐκέλευσε τὸ στράτευμα καταβῆναι, καὶ ἁρπάσαι αὐτὸν ἐκ μέσου αὐτῶν, ἄγειν τε εἰς τὴν παρεμ-*
C *βολήν.*

VERS. 11. *In sequenti nocte assistens ei Dominus, Bono animo, inquit, esto, Paule : ut enim testificatus es de me in Hierusalem, ita te oportet etiam Romæ testificari.*

*Εἰ δὲ πνεῦμα αὐτῷ ἐλάλησεν.* Λείπει τι πρὸς ἀναπλήρωσιν τοῦ νοήματος, ἵνα ᾖ οὕτως · Εἰ δὲ πνεῦμα ἢ ἄγγελος ἐλάλησεν αὐτῷ τὴν μηχανὴν τοῦ λόγου, ἵνα ἐκφύγῃ τὴν ἐπιβουλὴν, ἄδηλον, φησὶν· ἢ ὡς ἀπὸ τῶν Φαρισαίων τὸ ῥῆμα λεκτέον · Εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος, ἀντὶ τοῦ, Ἰδοὺ, τὰ περὶ ἀναστάσεως λαλῶν, δῆλός ἐστιν ἢ διὰ Πνεύματος ἁγίου ἢ δι' ἀγγέλου κατηχηθεὶς [71] τὸν τῆς ἀναστάσεως λόγον [72]. *Εὐλαβηθεὶς ὁ χιλίαρχος.* Φοβεῖται μὴ διασπασθῇ, ἐπειδὴ εἶπεν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι · καὶ οὐκ ἀκίνδυνον ἦν τὸ πρᾶγμα. Καὶ τὸ στράτευμα λοιπὸν ἁρπάζει αὐτὸν, ὡς ἴδιον, οἶμαι.

VERS. 12. *Sed ut diluxit, Judæi quidam facta coitione devoverunt se, dicentes neque esuros se neque bibituros esse quoad Paulum occidissent.*

*Τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐπιστὰς αὐτῷ ὁ Κύριος,*
D *εἶπε · Θάρσει, Παῦλε · ὡς γὰρ διεμαρτύρω τὰ περὶ ἐμοῦ εἰς Ἰερουσαλὴμ, οὕτω σε δεῖ καὶ ἐν Ῥώμῃ [73] μαρτυρῆσαι.*

VERS. 13. *Erant autem plures quadraginta, qui hanc conjurationem fecerunt.*

*Γενομένης δὲ ἡμέρας, ποιήσαντές τινες τῶν Ἰουδαίων συστροφὴν, ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς λέγοντες, μήτε φαγεῖν, μήτε πιεῖν, ἕως οὗ ἀποκτείνωσι τὸν Παῦλον.*

*Ἦσαν δὲ πλείους τεσσαράκοντα οἱ ταύτην τὴν συνωμοσίαν πεποιηκότες.*

## Variæ lectiones et notæ.

[68] οἱ *in vulgatis desideratur.* [69] *In vulgatis* τοῦ μέρους. [70] *In vulgatis* ἐλάλησεν αὐτῷ. [71] κατηχ· Θηθεὶς, *erat.* [72] *Scholiastes hic non videtur legisse ea verba quæ sequuntur : nempe,* μὴ θεομαχῶμεν, *quæ in vulgata etiam translatione prætermissa sunt.* [73] *In vulgatis est,* οὕτω σε δεῖ καὶ εἰς Ῥώμην.

Digitized by Google

Οἵτινες προσελθόντες τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, εἶπον.

Ἐπιστὰς αὐτῷ ὁ Κύριος. Ἐπειδὴ ἀεὶ ἐν ταῖς θλίψεσι παρακαλεῖ ὁ Κύριος· πρινὴ δὲ ἐκπεσεῖν εἰς τὸν κίνδυνον, οὐκ ἐφάνη αὐτῷ (καὶ ἐν τοῖς κινδύνοις ἐγγυμνάζων ἡμᾶς;) · καὶ μετὰ τὸ φανῆναι, πάλιν ἀφίησιν αὐτὸν ἀνθρωπίνως σωθῆναι.

Ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυτοὺς μηδενὸς γεύσασθαι, ἕως οὗ ἀποκτείνωμεν [74] τὸν Παῦλον.

Νῦν οὖν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ σὺν τῷ συνεδρίῳ [75], ὅπως αὔριον αὐτὸν καταγάγῃ πρὸς ὑμᾶς [76], ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ. Ἡμεῖς δὲ, πρὸ τοῦ ἐγγίσαι αὐτὸν, ἕτοιμοί ἐσμεν τοῦ ἀνελεῖν αὐτόν.

Ἀνεθεμάτισαν ἑαυτούς. Ἀντὶ τοῦ, Ἔξω εἶναι τῆς κατὰ Θεὸν πίστεως εἶπον ἑαυτοὺς, εἰ μὴ ποιήσομεν τὰ δόξαντα. Εἴτε οὖν ἐψεύσαντο τὴν ὑπόσχεσιν, ὡς καὶ ἐψεύσαντο, ἀνάθεμά εἰσιν· εἴτε τὸν Παῦλον ἐγεγόνει αὐτοῖς φονεῦσαι, πάλιν ὡς φονεῖς ἀνάθεμα ἑαυτοὺς [77] ἐποίουν, ἤτοι ὁ Θεὸς ἐποίει αὐτούς.

Ἀκούσας δὲ ὁ υἱὸς τῆς ἀδελφῆς Παύλου τὸ ἐνεδρον, παραγενόμενος καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν παρεμβολὴν, ἀπήγγειλε τῷ Παύλῳ.

Προσκαλεσάμενος δὲ ὁ Παῦλος ἕνα τῶν ἑκατοντάρχων, ἔφη· Τὸν νεανίαν τοῦτον ἀπάγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον· ἔχει γάρ τι ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ.

Ὁ μὲν οὖν παραλαβὼν αὐτὸν, ἤγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον, καὶ φησιν· Ὁ δέσμιος Παῦλος, προσκαλεσάμενός με, ἠρώτησε τοῦτον τὸν νεανίαν ἀγαγεῖν πρὸς σὲ ἔχοντά τι λαλῆσαί σοι.

Ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ὁ χιλίαρχος, καὶ ἀναχωρήσας κατ' ἰδίαν, ἐπυνθάνετο· Τί ἐστιν ὃ ἔχεις ἀπαγγεῖλαί μοι;

Εἶπε δὲ, ὅτι Οἱ [78] Ἰουδαῖοι συνέθεντο τοῦ ἐρωτῆσαί σε, ὅπως αὔριον εἰς τὸ συνέδριον καταγάγῃς τὸν Παῦλον, ὡς μέλλοντές τι [79] ἀκριβέστερον πυνθάνεσθαι περὶ αὐτοῦ.

Σὺ οὖν μὴ πεισθῇς αὐτοῖς. Ἐνεδρεύουσι γὰρ αὐτὸν [80] ἐξ αὐτῶν ἄνδρες πλείους τεσσαράκοντα· οἵτινες ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς μήτε φαγεῖν, μήτε πιεῖν, ἕως οὗ ἀνέλωσιν αὐτόν· καὶ νῦν ἰδοὺ [81] ἕτοιμοί εἰσι προσδεχόμενοι τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν.

Ὁ μὲν οὖν χιλίαρχος ἀπέλυσε τὸν νεανίαν παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με.

Καὶ προσκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν ἑκατοντάρχων, εἶπεν· Ἑτοιμάσατε στρατιώτας διακοσίους, ἵνα πορευθῶσιν ἕως Καισαρείας, καὶ ἱππεῖς ἑβδομήκοντα, καὶ δεξιολάβους διακοσίους, ἀπὸ τρίτης ὥρας τῆς νυκτός.

VERS. 14. *Illi cum venissent ad principes sacerdotum ac seniores, dixerunt.*

*Assistens ei Dominus.* Quoniam semper in afflictionibus Dominus consolari solet : sed priusquam incidisset in periculum, non apparuit illi : nam etiam periculis nos exercet, ac postaquam illi apparuerat, rursus sinit eum more humano servari.

VERS. 14. *Diris exsecrationibus devovimus nosmetipsos nihil gustaturos esse, quoad Paulum interfecerimus.*

VERS. 15. *Nunc ergo vos convenite tribunum, et adhibito concilio agite cum eo, ut cras illum deducat ad vos, utpote causam illius diligentius cogniturus. Nos autem antequam appropinquet, parati sumus eum interimere.*

*Devovimus nos.* Pro eo, ac si diceret : Dixerunt se expertes esse divinæ fidei, nisi fecerimus, inquiunt, quod facere statuimus. Sive igitur falsum votum fecerunt, sicut etiam frustra voverunt, execrabiles et piaculares homines sunt : sive res prospere successisset, et contigisset eis, ut Paulum occiderent, rursus ut homicidæ sacros atque piaculares homines semetipsos efficiebant, seu Deus illos faciebat.

VERS. 16. *Quas insidias cum filius sororis Pauli parari audivisset, ad castra accessit, et ingressus, quid ageretur Paulo enuntiavit.*

VERS. 17. *Paulus igitur cum unum ex centurionibus advocasset : Hunc, inquit, adolescentem abduc ad tribunum. Habet enim quod illi indicet.*

VERS. 18. *Atque ille quidem assumptum eum deduxit ad tribunum, et ait : Paulus is, qui est in vinculis, me ad se vocatum rogavit, ut hunc adolescentem ducerem ad te, quod haberet aliquid, quod tibi loqueretur.*

VERS. 19. *Tribunus* 167 *igitur cum eum manu apprehendisset, et seorsum secessisset, sciscitabatur ab eo : Quid habes quod mihi enunties?*

VERS. 20. *Atque ille : Constituerunt, inquit, Judæi rogare te, ut cras in concilium Paulum deduças, quasi aliquid accuratius atque diligentius sciscitaturi de illo.*

VERS. 21. *Tu vero illis credere ac morem gerere noli. Insidiantur enim ei ex illis viri plures quadraginta, qui sese devoverunt, ut neque comedant, neque bibant, quoad eum sustulerint; et nunc ecce parati sunt, et exspectant tuum promissum.*

VERS. 22. *Igitur tribunus dimisit adolescentem adjecto præcepto : Vide, inquit, ne cui effutias te mihi ista indicasse.*

VERS. 23. *Et accersitis duobus quibusdam centurionibus dixit : Parate milites ducentos, qui profici-*

Variæ lectiones et notæ.

[74] ἀποκτείνωμεν, *erat.* [75] *In nonnullis vulgatis,* καὶ τῷ συνεδρίῳ. [76] ὑμᾶς, *in vulgatis.* [77] ἑαυτοῖς, *erat.* [78] *In manuscripto desideratur,* οἱ *ante* Ἰουδαῖοι. [79] Μέλλοντά τι, *erat.* [80] *In manuscripto desideratur,* αὐτόν. [81] Ἰδοὺ, *desideratur in vulgatis.*

Digitized by Google

*cantur usque Cæsaream : equites item septuaginta, et hastatos ducentos ab hora tertia noctis.*

VERS. 24. *Et ut jumenta præsto sint curate, quibus impositum Paulum salvum perducant ad Felicem præsidem.*

*Quas insidias cum filius sororis Pauli parari audivisset.* Hoc divinæ providentiæ atque dispositionis erat, ut non animadverterent fore, ut ille hæc audiret. Rursus humana prudentia servatur. Nam neminem Paulus scire voluit, quid sibi indicatum esset, ne centurionem quidem, ne res patefieret et emanaret. Non reprehendi Paulus idcirco debet quod metuebat pericula, sed imbecillitati partim naturæ tribuendum est : erat enim homo : partim laudandum propositum atque voluntas, quod etiam mortem ac verba reformidans, nihil quod se indignum esset, propter hunc metum committebat.

VERS. 25. *Scripsit autem epistolam, quæ continebat hanc formam :*

VERS. 26. *Claudius Lysias præstantissimo præsidi Felici salutem.*

VERS. 27. *Cum Judæi virum hunc comprehendissent, et interfecturi essent, cum manu militari præsto fui, et eripui eum, quod didicissem eum esse civem Romanum.*

VERS. 28. *Et cum vellem scire causam cur illum accusarent, deduxi eum in concilium illorum.*

VERS. 29. *Quem comperi accusari de quæstionibus legis eorum, ac nullius criminis, quod morte aut vinculis dignum esset, insimulari.*

VERS. 30. *Cum autem mihi indicatæ essent insidiæ, quas Judæi in eum comparassent, extemplo misi illum ad te, ac jussi accusatores quæ haberent adversus eum, dicere apud te. Vale.*

VERS. 31. *Ac milites quidem, sicuti præceptum* **168** *erat eis, susceptum Paulum noctu duxerunt Antipatrida.*

VERS. 32. *Postridie vero siverunt equites proficisci cum illo, ipsi in castra reversi sunt.*

VERS. 33. *Equites ingressi Cæsaream, cum epistolam prætori reddiderunt, tum ei Paulum stiterunt.*

VERS. 34. *Ille lecta epistola, cum interrogasset ex qua provincia esset, ubi rescivit eum esse ex Cilicia :*

VERS. 35. *Audiam, inquit, te cum advenerint accusatores tui.*

*Ac nullius criminis, quod morte,* etc. Vide etiam epistolam, quæ et hujus purgationem, et illorum continet accusationem. Vide item, ut suffragio

A κοσίους ὡς πορευθῶσιν ἕως Καισαρείας, καὶ ἱππεῖς ἑβδομήκοντα, καὶ δεξιολάβους διακοσίους ἀπὸ τρίτης ὥρας τῆς νυκτός.

Κτήνη τε παραστῆσαι, ἵνα ἐπιβιβάσαντες τὸν Παῦλον, διασώσωσι πρὸς Φήλικα [83] τὸν ἡγεμόνα.

Ἀκούσας δὲ ὁ υἱὸς τῆς ἀδελφῆς Παύλου τὸ ἐνέδρον. Τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας ἦν, τὸ μὴ συνιδεῖν αὐτοὺς ὅτι ἀκούσεται. Πάλιν ἀνθρωπίνη σώζεται προμηθεία. Οὐδένα δὲ ἀφίησι Παῦλος μαθεῖν οὐδὲ τὸν ἑκατόνταρχον, ὥστε μὴ τὸ πρᾶγμα γενέσθαι δῆλον. Οὐκ ἔγκλημά ἐστι Παύλου, τὸ [84] φοβεῖσθαι κινδύνους, ἀλλ' ἀσθένεια μὲν τῆς φύσεως (ἄνθρωπος γὰρ ἦν), ἐγκώμιον δὲ τῆς προαιρέσεως, ὅτι καὶ δεδοικὼς θάνατον [85] καὶ πληγὰς, οὐδὲν
B ἀνάξιον διὰ τὸν φόβον τοῦτον ἐποίησεν.

Γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον·

Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι [86] χαίρειν.

Τὸν ἄνδρα τοῦτον συλληφθέντα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, καὶ μέλλοντα ἀναιρεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, ἐπιστὰς σὺν τῷ στρατεύματι, ἐξειλόμην αὐτὸν, μαθὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι.

Βουλόμενός τε μαθεῖν [86] τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐνεκάλουν αὐτῷ, κατήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον αὐτῶν.

C Ὃν εὗρον ἐγκαλούμενον περὶ ζητημάτων τοῦ νόμου αὐτῶν [87], μηδὲν δὲ ἄξιον θανάτου ἢ δεσμῶν ἔγκλημα ἔχοντα.

Μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν [88] Ἰουδαίων, ἐξ αὐτῆς ἐπεμψά πρὸς σέ, παραγγείλας καὶ τοῖς κατηγόροις λέγειν τὰ πρὸς αὐτὸν ἐπὶ σοῦ. Ἔρρωσο.

Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται, κατὰ τὸ διατεταγμένον αὐτοῖς, ἀναλαβόντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον διὰ τῆς νυκτὸς εἰς τὴν Ἀντιπατρίδα.

Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐάσαντες τοὺς ἱππεῖς εἰσπορεύεσθαι [89] σὺν αὐτῷ, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν παρεμβολήν.

Οἵτινες εἰσελθόντες εἰς τὴν [90] Καισάρειαν, καὶ
D ἀναδόντες τὴν ἐπιστολὴν τῷ ἡγεμόνι, παρέστησαν καὶ τὸν Παῦλον αὐτῷ.

Ἀναγνοὺς δὲ ὁ ἡγεμὼν, καὶ ἐπερωτήσας ἐκ ποίας ἐπαρχίας ἐστὶ, καὶ πυθόμενος ὅτι ἀπὸ Κιλικίας,

Διακούσομαί σου, ἔφη, ὅταν [91] καὶ οἱ κατήγοροί σου παραγένωνται.

Μηδὲν δὲ ἄξιον θανάτου. Ὅρα καὶ ἐπιστολὴν ἀπολογίαν ἔχουσαν ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ κατηγορίαν κατ' ἐκείνων. Ὅρα δὲ πῶς διὰ τῆς ψήφου τῶν ἔξω

## Variæ lectiones et notæ.

[83] Φίλικα, *erat.* [84] τοῦ, *erat.* [85] θανάτου, *erat.* [86] Φίληκι, *erat.* [86] *In vulgatis,* δὲ γνῶναι. [87] αὐτὸν, *erat.* [88] *In vulgatis* ἀπὸ τῶν. [89] *In vulgatis,* πορεύεσθαι. [90] τὴν, *desideratur in manuscripto.* [91] *In vulgatis post* ὅταν, καὶ *adjectum desideratum manuscripto.*

Digitized by Google

ἀθῶος γίνεται ὁ Παῦλος καὶ ὁ Χριστὸς διὰ Πιλάτου. A

*Ἐκέλευσέ τε αὐτὸν ἐν τῷ πραιτωρίῳ Ἡρώδου φυλάσσεσθαι.*

atque sententia externorum innocens Paulus habetur : quemadmodum etiam Christus a Pilato insons judicabatur.

*Jussitque eum in prætorio Herodis asservari.*

## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

*Μετὰ δὲ πέντε ἡμέρας, κατέβη Ἀνανίας ὁ ἀρχιερεὺς μετὰ πρεσβυτέρων τινῶν, καὶ ῥήτορος Τερτύλλου [93], οἵτινες ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ τοῦ Παύλου.*

*Κληθέντος δὲ αὐτοῦ, ἤρξατο κατηγορεῖν ὁ Τέρτυλλος λέγων·*

*Πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ, καὶ κατορθωμάτων γινομένων τῷ ἔθνει τούτῳ διὰ τῆς σῆς προνοίας, πάντη τε καὶ πανταχοῦ ἀποδεχόμεθα, κράτιστε Φῆλιξ [93], μετὰ πάσης εὐχαριστίας.* B

*Ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ πλεῖόν σε ἐγκόπτω, παρακαλῶ ἀκοῦσαί σε ἡμῶν συντόμως τῇ σῇ ἐπιεικείᾳ.*

*Ἐν τῷ πραιτωρίῳ Ἡρώδου.* Σημειωτέον ὅτι ἐν Καισαρείᾳ ἐστὶ τὸ πραιτώριον Ἡρώδου. *Οἵτινες ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ τοῦ Παύλου.* Λείπει πάλιν τῷ ῥητῷ πρὸς τὸ νόημα ἡ λέξις, ἵνα ᾖ οὕτως· Οἵτινες ἐνεφάνισαν διδασκαλικὸν χάρτην κατὰ τοῦ Παύλου. *Πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ.* Ὅρα πῶς τοῖς ἐπαίνοις προκαταλαμβάνει τὸν δικαστὴν ἐκ προοιμίων, καὶ ὡς νεωτεροποιὸν καὶ στασιαστὴν βούλεται παραδοῦναι τὸν Παῦλον.

*Εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν καὶ κινοῦντα στάσιν πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις, τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην, πρωτοστάτην τε [94] καὶ τῆς Ναζωραίων [95] αἱρέσεως,* C

*Ὃς καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι· ὃν καὶ ἐκρατήσαμεν, καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἠθελήσαμεν κρῖναι [96].*

*Παρελθὼν δὲ Λυσίας ὁ χιλίαρχος, μετὰ πολλῆς βίας ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἀπήγαγε [97],*

*Κελεύσας [98] τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ ἔρχεσθαι ἐπὶ σοῦ· παρ' οὗ δύνασαι αὐτὸς ἀνακρίνας περὶ πάντων τούτων ἐπιγνῶναι, ὧν ἡμεῖς κατηγοροῦμεν αὐτοῦ.*

*Συνεπέθεντο [99] δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι φάσκοντες ταῦτα οὕτως ἔχειν.*

Ἐδόκει τοῦτο ἐπονείδιστον εἶναι τὸ, τῶν Ναζωραίων, καὶ ἀπὸ τούτου πάλιν διέβαλον αὐτόν· ἡ γὰρ Ναζαρὲτ εὐτελὴς ἦν. Αἱρετικοὺς δὲ λέγει τοὺς Ναζωραίους ὁ Τέρτυλλος· ὡς εἶναι καὶ ταύτην ἐν Ἰουδαίοις αἵρεσιν. Ὁ δὲ Τέρτυλλος Ἕλλην ἦν· διὸ καὶ ἑρητόρευεν, ἤτοι ἐδικολόγει. D

*Ἀπεκρίθη τε [1] ὁ Παῦλος, νεύσαντος αὐτῷ τοῦ*

## CAPUT XXIV.

VERS. 1. *Quinque autem diebus post descendit Ananias princeps sacerdotum cum senioribus quibusdam et oratore Tertullo, qui exhibuerunt præsidi adversus Paulum.*

VERS. 2. *Quo vocato, Tertullus accusationem exorsus est his verbis :*

VERS. 3. *Quod summa per te pace fruimur, ac multa recte per tuam providentiam in hac natione administrantur, optime Felix, id nobis ubique plane acceptum est, ac summe gratum habemus.*

VERS. 4. *Sed ne te diutius teneam, quæso te ut nos paucis audias pro tua æquitate.*

*In prætorio Herodis.* Notandum est, Cæsareæ esse prætorium Herodis. *Qui exhibuerunt præsidi adversus Paulum.* Desideratur rursus aliquid in verbis elocutionis ad sententiam explendam, ut ita sit: Qui exhibuerunt præsidi libellum quo doceretur adversus Paulum. *Quod summa per te pace fruimur.* Vide ut laudibus in exordio judicem præoccupat, et Paulum ut hominem novarum rerum studiosum atque seditiosum deferre vult.

VERS. 5. *Nam nacti sumus hunc hominem pestiferum, et seditionem omnibus Judæis toto orbe moventem, atque principem sectæ Nazarenorum,*

VERS. 6. *Qui etiam templum profanare tentavit : quem etiam comprehendimus, et ex lege nostra judicare voluimus.*

VERS. 7. *Sed cum intervenisset Lysias tribunus,* **169** *cum magna vi eum ex manibus nostris abduxit.*

VERS. 8. *Et jussit accusatores ejus venire ad te. Ex quo poteris ipse habita quæstione cognoscere de omnibus istis, quibus nos eum accusamus.*

VERS. 9. *Assensi autem Judæi quoque verbis adjecerunt hæc ita esse.*

Hoc quod dicit *Nazarenorum*, videbatur ignominiosum ac vituperandum esse ; atque hoc nomine quoque eum calumniabantur. Vile enim oppidum erat Nazareth. Hæreticos autem, id est, sectarios et factiosos Tertullus dicit esse Nazarenos, ut etiam hæc inter Judæos sit secta. Cæterum Tertullus erat Græcus. Quamobrem etiam oratoris officio fungebatur et causidicus erat.

VERS. 10. *Ac Paulus, cum prætor ei annuisset,*

### Variæ lectiones et notæ.

[93] *In vulgatis* ὁ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ ῥήτορος Τερτύλλου τινός. [93] Φῆλιξ *erat.* [94] *In vulgatis desideratur* καὶ *post* τε. [95] *In vulgatis* τῶν Ναζωραίων. [96] *In vulgatis*, κρίνειν. [97] *In vulgatis* ἀπήγαγεν. [98] *In vulgatis* κελεύων, *et sequenti versu*, ἐπὶ σε· παρ' οὗ δυνήσῃ. [99] *In vulgatis* συνέθεντο. [1] *In vulgatis* δέ.



Digitized by Google

*ut diceret, hoc modo respondit : Quoniam scio te a multis annis huic nationi justum judicem esse, æquiore animo pro me ipso causam dico :*

VERS. 11. *Quia tu potes cognoscere me non plures duodecim complevisse dies, ex quo ascendi adoratum in Jerusalem.*

VERS. 12. *Ac neque in templo repererunt me cum aliquo colloquentem, aut coitionem vulgi facientem, neque in synagogis, neque in urbe :*

VERS. 13. *Nec me convincere nunc possunt, de quibus me nunc accusant.*

VERS. 14. *Confiteor autem tibi hoc, me juxta viam, quam sectam vocant, sic servire ac credere Deo ac Patri, credere item omnibus, quæ scripta sunt in lege atque prophetis.*

VERS. 15. *Ac spem habeo in Deum fore eam, quam et isti ipsi exspectant, resurrectionem mortuorum, justorum simul et injustorum.*

Tantum abest, inquit, ut seditiones moveam, ut etiam adorandi causa ascenderim. Atque huic orationi immoratur, quod esset firmum argumentum. Sic servire ac credere Deo ac Patri. Posteaquam vocatus fuit ut esset apostolus Christi, dum dicit se servire patrio Deo, ostendit unum esse Deum tam Veteris quam Novi Testamenti. Viam autem dicit fidem seu traditionem.

VERS. 16. *Atque interim etiam ipse do operam, ut apud Deum et homines conscientiam habeam omnis offensionis semper expertem.*

VERS. 17. *Compluribus autem annis interjectis, veni ut eleemosynas facerem in gentem meam et oblationes.*

VERS. 18. *Quarum rerum causa purificatum atque lustratum me repererunt in templo nulla cum turba, nulloque cum tumultu. Sed quidam ex Asia Judæi,*

VERS. 19. *Quos oportebat apud te præsto esse et accusare, si quid adversum me criminis haberent,*

**170** VERS. 20. *Aut isti ipsi dicant, quodnam in me maleficium deprehenderint, cum starem in concilio,*

VERS. 21. *Nisi de una voce hac, qua proclamavi inter eos stans, nempe, de resurrectione mortuorum ego hodie reus a vobis fio.*

*Do operam, ut apud Deum et homines*, etc. Perfecta virtus est hæc, cum neque hominibus ansam reprehendendi præbemus, et apud Deum esse studemus omnis expertes offensionis. *Aut isti ipsi dicant, quodnam in me scelus deprehenderint.* [a] In concilio. Non in privato, sed dum fiebat inquisitio. Ac me vera dicere testantur qui de his rebus accu-

A ἡγεμόνος [2] λέγειν· Ἐκ πολλῶν ἐτῶν ὄντα σε κριτὴν δίκαιον [3] τῷ ἔθνει τούτῳ ἐπιστάμενος, εὐθυμότερον τὰ περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι,

Δυναμένου σου ἐπιγνῶναι [4], ὅτι οὐ πλείους εἰσί μοι ἡμέραι δώδεκα, ἀφ' ἧς ἀνέβην προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλήμ [5].

Καὶ οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ εὗρόν με πρός τινα διαλεγόμενον, ἢ ἐπισύστασιν ποιοῦντα ὄχλου, οὔτε ἐν ταῖς συναγωγαῖς, οὔτε κατὰ πόλιν·

Οὔτε παραστῆσαί με νῦν δύνανται, περὶ ὧν νῦν [6] κατηγοροῦσί μου.

Ὁμολογῶ δὲ τοῦτό σοι, ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν λέγουσιν αἵρεσιν, οὕτω λατρεύω πιστεύων πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν νόμον καὶ τοῖς προφήταις γεγραμμένοις.

B Ἐλπίδα ἔχω εἰς τὸν Θεὸν [7] ἣν καὶ αὐτοὶ οὗτοι προσδέχονται, ἀνάστασιν μέλλειν ἔσεσθαι νεκρῶν, δικαίων τε καὶ ἀδίκων.

Τοσοῦτον ἀπέχω, φησὶ, τοῦ στάσεις κινεῖν, ὥστε προσκυνῆσαι ἀνέβην. Ἐνδιατρίβει δὲ τούτῳ τῷ λόγῳ, ὅπερ ἦν ἰσχυρόν. Οὕτως λατρεύω πιστεύων τῷ Θεῷ καὶ [8] Πατρί. Μετὰ τὴν κλῆσιν τοῦ εἶναι ἀπόστολος Χριστοῦ, λέγων λατρεύειν τῷ πατρῴῳ Θεῷ, δείκνυσιν ἕνα ὄντα Θεὸν Παλαιᾶς τε καὶ Νέας. Ὁδὸν δὲ λέγει τὴν πίστιν ἤτοι τὴν παράδοσιν.

Ἐν τούτῳ δὲ καὶ [9] αὐτὸς ἀσκῶ ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαπαντός.

C Δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων, παρεγενόμην ἐλεημοσύνας ποιήσων εἰς τὸ ἔθνος μου καὶ προσφοράς.

Ἐφ' οἷς εὗρόν με [10] ἡγνισμένον ἐν τῷ ἱερῷ, οὐ μετὰ ὄχλου, οὐδὲ μετὰ θορύβου. Τινὲς δὲ τῶν [11] ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαίων,

Οὓς ἔδει ἐπὶ σοῦ παρεῖναι, καὶ κατηγορεῖν, εἴ τι ἔχοιεν [12] πρός με·

Ἢ αὐτοὶ οὗτοι εἰπάτωσαν τί εὗρον [13] ἐν ἐμοὶ ἀδίκημα, στάντος μου ἐπὶ τοῦ συνεδρίου·

Ἢ περὶ μιᾶς φωνῆς ταύτης, ἧς ἐκέκραξα ἐν αὐτοῖς ἑστὼς, ὅτι περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι σήμερον ὑφ' ὑμῶν.

D Ἀσκῶ ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν. Ἡ τελεία αὕτη ἀρετὴ, ὅταν μηδὲ ἀνθρώποις διδῶμεν λαβάς, καὶ παρὰ Θεῷ σπουδάζομεν [14] εἶναι ἀπρόσκοποι. Ἢ αὐτοὶ οὗτοι εἰπάτωσαν, τί εὗρον ἐν ἐμοὶ ἀδίκημα. Ἐν τῷ συνεδρίῳ, οὐχὶ κατιδίαν, ἀλλ' ἐξετάσεως γενομένης. Καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω, μαρτυροῦσιν οἱ περὶ τούτου ἐλεγχόντες. Τοῦτο γὰρ πε-

## Variæ lectiones et notæ.

[2] *In vulgatis* αὐτοῦ τοῦ ἡγεμόνος. [3] *Desideratur* δίκαιον *in vulgatis.* [4] Γνῶναι *in vulgatis est et paulo post*, εἰσίν μοι ἡμέραι, ἢ δεκαδύο. [5] ἐν Ἱερουσαλὴμ *est in vulgatis.* [6] *Ante* κατηγοροῦσι, *et ante* δύνανται *desideratur in vulgatis* νῦν. [7] *In vulgatis* οὕτως λατρεύω τῷ πατρῴῳ Θεῷ, πιστεύων πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν νόμον καὶ τοῖς προφήταις γεγραμμένοις, ἐλπίδα ἔχων εἰς τὸν Θεόν. [8] *Videtur hic locus corruptus esse, et sequenda lectio vulgata, nempe*, λατρεύω τῷ πατρῴῳ Θεῷ, *nam ita legit et scholiastes.* [9] *Ante* αὐτὸς, καὶ *desideratur.* [10] *In vulgatis* ἐν οἷς εὗρόν με. [11] Τῶν *ante* ἀπὸ, *desideratur in vulgatis*, εἰ Ἰουδαῖοι, *non* Ἰουδαίων *est ibidem et* οὓς δεῖ. [12] Εἴτοι ἔχειν, *erat.* [13] *In vulgatis* εἴ τι εὗρον. [14] Σπουδάζωμεν.

[a] *Videtur aliquid hic desiderari.*

Digitized by Google

ριωσία δικαιωμάτων, μὴ φεύγειν τοὺς κατηγόρους, ἀλλ' ἕτοιμον πᾶσι διδόναι λόγον. Καὶ γὰρ τοῦτο [15] ἐξαρχῆς διεπονοῦντο, ὅτι τὴν ἀνάστασιν ἐκήρυττον· τούτου γὰρ δειχθέντος, εὐκόλως καὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ ἐπεισήγετο, ὅτι ἀνέστη.

sant. Nam hoc est abundantia purgationum, non defugere accusatores, sed promptam omnibus reddere rationem. Etenim hoc ab initio offendebantur, quod resurrectionem prædicabam : hoc enim ostenso, facile res a Christo gestæ deinceps introducebantur, nempe illum resurrexisse.

Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φήλιξ [16], ἀνεβάλετο [17] αὐτοὺς, ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, εἰπών· Ὅταν Λυσίας ὁ χιλίαρχος καταβῇ, διαγνώσομαι τὰ καθ' ὑμᾶς.

Διαταξάμενός τε τῷ ἑκατοντάρχῃ [18] τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον, ἔχειν τε ἄνεσιν, καὶ μηδένα κωλύειν τῶν ἰδίων αὐτοῦ ὑπηρετεῖν, ἢ προσέρχεσθαι αὐτῷ.

VERS. 22. *Quibus auditis, Felix rejecit eos, quod melius sciret ea quæ pertinebant ad illam viam : et, cum Lysias, inquit, tribunus descenderit, pernoscam causam vestram.*

VERS. 23. *Et præcepit centurioni, ut Paulus custodiretur et relaxationem haberet, et ut nullum ex illius familiaribus ei ministrare aut accedere prohiberet.*

Ἀνεβάλετο αὐτούς. Ἐπίτηδες ὑπερέθετο, οὐ δεόμενος μαθεῖν, ἀλλὰ διακρούσασθαι τοὺς Ἰουδαίους [19] ἀφεῖναι· οὐκ ἤθελε δι' ἐκείνους κολάσαι. Ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, εἰπών. Ἤδει ὁ Φήλιξ τὴν πίστιν ἀκριβῶς, κατηχηθεὶς τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ ἐκ τῆς Παλαιᾶς· καὶ κατὰ ἀνθρωπαρέσκειαν, οὐκ ἀπέλυσε τὸν Παῦλον, ὡς παρακατιών φησι· Θέλων δὲ χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φήλιξ· ἔτι γε μὴν καὶ χρήματα ἐλπίζων λαβεῖν παρ' αὐτοῦ. Ἤδει δὲ, ὡς ἔχων γυναῖκα Ἰουδαίαν, παρ' ἧς συνεχῶς ἤκουε ταῦτα.

*Rejecit eos.* Dedita opera negotium differt, non quod doceri vellet, sed repellere Judæos, ut dimitteret : non volebat eum propter illos punire. *Quod melius sciret ea quæ pertinebant ad illam viam, et inquit.* Felix bene noverat fidem, quod ea quæ pertinent ad Christum, audivisset ex Veteri Testamento : et quod hominibus placere studeret, Paulum non dimisit, ut progressus infra dicit : *Cum vellet autem Felix gratiam a Judæis inire.* Præterea vero pecunias quoque sperabat se accepturum esse ab illo. Noverat autem, ut qui uxorem haberet Judæam, a qua frequenter hæc audiebat.

Μετὰ δὲ ἡμέρας τινὰς, παραγενόμενος ὁ Φήλιξ σὺν Δρουσίλλῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ οὔσῃ Ἰουδαίᾳ, μετεπέμψατο τὸν Παῦλον, καὶ ἤκουσεν αὐτοῦ περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως.

Διαλεγομένου δὲ αὐτοῦ περὶ δικαιοσύνης, καὶ ἐγκρατείας, καὶ τοῦ κρίματος τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, ἔμφοβος γενόμενος ὁ Φήλιξ, ἀπεκρίθη· Τὸ νῦν ἔχον, πορεύου· καιρὸν δὲ λαβὼν [20], μετακαλέσομαί σε [21].

Ἅμα καὶ ἐλπίζων, ὅτι χρήματα δοθήσεται αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Παύλου, ὅπως λύσῃ αὐτόν. Διὸ καὶ πυκνότερον αὐτὸν μετα πεμπόμενος, ὡμίλει αὐτῷ.

*Post aliquot autem dies cum venisset Felix una cum Drusilla uxore sua, quæ erat Judæa, accersivit Paulum, et audivit eum loquentem de fide in Christum.*

VERS. 25. *Ac disserente eo de justitia et continentia, deque futuro judicio, perterritus Felix respondit : Nunc quidem abi, sed tempus opportunum nactus, accersam te.*

VERS. 26. *Ac simul etiam sperabat pecunias sibi datum iri a Paulo, ut solveret eum. Quamobrem etiam eum sæpius accersens sermocinabatur cum illo.*

Διετίας δὲ πληρωθείσης, ἔλαβε διάδοχον ὁ [22] Φήλιξ Πόρκιον Φῆστον. Θέλων δὲ [23] χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φήλιξ, κατέλιπε τὸν Παῦλον δεδεμένον.

VERS. 27. *Biennio autem expleto, Felix accepit* **171** *successorem Porcium Festum. Volens igitur gratiam a Judæis inire, Felix * reliquit Paulum vinctum.*

## ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

## CAPUT XXV.

Φῆστος οὖν ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα ἀπὸ Καισαρείας.

VERS. 1. *Festus igitur provinciam ingressus, post dies tres a Cæsarea Hierosolymam ascendit.*

## Variæ lectiones et notæ.

[15] *Isc.* τούτῳ. [16] *In manuscripto* Φίληξ, *in vulgatis* Φῆλιξ. [17] *In vulgatis* ἀνέβαλε αὐτούς. [18] *In vulgatis* ἑκατοντάρχᾳ. [19] *Videtur locus mutilus esse ac desirari ὥστε, vel simile quid.* [20] *In vulgatis,* μεταλαβὼν, μετακαλέσομαί σε. Ἅμα δὲ καὶ ἐλπίζων. [21] Σοι *erat.* [22] ὁ *desideratur in manuscripto.* [23] *In vulgatis* θέλων τε.

## Scholion Laurentii Sifani.

* De Felice Suetonius in Vita Claudii Cæsaris : « Libertorum, inquit, præcipue suspexit Posidem, etc., nec minus Felicem, quem cohortibus et alis provinciæque Judææ præposuit trium reginarum maritum. » De eodem et Drusilla uxore, Cornelius Tacitus lib. XXI, ubi de origine belli Judaici scribit : « Claudius, inquit, defunctis regibus aut ad modicum redactis, Judæam provinciam equitibus Romanis aut libertis permisit, e quibus Antonius Felix per omnem sævitiam ac libidinem jus regium servili ingenio exercuit, Drusilla Cleopatræ et Antonii nepte in matrimonium accepta, ut ejusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset. » Fuit autem Antonia major, ut Suetonius ait, avia paterna Neronis : minor, mater Claudii, avia paterna C. Caligulæ Cæsaris. Vide Suetonium in Claudio, Caligula et Nerone.

Digitized by Google

VERS. 2. *Convenerunt autem eum principes sacerdotum ac primi Judæorum de Paulo : et orabant eum,*

VERS. 3. *Petentes autem gratiam adversus illum, ut juberet perduci eum in Jerusalem, insidias facientes, ut interficerent illum in itinere.*

VERS. 4. *Festus autem respondit, Paulum quidem Cæsareæ asservari, se vero maturaturum illo profici sci.*

VERS. 5. *Qui vestrum igitur possunt, inquit, una mecum descendant, et si quid in hoc homine criminis est, accusent eum*

*Una cum Drusilla uxore sua.* Adversus legem Mosis hæc, quæ erat Judæa, matrimonio conjuncta fuit cum Græco : aut forsitan erat quidem Judæa, sed nupta illi, facta est Græca. Quamobrem etiam edebat ei suam fidem, suadens etiam viro ut fieret transgressor. *Perterritus Felix.* Tanta verborum erat vis, ut etiam præsidem perterrefacerent. *Quamobrem etiam sæpius accersens sermocinabatur.* Vides ut a veritate non abhorreant ea quæ scribuntur ? Accersebat eum frequenter, non quod admiraretur eum, nec quod probaret et laudaret ea quæ dicebantur a Paulo, nec quod credere vellet : sed quod speraret, inquit, pecunias sibi datum iri.

VERS. 6. *Commoratus autem inter illos dies amplius decem, descendit Cæsaream, ac postridie sedens pro tribunali, jussit Paulum adduci.*

VERS. 7. *Qui ubi advenit, circumsteterunt eum Judæi qui descenderant ab Jerusalem, multa et gravia crimina afferentes adversus Paulum, quæ non poterant demonstrare.*

VERS. 8. *Cum autem ille contra pro se causam dicens negaret se quidquam vel in legem Judæorum, vel in templum, vel in Cæsarem commisisse,*

VERS. 9. *Festus quod ab Judæis nimirum gratiam inire vellet respondens Paulo : Vis, inquit, Hierosolymam ascendere, et illic de his criminibus causam dicere coram me ?*

VERS. 10. *Paulus* **172** *autem dixit : Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me causam dicere oportet : Judæis nullam feci injuriam, sicut etiam tu melius scis.*

VERS. 11. *Nam si nocens sum et aliquid dignum morte commisi, mori non recuso : sin autem nihil est eorum de quibus isti me accusant, nemo me potest eis donare. Ad Cæsarem provoco.*

VERS. 12. *Tunc Festus cum concilio collocutus, respondit : Cæsarem appellasti, ad Cæsarem ibis.*

*Negaret se quidquam vel in legem Judæorum*, etc. Ecce testimonium certum Paulum sese in omnibus integrum ac purum ab offensione conservasse, cum

A Ἐνεφάνισαν δὲ αὐτῷ ὁ ἀρχιερεὺς καὶ οἱ πρῶτοι τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ Παύλου· καὶ παρεκάλουν αὐτόν [25] ·

Αἰτούμενοι χάριν κατ' αὐτοῦ, ὅπως μεταπέμψηται αὐτὸν εἰς Ἰερουσαλὴμ, ἐνέδραν ποιοῦντες ἀνελεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν ὁδόν.

Ὁ μὲν οὖν Φῆστος ἀπεκρίθη, τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον ἐν Καισαρείᾳ· ἑαυτὸν δὲ μέλλειν ἐν τάχει πορεύεσθαι [26].

Οἱ οὖν δυνατοὶ ἐν ὑμῖν, φησὶ, συγκαταβάντες, εἴ τι ἔστιν ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, κατηγορείτωσαν αὐτοῦ

Σὺν Δρουσίλλῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. Παρὰ τὸν νόμον αὕτη συνήφθη, Ἰουδαία οὖσα, Ἕλληνι· ἦ τάχα ἦν μὲν Ἰουδαία, γαμηθεῖσα δὲ αὐτῷ, ἐγένετο Ἑλληνίς. Διὰ καὶ ἐξέλεγεν αὐτῷ τὴν ἑαυτῆς πίστιν, πείθουσα καὶ τὸν ἄνδρα παραβάτην γενέσθαι. Ἔμφοβος γερόμενος ὁ Φήλιξ. Τοσαύτη δὲ ἡ ἰσχὺς τῶν ῥημάτων ἦν, ὥστε καὶ φοβῆσαι τὸν ἄρχοντα. Διὸ καὶ πυκνότερον αὐτὸν μεταπεμπόμενος, ὡμίλει. Ὁρᾷς πῶς τῆς ἀληθείας ἔχεται τὰ γραφόμενα; Μετεπέμπετο αὐτὸν συνεχῶς, οὐχὶ θαυμάζων αὐτὸν οὐδὲ ἐπαινῶν τὰ λεγόμενα, οὐδὲ πιστεῦσαι βουλόμενος, ἀλλὰ προσδοκῶν, φησὶ, χρήματα δοθῆναι αὐτῷ.

B Διατρίψας δὲ ἐν αὐτοῖς ἡμέρας πλείους ἢ δέκα, καταβὰς εἰς Καισάρειαν, τῇ ἐπαύριον καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκέλευσε τὸν Παῦλον ἀχθῆναι.

C Παραγενομένου δὲ αὐτοῦ, περιέστησαν οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβεβηκότες Ἰουδαῖοι, πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατὰ τοῦ Παύλου, ἃ οὐκ ἴσχυον ἀποδεῖξαι.

Ἀπολογουμένου δὲ [26] αὐτοῦ, ὅτι οὔτε εἰς τὸν νόμον τῶν Ἰουδαίων, οὔτε εἰς τὸ ἱερὸν, οὔτε εἰς Καίσαρά τι ἥμαρτον,

Ὁ Φῆστος δὲ [27] τοῖς Ἰουδαίοις θέλων χάριν καταθέσθαι, ἀποκριθεὶς τῷ Παύλῳ εἶπε· Θέλεις, εἰς Ἰεροσόλυμα ἀναβὰς, ἐκεῖ περὶ τούτων κρίνεσθαι ὑπ' ἐμοῦ [28];

Εἶπε δὲ [29] ὁ Παῦλος· Ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἑστώς εἰμι, οὗ με δεῖ κρίνεσθαι· Ἰουδαίους οὐδὲν ἠδίκησα, ὡς καὶ σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις.

D Εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ, καὶ ἄξιον θανάτου πέπραχά τι, οὐ παραιτοῦμαι τοῦ ἀποθανεῖν [30]· εἰ δὲ οὐδέν ἐστιν ὧν οὗτοι κατηγοροῦσί μου, οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι. Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι.

Τότε ὁ Φῆστος συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου, ἀπεκρίθη· Καίσαρα ἐπικέκλησαι, ἐπὶ Καίσαρα πορεύσῃ.

Ὅτι οὔτε εἰς τὸν νόμον. Ἰδοὺ μαρτυρία σαφὴς, ὅτι ἐν πᾶσιν ἑαυτὸν ἀπρόσκοπον ὁ Παῦλος ἐφύλαττε, μήτε εἰς τὸν Θεὸν, ἢ τὸν νόμον, ἢ εἰς ἄνθρωπον, ἢ

## Variæ lectiones et notæ.

[25] αὐτῷ *erat.* [26] *In vulgatis est* ἐκπορεύεσθαι. [27] δὲ *ante* αὐτοῦ *desideratur in vulgatis.* [28] *Aut hic, aut post* ἀπολογουμένου, δὲ *redundat.* [29] *In vulgatis* ἐπ' ἐμοῦ. [30] δὲ *desideratur in manuscripto.* [30] *In vulgatis,* τὸ ἀποθανεῖν.

Digitized by Google

εἰς τὸ ἱερὸν ἁμαρτήσας· ἀντὶ τοῦ, οὔτε τὰ ἐκ λίθων οἰκοδομήματα τῶν Ἰουδαίων ἐνύβρισέ ποτε, καίπερ εἰδὼς; καὶ κηρύττων μὴ ἐν χειροποιήτοις τὸν Θεὸν οἰκεῖν· ἀλλ' οὔτε ἱερέα ἐτόλμησεν ὑβρίσαι ἐν εἰδήσει Ἰουδαῖον, καίτοι μὴ πειθαρχῶν ἔτι τοῖς Ἰουδαίων ἀρχιερεῦσι. Τὸ δὲ, *Ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρός ἐστώς εἰμι*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῇ Ῥώμῃ θέλω ἐλθεῖν παρὰ τῷ βασιλεῖ, κἀκεῖ δικάσασθαι. Ἐκκαλοῦμαί σε, φησίν.

A neque in Deum, vel legem, vel hominem, vel templum peccaverit : hoc est, neque ex lapidibus constructa ædificia Judæorum unquam ludibrio habuit, etsi haud ignarus atque adeo prædicans Deum non habitare in manufactis templis. Neque vero sacerdotem scientia Judæum contumelia afficere ausus est, etsi jam non amplius obtemperans summis sacerdotibus Judæorum. Porro quod dicit, *Ad tribunal Cæsaris sto*, hoc est, Romam volo abire ad imperatorem, et illic judicium subire. Provoco, inquit, et appello a te.

*Ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν, Ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς καὶ Βερνίκη κατήντησαν εἰς Καισάρειαν ἀσπασάμενοι*[31] *τὸν Φῆστον.*

B Vers. 13. *Cum autem aliquot dies intercessissent, Agrippa rex et Bernice Cæsaream venerunt ut Festum salutarent.*

*Ὡς δὲ πλείους ἡμέρας διέτριβον ἐκεῖ, ὁ Φῆστος τῷ βασιλεῖ ἀνέθετο τὰ κατὰ τὸν Παῦλον, λέγων· Ἀνήρ τίς ἐστι καταλελειμμένος ὑπὸ Φήλικος δέσμιος·*

Vers. 14. *Ut autem dies illic complures commorabantur, Festus regi exposuit negotium Pauli : Vir quidam, inquit, a Felice relictus est in vinculis :*

*Περὶ οὗ γενομένου μου*[32] *εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐνεφάνισαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων, αἰτούμενοι κατ' αὐτοῦ δίκην.*

Vers. 15. *De quo cum nuper essem Hierosolymis, convenerunt me summi sacerdotes et seniores Judæorum, postulantes sententiam adversus illum.*

*Ἀγρίππας ὁ βασιλεύς.* Ἢ εἰς τάξιν βασιλείας[33] κατῆει ἐν ταῖς ἐπαρχίαις[34] ὁ Ἀγρίππας, καὶ διὰ τοῦτο βασιλεὺς ἐχρημάτιζεν· ἢ τάχα βασιλεὺς ἦν καὶ αὐτὸς τῶν ἀνατολικῶν μερῶν, τοῦ Νέρωνος τῶν δυτικῶν ἄρχοντος, καὶ ὄντος ἐν Ῥώμῃ. Τὸ γὰρ *Καῖσαρ* ὄνομα, Ῥωμαῖστὶ *βασιλεὺς* σημαίνει, ὡς κοινῷ ὀνόματι πάντας βασιλέας Ῥωμαίων Καίσαρας μὲν καλεῖσθαι καθὸ βασιλεῖς, οὐ μὴν καὶ ἰδικὰ αὐτῶν εἶναι ὀνόματα ταῦτα. Τοῦτο δὲ εἶπον, ἵνα μή τις ἐκ τῆς ὁμωνυμίας τοῦ καθολικοῦ ὀνόματος νομίσῃ, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐτέχθη, καὶ ὁ Παῦλος ἔπαθεν. Ἐτέχθη μὲν γὰρ ὁ Κύριος, καθὼς οἱ χρόνοι δηλοῦσιν, ἐπὶ Αὐγούστου Καίσαρος· ἀπέθανε δὲ μετὰ λβ' ἔτη ἐπὶ Τιβερίου Αὐγούστου. Ὁ δὲ Παῦλος ἀπέθανεν ἐπὶ Νέρωνος μετὰ λβ' ἔτος τοῦ θανάτου τοῦ Κυρίου, μᾶλλον δὲ καὶ Ἡρώδης, ὡς ὁ Ἀγρίππας, ἐν τάξει βασιλείας κατῆλθε· διὸ καὶ ἐκαλεῖτο καὶ αὐτὸς βασιλεύς.

*Agrippa rex.* Aut vice regis in provincias veniebat Agrippa, et ideirco rex appellabatur : aut fortasse rex erat etiam ipse orientalium partium, cum Nero in occidentalibus partibus imperaret, et Romæ esset. Nam nomen *Cæsar* Latine *imperatorem* significat, ut communi nomine omnes imperatores Cæsares quidem vocentur quatenus sunt C imperatores, non tamen hæc eorum nomina propria sint. Hoc autem dixi, ne quis propter communionem nominis generalis existimet, tempore ejusdem imperatoris et Dominum nostrum natum, et Paulum supplicio affectum esse. Natus est enim Dominus quidem, ut ratio temporum declarat, tempore Cæsaris Augusti, mortuus est autem triginta duobus annis post, Tiberio Augusto imperante : Paulus vero mortuus est tempore Neronis, tricesimo secundo anno post mortem Domini,[b] imo vero etiam Herodes, ut Agrippa quoque, loco regis venit. Quamobrem etiam ipse quoque rex vocabatur.

*Πρὸς οὓς ἀπεκρίθην, ὅτι οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν, πρὶν ἢ ὁ κατηγορούμενος κατὰ πρόσωπον ἔχει*[35] *τοὺς κατηγόρους, τόπον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ τοῦ ἐγκλήματος.*

D Vers. 16. *Quibus* **173** *respondi Romanis non esse morem, hominem ullum ad necem condonare, priusquam is, qui accusatur, coram præsentes habeat accusatores, et locum respondendi ac sese de crimine purgandi acceperit.*

*Συνελθόντων οὖν αὐτῶν ἐνθάδε, ἀναβολὴν μηδεμίαν ποιησάμενος, τῇ ἑξῆς καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκέλευσα ἀχθῆναι τὸν ἄνδρα.*

Vers. 17. *Cum igitur illi huc convenissent, nulla interposita mora postridie pro tribunali sedi, ac jussi hominem adduci.*

*Περὶ οὗ σταθέντες οἱ κατήγοροι, οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον ὧν ὑπενόουν ἐγώ.*

Vers. 18. *De quo stantes accusatores, nullum ex iis, quæ ego suspicabar, crimen inferebant.*

*Romanis non esse morem.* Igitur Pilatus cum Jesum Judæis condonaret, perspicuum est eum hoc animo sanguinario fecisse; quandoquidem et judicium Dei despexit, et Romanorum consuetudinem protrivit atque conculcavit, ut sanguinem innoxium

*Ὅτι οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις.* Ὥστε οὖν ὁ Πιλᾶτος χαρισάμενος τὸν Ἰησοῦν τοῖς Ἰουδαίοις, δῆλος ἦν μιαιφονικῇ ψυχῇ τοῦτο ποιήσας· ὅπουγε καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ ὑπερεῖδε κρῖμα, καὶ τὸν τῶν Ῥωμαίων νόμον ἐπάτησεν, ἵνα αἷμα ἀθῷον παραδοὺς

## Variæ lectiones et notæ.

[31] *In vulgatis* ἀσπασόμενοι. [32] μου *desideratur in manuscripto.* [33] *Isc.* βασιλέως. [34] ἐπαρχείαις *erat.* [35] ἔχοι, *est in vulgatis, et recte.*

[b] *Videtur hoc loco aliquid desiderari in Græco.*

Digitized by Google

ad cædem tradens, homicidis placeret : etiamsi futurum erat ut ab Romanorum imperatore in judicium violatæ legis vocaretur, a quo etiam emissus erat, ut finibus Hierosolymorum præsideret. *De quo stantes accusatores, nullum ex iis quæ suspicabar, crimen afferebant.* Atqui crimen quidem afferebant, sed non probabant, neque documentis reum convincebant. Nam insidiæ quidem atque audax illorum facinus hoc suspicandum esse significabant, sed scrutatio atque inquisitio judicis nihil tale habebat, nec quod suspicabatur præses, re quæsita deprehendebat.

A εἰς θάνατον, ἀρέσῃ τοῖς φονευταῖς· κἂν παρανομίας ἔμελλε κρίνεσθαι παρὰ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως, παρ' οὗ καὶ ἦν ἐκπεμφθεὶς ἄρξαι τῶν τῆς Ἱερουσαλὴμ ὅρων. *Περὶ οὗ σταθέντες οἱ κατήγοροι οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον.* Καὶ μὴν ἔφερον, ἀλλ' οὐκ ἤλεγξαν. Ἡ μὲν γὰρ ἐπιβουλὴ καὶ τὸ τόλμημα τοῦτο ὑποπτεύειν ἐδήλου· ἡ δὲ ἐξέτασις οὐδὲν εἶχε τοιοῦτον.

Vers. 19. *Sed quæstiones nonnullas de sua religione ac de Jesu quodam mortuo, quem Paulus vivere aiebat, adversus eum habebant.*

*Ζητήματα δέ τινα περὶ τῆς ἰδίας δεισιδαιμονίας εἶχον πρὸς αὐτὸν, καὶ περὶ τινὸς Ἰησοῦ τεθνηκότος, ὃν ἔφασκεν ὁ Παῦλος ζῆν.*

Vers. 20. *Cum autem ego hærerem in quæstione illius rei, nec me expedire possem, dicebam : An vis in Jerusalem ire, et illic de istis rebus judicium subire?*

Ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ τὴν περὶ τούτου ζήτησιν ἔλεγον· *Εἰ βούλει πορεύεσθαι εἰς* [36] *Ἱερουσαλὴμ, κἀκεῖ κρίνεσθαι περὶ τούτων;*

B

Vers. 21. *Sed cum Paulus provocasset ut servaretur cognitioni Augusti, jussi asservari eum quoad eum mittam ad Cæsarem.*

*Τοῦ δὲ Παύλου ἐπικαλεσαμένου τηρηθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν, ἐκέλευσα τηρεῖσθαι αὐτὸν, ἕως οὗ πέμψω αὐτὸν πρὸς Καίσαρα.*

Vers. 22. *Agrippa autem ad Festum dicebat : Volebam etiam ipse hominem audire. At ille : Cras, inquit, audies illum.*

Ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν Φῆστον ἔφη· *Ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀκοῦσαι. Ὁ δὲ, Αὔριον, φησὶν, ἀκούσῃ αὐτοῦ.*

Vers. 23. *Igitur postridie cum Agrippa et Bernice cum magna pompa venissent, et una cum tribunis et excellentibus civitatis viris in auditorium ingressi essent, jussu Festi Paulus etiam adductus est.*

*Τῇ οὖν ἐπαύριον ἐλθόντος τοῦ Ἀγρίππα καὶ τῆς Βερνίκης μετὰ πολλῆς φαντασίας, καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸ ἀκροατήριον σύν τε τοῖς χιλιάρχοις καὶ ἀνδράσι τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι τῆς πόλεως, καὶ κελεύσαντος τοῦ Φήστου, ἤχθη ὁ*

C *Παῦλος.*

Vers. 24. *Ac Festus : Agrippa rex, inquit, et vos viri omnes, qui simul coram adestis, videtis hunc de quo omnis Judæorum multitudo tum Hierosolymis tum hic me convenerunt et interpellarunt, acclamantes eum amplius vivere non oportere.*

*Καὶ φησὶν ὁ Φῆστος· Ἀγρίππα βασιλεῦ, καὶ πάντες οἱ συμπαρόντες ὑμεῖς* [37] *ἄνδρες, θεωρεῖτε τοῦτον, περὶ οὗ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐνέτυχόν μοι* [38] *ἔν τε Ἱεροσολύμοις καὶ ἐνθάδε, ἐπιβοῶντες μὴ δεῖν ζῆν αὐτὸν μηκέτι.*

*Ac de Jesu quodam.* Non mirum quod dicit de Jesu quodam, utpote homo potestate **174** præditus, et illum non curans. *Cum autem ego hærerem.* Superabat enim harum rerum quæstio judicis aures. *Ut servaretur cognitioni Augusti.* Minus usitate Augustum imperatorem vocat ; sicut etiam Cæsarem, quem etiam dominum vocat.

*Οὓς ἰδὼν ὁ Παῦλος, ἔλαβε θάρσος.* Καίτοι τοσαῦτα σημεῖα ἐργασάμενος, ὅμως ἔλαβε καὶ ἀπὸ τῆς ὄψεως προσθήκην. Καὶ ἀπὸ τούτου μανθάνομεν, ὅτι καὶ παρεκαλεῖτο ἀνθρωπίνως, καὶ τὸ ἐναντίον. *Τῷ δὲ Παύλῳ ἐπετράπη.* Αἰδέσιμος δὲ ἦν ὁ Παῦλος λοιπὸν, ὥστε καὶ συγχωρεῖσθαι καθ' ἑαυτὸν μένειν. Εἰ γὰρ καὶ πρὸ τούτου φιλανθρώπως ἐχρήσαντο αὐτῷ[19], πολλῷ μᾶλλον νῦν. *Σὺν τῷ φυλάσσοντι αὐτὸν*[20] *στρατιώτῃ.* Ὥστε μὴ ἐξεῖναι μηδὲ ἐκεῖ

A *ac post unum diem orto austro, postridie venimus Puteolos :*

Vers. 14. *Ubi fratres nacti, consolati et animo recreati sumus*[u] *propter illos, ac mansimus ibi dies septem, atque ita Romam versus ire perrexi mus.*

*Cui insigne erant Dioscuri.* Mos enim fere semper erat maxime in navibus Alexandrinorum, ut ad proram saltem dextra sinistraque essent tales picturæ. Quoniam autem verisimile est cultu simulacrorum tunc vigente circa navem pictos fuisse Dioscuros, hinc nimirum consentaneum est, ut intelligamus alienigenam fuisse navicularium et idololatram, id est simulacrorum cultorem. Quemadmodum alicubi etiam Isaias ait : *Volabunt in navibus alieni*
B *genarum, mare simul depopulabuntur*[18].

Vers. 15. *Atque inde cum fratres de adventu nostro audissent, prodierunt nobis obviam usque ad forum Appii et tres Tabernas, quos ubi Paulus vidit, gratias egit Deo, fiduciamque sumpsit.*

Vers. 16. *Cum autem Romam venissemus, centurio vinctos tradidit præfecto prætorio.*

*Usque ad forum Appii.* Loca quædam significat ante Romam sita, quorum alter simulacrum Appii habebat : unde, ut est verisimile, etiam forum vocabatur. Nam usque ad hoc tempus statuæ regum fori seu fora[v] appellantur. Quod autem dicit *tres Tabernas*, per hoc obscure significant usum diversoriorum quorumdam aut cauponarum, quæ lingua Romanorum ita nominantur.

C *Sed Paulo permissum est, ut solus maneret una cum milite, qui eum custodiret.*

Vers. 17. *Accidit autem triduo post, ut Paulus convocaret eos qui erant Judæorum primi. Qui ubi convenerunt, dicebat ad illos : Ego, viri fratres, cum nihil fecissem adversus populum aut adversus instituta majorum, vinctus in Jerusalem traditus sum in manus Romanorum :*

Vers. 18. *Qui inquisitione de me facta, volebant me absolvere, quod nullum crimen capitale esset in me.*

*Quos ut vidit Paulus, fiduciam sumpsit.* Quanquam tot signa fecerat, tamen etiam ex aspectu cepit al-
D levamentum. Atque ex hoc intelligimus illum more cæterorum hominum consolationem accepisse, et contra. *Sed Paulo permissum est*, etc. Venerabilis igitur posthæc Paulus erat, adeo ut etiam permitteretur ei ut solus maneret. **185** Nam si etiam antehac benignitate atque humanitate utebatur adversus illum, multo magis nunc. *Una cum milite*

[18] Isa. XLIII, 14.

## Variæ lectiones et notæ.

[13] *In uno vulgato est*, παρ' αὐτοῖς, *in altero, ut hic* ἐπ' αὐτοῖς, *in utroque*, ἐπιμεῖναι, *et in fine*, ἤλθομεν. [14] *Isc.* εἰδωλολατρείας. [15] ταῦτά τοι νοεῖν, *erat.* [16] *In vulgatis* ἡμῖν. [17] ἔθνεσι *erat.* [18] *In vulgatis*, ἐξ Ἱεροσολύμων. [19] αὐτὸ *erat.* [20] αὐτῷ *erat.*

[u] V. *rogati sumus manere apud eos dies septem.* [v] *Forum veteres appellabant, quod postea vestibulum sepulcri dictum est. Sextus Pompejus et Perottus.*



Digitized by Google

*qui cum custodiret.* Ut ne illic quidem possent illi fieri aliquæ insidiæ. Itaque non illum custodiebant, sed cavebant ne quid ei incommodi atque molestiæ accideret.

A ἐπιβουλήν τινα αὐτὸν ὑποστῆναι. Ὥστε οὐκ ἐκεῖνον[20] ἐφύλασσον, ἀλλ' ὥστε μὴ γενέσθαι τι τῶν ἀηδῶν.

Vers. 19. *Sed cum Judæi contradicerent, coactus sum Cæsarem appellare, non quod haberem de quo gentem meam accusarem.*

Ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Ἰουδαίων, ἠναγκάσθην ἐπικαλέσασθαι Καίσαρα, οὐχ ὡς τοῦ ἔθνους μου ἔχων[21] τι κατηγορῆσαι.

Vers. 20. *Ob hanc igitur causam vos advocavi, ut viderem et alloquerer. Nam propter spem Israelis hac catena circumdatus sum.*

Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν παρεκάλεσα ὑμᾶς ἰδεῖν καὶ προσλαλῆσαι. Ἕνεκεν γὰρ τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραὴλ τὴν ἅλυσιν ταύτην περίκειμαι.

Quoniam sciebat Paulus absurdum ac turpe esse omnino judicio contendere, ac maxime apud infidelem, utrumque defendit, se neque contra instituta quidquam commisisse, sed falso sese ab Judæis accusatum fuisse : neque sponte sua sese ad Cæsarem provocasse, sed quod illi causam præbuissent, B quia neque more ecclesiæ judicio mecum experiri volebant, neque legitimis sententiis magistratuum parere. Nam illi me absolvere volebant : non absolverunt autem, quia Judæi contradicebant. Quid ergo? Ut illos accusares, hoc fecisti ut Cæsarem appellares? Negat, sed hoc, inquit, feci ut periculum effugerem. *Nam propter spem Israelis hac catena circumdatus sum.* Hoc est, una spes reliqua erat Judæ s ex Scripturis, Christus : quam spem cum ego prædicaverim, huc redactus sum ut vinctus atque captivus sim.

Εἰδώς, ὁ Παῦλος ὅτι ἄτοπον ἦν ὅλως τὸ δικάσασθαι, καὶ μάλιστα παρὰ ἀπίστῳ, περὶ ἀμφοτέρων ἀπολογεῖται, ὅτι Οὔτε παρὰ τὸ νενομισμένον πράξας, ἀλλὰ συκοφαντηθεὶς ἐνεκλήθην παρὰ Ἰουδαίων· οὔτε ἑκὼν ἐπεκαλεσάμην Καίσαρα, ἀλλ' αὐτῶν δεδωκότων τὴν αἰτίαν ἀνθ' ὧν οὐκ ἐνείχοντο, οὐ κατὰ τῆς ἐκκλησίας νόμον δικάσαι μοι, οὔτε ταῖς τῶν ἀρχόντων πειθαρχῆσαι ἐννόμοις ἀποφάσεσιν· οἱ ἐβούλοντό με ἀπολῦσαι· οὐκ ἀπέλυσαν δὲ, ἀντιλεγόντων τῶν Ἰουδαίων. Τί οὖν; ἵνα αὐτῶν κατηγορήσῃς, τοῦτο πεποίηκας, τοῦ ἐπικαλέσασθαι Καίσαρα; Οὐ, φησὶν, ἀλλ' ὥστε διαφυγεῖν τὸν κίνδυνον. *Ἕνεκεν γὰρ τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραὴλ τὴν ἅλυσιν ταύτην περίκειμαι.* Τουτέστι, μία ἦν ἐλπὶς σωτηρίας τοῖς Ἰουδαίοις περιλειμπανομένη ἐκ τῶν Γραφῶν, ὁ Χριστὸς, ἣν ἐγὼ κηρύξας, εἰς ταύτην ἦλθον τὴν κατάστασιν τῶν δεσμῶν.

Vers. 21. *Illi vero ad eum dicebant : Nos neque litteras de te accepimus ex Judæa, nec quisquam venit ex fratribus qui nuntiaverit nobis, aut locutus sit aliquid mali de te.*

Οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπον· Ἡμεῖς οὔτε γράμματα περὶ σοῦ ἐδεξάμεθα ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, οὔτε παραγενόμενός τις τῶν ἀδελφῶν, ἀπήγγειλεν ἢ ἐλάλησέ τι πονηρὸν περὶ σοῦ.

Vers. 22. *Sed volumus audire de te, quæ sentias.*

Ἀξιοῦμεν δὲ παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι, ἃ φρονεῖς.

Antequam Paulus Romam veniret, admoniti erant Judæi ne susciperent prædicationem de Christo : ac non illi soli, verum etiam, qui ubique terrarum erant, Judæi. Sed unde hoc constat? Invenimus in scriptis antiquorum, eos qui in Jerusalem habitabant, sacerdotes, scribas ac seniores, in omnes nationes ad eos, qui ubique essent Judæos, dimisisse litteras, quibus obtrectarent doctrinæ Christi, ut quæ aliena esset a Deo : itaque admonebant ne reciperent illam. Atque hoc ipsum etiam significare vide ur prophetia Isaiæ[49], quæ dicit : *Væ terræ, navigiorum alæ ultra amnes Æthiopiæ : qui mittit in mari pignora, et epistolas papyraceas super aquam.* Per quod significatur etiam ultra regionem Æthiopum et extremas oras terræ sonum improbitatis eorum qui Judæam **186** incolebant, per quædam quasi volantia navigia progressum esse, et eorum apostolos, id est, nuntios et legatos epistolas papyraceas ferentes super aquas navigantes, et in mari versantes in omnes terras discurrisse, doctrinæ de

Πρὶν ἐπιδημῆσαι Παῦλον ἐν Ῥώμῃ, παρηγγελμένοι ἦσαν οἱ Ἰουδαῖοι μὴ παραδέξασθαι τὸ περὶ Χριστοῦ κήρυγμα· οὐκ αὐτοὶ δὲ μόνοι, ἀλλὰ καὶ οἱ πανταχοῦ γῆς. Πόθεν δὲ δῆλον τοῦτο; Εὕρομεν ἐν τοῖς τῶν παλαιῶν συγγράμμασιν, ὡς οἱ τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντες ἱερεῖς, γραμματεῖς[23] καὶ πρεσβύτεροι, διὰ γραμμάτων διαχαράξαντες, εἰς πάντα διεπέμψαντο τὰ ἔθνη τοῖς ἁπανταχοῦ Ἰουδαίοις, διαβάλλοντες τὴν τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίαν, ὡς ἀλλοτρίαν τοῦ Θεοῦ, παραγγέλλοντες δι' ἐπιστολῶν μὴ παραδέξασθαι αὐτήν. Τοῦτο δὴ αὐτὸ σημαίνειν ἔοικε καὶ ἡ λέγουσα προφητεία Ἡσαΐου· *Οὐαὶ γῆς, πλοίων πτέρυγες ἐπέκειτα ποταμῶν Αἰθιοπίας· ἀποστέλλων ἐν θαλάσσῃ δήμρα καὶ ἐπιστολὰς βουλλίνας*[24] *ἐπάνω τοῦ ὕδατος.* Διὸ σημαίνεται ὡς καὶ πέραν τῆς Αἰθιόπων χώρας, καὶ τῶν ἐσχατιῶν τῆς γῆς, ὁ τῆς πονηρίας ἦχος τῶν τὴν Ἰουδαίαν οἰκούντων διά τινων ὥσπερ ἱπταμένων πλοίων προῆλθεν· οἵ τε ἀπόστολοι αὐτῶν ἐπιστολὰς βιβλίνας ἐπικομιζόμενοι, ὑπεράνω τε τῶν ὑδάτων ναυτιλλό-

[49] Isa. xviii, 1, 2.

## Variæ lectiones et notæ.

[20] ἐκείνου *erat.* [21] ἔχον *erat.* [22] ἡμῖν *desideratur in vulgatis.* [23] γραμματοῖς *erat.* [24] *Isaiæ* βιβλίνας, *ut etiam paulo post scriptum exstat.*

[x] *Popularibus.*

Digitized by Google

μενοι[25] καὶ τὴν θάλασσαν ἐμπλέοντες, πανταχοῦ γῆς διέτρεχον, τὸν περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διαβάλλοντες λόγον. Ἀποστόλους δὲ εἰσέτι καὶ νῦν ἔθος ἐστὶν Ἰουδαίοις ὀνομάζειν τοὺς ἐγκύκλια γράμματα παρὰ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν ἐπικομιζομένους. Τὸ δὲ ἑξῆς τῆς προφητείας, περὶ τῶν μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰρῆσθαι[26]· οὓς διὰ τὸ πᾶσιν ἀνθρώποις εὐαγγελιστὰς εἶναι ἀγγέλους κούφους ὠνόμασε, πρὸς ἀντιδιαστολὴν ὧν ἐδήλωσεν Ἰουδαϊκῶν ἀποστόλων.

A Servatore nostro obtrectantes. Apostolos autem, id est legatos et nuntios, adhuc etiam nunc nominare solent Judæi, qui litteras passim ab illorum magistratibus acceptas ultro citroque ferunt. Reliqua autem pars prophetiæ quæ sequitur, de discipulis Servatoris nostri loquitur : quos quoniam omnibus hominibus bona annuntiabant, nuntios leves nominat et expeditos, ut discerneret eos a Judaicis apostolis, de quibus loquitus erat.

*Περὶ μὲν γὰρ τῆς αἱρέσεως ταύτης γνωστόν ἐστιν ἡμῖν, ὅτι πανταχοῦ ἀντιλέγεται.*

*Ταξάμενοι δὲ αὐτῷ ἡμέραν, ἦκον πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν ξενίαν πλείονες· οἷς ἐξετίθετο διαμαρτυρόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, πείθων τε αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἀπό τε τοῦ νόμου Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας.*

*Καὶ οἱ μὲν ἐπείθοντο τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ ἠπίστουν.*

Αἵρεσιν καλοῦσιν οἱ Ἰουδαῖοι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. Μαρτυροῦσι δὲ ἰδοὺ καὶ Ἰουδαῖοι, ὅτι πανταχοῦ ἐκηρύχθη ὁ Χριστὸς, εἰ καὶ μὴ πάντες καταδέχονται τὸ κήρυγμα, ἀλλ' ἀντιλέγουσί τινες Ἰουδαῖοι, ἢ καὶ Ἕλληνες.

*Ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους, ἀπελύοντο· εἰπόντος τοῦ Παύλου ῥῆμα ἕν, ὅτι Καλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν.*

*Λέγον.*

Ὅρα πῶς οὐ ῥάπτουσι νῦν ἐπιβουλὰς κατ' αὐτοῦ. Ἐν γὰρ τῇ Ἰουδαίᾳ ὡς ἐν τυραννίδι ἦσαν· ἐνταῦθα δὲ καὶ ὑβριζόμενοι παρ' αὐτοῦ, οὐδὲν τολμῶσιν ἀντειπεῖν. Οὐ γὰρ τῇ ἐξουσίᾳ αὐτῶν ἐπετέτραπτο λοιπὸν τὰ κατ' αὐτόν. *Ὅτι καλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε.* Τοῖς ὑπουργὸν λέγουσι τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐνταῦθα ὁ Παῦλος καιρίαν δίδωσι τὴν πληγήν. Τὸν γὰρ Κύριον τὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρτημένου, ὃν εἶδεν Ἡσαΐας, ὧδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὁμοούσιον γάρ ἐστι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῆς ἴσης ἐξουσίας μετέχει.

B de Jesu amplecterentur eis persuadere conabatur tam ex lege Moysis, quam prophetis a mane usque ad vesperum.

Vers. 24. *Atque aliis quidem oratione sua persuadebat, nonnulli vero non credebant.*

Hæresim, id est sectam, vocant Judæi fidem in Christum. Testificantur autem ecce etiam Judæi Christum ubique prædicatum fuisse, etiamsi non omnes prædicatione amplectebantur atque probabant, sed contradicebant nonnulli Judæi, aut etiam Græci et nationes externæ.

Vers. 25. *Sed cum non essent inter sese concordes, discedebant, cum Paulus unum verbum dixisset, nempe, Bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad patres nostros.*

C

Vers. 26. *His verbis.*

Vide ut nunc struant insidias adversus illum : nam in Judæa quasi in tyrannide erant ; hic vero, cum etiam ab eo contumelia afficerentur, nihil contradicere audent. Non enim posthac illorum potestati permissus erat. *Bene Spiritus sanctus locutus est.* Iis qui dicunt Spiritum sanctum ministrum esse Patris, Paulus hic mortiferam plagam infligit. Nam Dominum, qui in excelso et alto solio sedet[50], quem vidit Isaias, hic dicit Spiritum sanctum. Ejusdem est enim cum Patre et Filio essentiæ atque naturæ, atque ejusdem potestatis particeps est.

*Πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ εἰπέ· Ἀκοῇ ἀκούσητε[27], καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε[28], καὶ οὐ μὴ ἴδητε.*

*Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψουσι, καὶ ἰάσομαι αὐτούς[29].*

*Γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν, ὅτι τοῖς ἔθνεσιν ἀπεστάλη τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· αὐτοὶ καὶ ἀκούσονται.*

D

Vers. 26. *Vade ad populum nunc, ac dic : Auribus audietis et non intelligetis, et videntes videbitis et non perspicietis.*

Vers. 27. *Incrassatum enim et obstructum est cor populi hujus, et auribus graviter audierunt et oculos suos occluserunt, nequando cernant oculis, et auribus audiant, et corde* **187** *intelligant, et convertantur, et sanem eos.*

Vers. 28. *Notum igitur sit vobis, nationibus extraneis missam esse salutem divinam : ipsi etiam audient.*

[50] Isa. VI, 1.

## Variæ lectiones et notæ.

[25] ναυτιλόμενοι *erat.* [26] *Isa.* εἴρηται, εἰρέσθω. [27] *In vulgatis* ἀκούσετε. [28] *In uno vulgato* βλέψετε *est, in altero,* βλέψατε. [29] *In vulgatis* ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.

Digitized by Google

VERS. 29. *Et cum hæc ille dixisset, Judæi abierunt multum inter sese disceptantes.*

Fecerunt hoc, inquit, auribus obturatis, et oculis occlusis. *Nequando convertantur et sanem eos.* Insignem eorum ac vehementem significat improbitatem, eosque dedita opera ac studio sese avertisse. Atque hoc dicit, attrahere eos ac provocare volens, et ostendere, si sese converterint, futurum ut sanentur ab ipso. *Incrassatum est enim et obstructum cor populi hujus.* Non quod Deus operam daret, ne viderent, hoc dicitur : nam ille omnes servari vult, et ad agnitionem veritatis venire [y], qua si invidente ne utique aliquando obtemperarent : sed hoc etiam pro more dicere solemus de iis qui procul fugiunt, et audire nolunt orationem salutarem : Hic homo adeo fugit, et aures amovet, metuens nequando etiam audiat orationem, qua convertatur et malitia ejus coerceatur atque cohibeatur.

VERS. 30. *Mansit autem Paulus biennium totum in suo conducto domicilio, et admittebat omnes qui accedebant ad ipsum,*

VERS. 31. *Prædicans ac divulgans regnum Dei, ac docens ea quæ pertinent ad Dominum Jesum Christum cum summa libertate, nemine prohibente.*

Non quemadmodum Sinopensis [z] ille, qui pannis amictus erat, ac dolium pro domicilio habebat : qui eum nihil opus esset multos quidem admiratione sui attonitos reddebat, sed nemini adjumentum afferebat. Paulus autem nihil illarum quidem rerum faciebat ; neque enim honoris studium illi cordi erat : quinimo honestissime quoque vestitus erat, et in ædibus perpetuo habitabat, ac nihil prætermittebat, quod ad reliquas virtutes pertinebat : quos Cynicus ille despiciebat dum libidinose vivebat, atque in publico sese turpiter dabat, et insano gloriæ studio ducebatur. Nam si quis quærat quæ causa fuerit cur in dolio habitaret, nullam aliam causam inveniet, atque studium vanæ gloriæ solum. At Paulus etiam mercedem præbebat habitationis, qua Romæ utebatur.

Καὶ ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος, ἀπῆλθον οἱ Ἰουδαῖοι, πολλὴν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς συζήτησιν.

Ἐποίησαν τοῦτο, φησὶ, τὰ ὦτα βύσαντες, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καμμύσαντες. Μήποτε ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι [40] αὐτούς, ἐπιτεταμένην αὐτῶν λέγων πονηρίαν, καὶ τὴν μετὰ σπουδῆς ἀποστροφήν. Καὶ τοῦτο λέγει, ἐφελκόμενος αὐτοὺς καὶ ἐρεθίζων, καὶ δεικνὺς ὅτι ἐὰν ἐπιστρέψωσιν, ἰάσεται αὐτούς. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου. Οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ σπουδάζοντος τοῦ μὴ ἰδεῖν αὐτοὺς τοῦτο λέγεται, τοῦ βουλομένου πάντας σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, ὥσπερ φθονοῦντος μή ἄρα που καταξούσωσιν· ἀλλὰ τοῦτο κἀν τῇ συνηθείᾳ λέγειν εἰώθαμεν ἐπὶ τῶν πόρρω φευγόντων, καὶ μὴ βουλομένων ἀκοῦσαι λόγον σωτηρίας· Ὁ ἄνθρωπος οὗτος τοσοῦτον φεύγει καὶ ἀπάγει τὴν ἀκοὴν, φοβούμενος μήποτε καὶ ἀκούσῃ λόγον ἐπιστρέφοντα καὶ ἀνιχαιτίζοντα τῆς κακίας αὐτόν.

Ἔμεινε δὲ ὁ Παῦλος διετίαν ὅλην ἐν ἰδίῳ μισθώματι, καὶ ἀπεδέχετο πάντας τοὺς εἰσπορευομένους πρὸς αὐτόν.

Κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ διδάσκων τὰ περὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ [41] μετὰ πάσης [42] παῤῥησίας ἀκωλύτως.

Οὐ καθάπερ ὁ Σινωπεὺς ἐκεῖνος ὁ ῥάκη περιβεβλημένος καὶ πίθον οἰκῶν· ὃς οὐδὲν δέον ἐξέπληξε μὲν πολλοὺς, ὠφέλησε δὲ οὐδένα. Ὁ δὲ Παῦλος τούτων μὲν οὐδὲν ἐποίει· οὐδὲ γὰρ πρὸς φιλοτιμίαν ἔβλεπεν· ἀλλὰ καὶ ἱμάτια περιεβέβλητο μετὰ πάσης εὐσχημοσύνης, καὶ οἰκίαν ᾤκει διηνεκῶς, καὶ τὴν ἀκρίβειαν ἅπασαν ἐπὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἐπεδείκνυτο· ἧς ὁ Κυνικὸς κατεφρόνει ζῶν ἀσελγῶς, καὶ δημοσίᾳ ἀσχημονῶν, καὶ ὑπὸ τῆς περὶ τὴν δόξαν μανίας συρόμενος. Ἂν γάρ ἐρηταί τις τῆς τοῦ πίθου οἰκήσεως τὴν αἰτίαν, οὐδεμίαν ἑτέραν αἰτίαν εὑρήσειεν, ἀλλ' ἢ κενοδοξίαν μόνην. Ὁ δὲ Παῦλος καὶ μισθὸν παρεῖχε τῆς οἰκίας, ἐν ᾗ κατέμενεν [43] ἐν τῇ Ῥώμῃ.

## Variæ lectiones et notæ.

[40] ἰάσομαι *erat.* [41] Χριστοῦ *desideratur in vulgatis.* [42] πάσης *desideratur in aliquo.* [43] κατέμενεν *erat.*

[y] *Videtur locus corruptus et mutilus.* [z] *Diogenem Cynicum intelligit.*

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΠΑΣΗΣ ΤΗΣ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΚΥΡΟΥ

# ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

## ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑΣ ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

*SANCTISSIMI ARCHIEPISCOPI TOTIUS BULGARIÆ*

DOMNI

# THEOPHYLACTI

## EXPOSITIO IN ACTA APOSTOLORUM.

EX CODICE VATICANO *.

*Interprete Bonifacio Finetti ord. Prædicatorum.*

Ἀρχὴ ἐν Θεῷ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων συγγραφισῶν παρὰ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ.

*Incipiunt in Dei nomine Acta apostolorum conscripta a sancto apostolo et evangelista Luca.*

### ΠΡΟΛΟΓΟΣ ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ.

Οὗτος ὁ μακάριος Λουκᾶς μαθητὴς ἦν Παύλου· διὸ καὶ ἐκείνου τὰς πράξεις μᾶλλον ἐγίνωσκε τῶν ἄλλων. Περὶ οὗ καὶ αὐτὸς ὁ θεσπέσιος Παῦλος λέγει· « Λουκᾶς ἐστι μόνος μετ' ἐμοῦ· » καὶ πάλιν πρὸς Κορινθίους· « Οὗ ἔπαινος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, διὰ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν. » Ἔτι δέ, ὅταν αὐτὸς πάλιν λέγῃ· « Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου ὃ παρελάβετε, » τὸ τοῦ Λουκᾶ Εὐαγγέλιον λέγει. Οὐ πάντα δὲ μέχρι τέλους, ὅσα ἔπραξεν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ἀναγράφει Λουκᾶς, καίτοι σὺν αὐτῷ ὢν μέχρι τελευτῆς· πρῶτον μέν, ὅτι καὶ ταῦτα ἡγεῖτο ὠφέλειαν τοῖς βουλομένοις παρέχειν· δεύτερον δέ, ὅτι πρὸς τὰ κατεπείγοντα ἀεὶ ἵσταντο, καὶ οὐκ ἐν τῷ λογογραφεῖν ἡ αὐτοῖς ἡ σπουδή· πολλὰ γὰρ ἀγράφῳ παραδόσει παρεδώκασιν.

Εἰ καὶ αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων τὸ βιβλίον ἐπιγράφεται τοῦτο, ἀλλ' οὖν ὡς ἐπιπολὺ τὰς τοῦ Παύλου πράξεις ἔστιν εὑρεῖν εἰς αὐτὸ γεγραμμένας. Ἀλλὰ καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος αἱ πράξεις δι' αὐτῶν γινώσκονται ἐμφερόμεναι. Τὸ μὲν γὰρ Εὐαγγέλια τὰς τοῦ Υἱοῦ πράξεις περιέχουσιν· αἱ δὲ πράξεις δὲ, τὰς τοῦ παναγίου Πνεύματος.

### PROLOGUS THEOPHYLACTI.

Beatus hic Lucas discipulus fuit Pauli : et ideirco majorem, quam alii, actorum ipsius notitiam habuit. De quo ipse divus Paulus, « Lucas, ait, est mecum solus : » et rursus ad Corinthios, « Cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias [1]. » Cum etiam ait, « Secundum Evangelium, quod recepistis [2], » de Lucæ Evangelio loqui existimatur. At vero non omnia, quæ usque ad vitæ suæ terminum gessit Paulus, scribit Lucas, quanquam, quoad ille vixit, perpetuus ei comes fuerit : primo quidem quia ista, quæ scripsit studiosis satis utilia fore, existimavit ; secundo, quia urgentia semper instabant negotia, et alias apostoli scribendi non erant admodum studiosi : multa namque traditione, absque scripto, tradere maluerunt.

Cæterum, etsi Acta apostolorum liber iste inscribatur, in eo tamen plerumque Pauli gesta referuntur. Verum et quæ Spiritus sanctus per ipsos patravit opera hic dignoscuntur inserta. Scilicet quatuor Evangelia Filii, hic autem liber Spiritus sancti opera complectitur.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τῆς ἐξ ἀναστάσεως διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὀπτασίας πρὸς τοὺς μαθητὰς καὶ περὶ

### CAPUT I.

*De doctrina Christi post resurrectionem, ejusque apparitione discipulis ; et de promissione doni*

[1] II Tim. IV, 11. [2] II Cor. VIII, 18.

* Vide Præfationem, supra col. 409, num. IV.

Digitized by Google

*Spiritus sancti. De aspectu et modo ascensionis Christi, ac de glorioso ipsius secundo adventu.*

## INITIUM TEXTUS.

I, 1-8. Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere et docere, usque in diem qua præcipiens apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est : quibus et præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei. Et convescens, præcepit eis ab Jerosolymis ne discederent, sed exspectarent promissionem Patris, quam audistis, inquit, per os meum : quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. Illi igitur, ut convenissent (1), interrogabant eum, dicentes : Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis : Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate ; sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem et in omni Judæa et Samaria et usque ad ultimum terræ. *Finis Paschæ* (2).

1, 9-12. Et cum hæc dixisset, videntibus illis, elevatus est : et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce **191** duo viri astiterunt juxta illos in vestibus albis, qui et dixerunt : Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Tunc reversi sunt Hierosolymam a monte qui vocatur Oliveti, qui est juxta Jerusalem, Sabbati habens iter.

## COMMENTARIUS.

In memoriam Theophilo revocat Evangelium a se conscriptum, ut exinde accuratam diligentiam suam ostendat. Siquidem initio illius operis, « Visum est, inquit, et mihi assecuto omnia a principio [3], » etc. Meminit igitur illius operis et diligentiæ, qua in eo conscribendo usus est, ut parem in hoc libro impensam esse sciens, iis quæ in eo continentur, animum quam maxime adverteret. Cæterum præ modestia non dixit : Primum quidem Evangelium feci, o Theophile. Theophilus vero iste unus ex iis erat qui ab ipso pietatis præceptis imbuti fuerant.

« Quæ cœpit. » Miracula scilicet et doctrinas, et præterea quod faciendo docuerit : non enim ille verbis tantum suadebat, sed operando provocabat

*ἐπαγγελίας τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς, θέας τε καὶ τρόπου τῆς ἀναλήψεως τοῦ Χριστοῦ. Καὶ περὶ τῆς ἐνδόξου καὶ δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας.*

## ΑΡΧΗ ΤΟΥ ΚΕΙΜΕΝΟΥ.

Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις διὰ Πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη· οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Καὶ συναυλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. Οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες· Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ ; Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν [ἐξ ὕψους] ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ. *Τέλος τοῦ Πάσχα.*

Καὶ ταῦτα εἰπὼν, βλεπόντων αὐτῶν, ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ, οἳ καὶ εἶπον· Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν ; Οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναλῃφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται [πάλιν] ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. Τότε ὑπέστρεψαν οἱ ἀπόστολοι εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου Ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς Ἱερουσαλὴμ, Σαββάτου ἔχον ὁδόν.

## ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ἀναμιμνήσκει τὸν Θεόφιλον τοῦ Εὐαγγελίου, ὥστε τὴν οἰκείαν ἀκρίβειαν ἐνδείξασθαι. Καὶ γὰρ ἀρχόμενος ἐκείνης τῆς πραγματείας φησίν· « Ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Μέμνηται οὖν τῆς πραγματείας ἐκείνης, τῆς ἐκείνης ἀναμιμνήσκων ἀκριβείας, ἵνα τὴν αὐτὴν καὶ περὶ τοῦ παρόντος βιβλίου κατέχων τὴν διάνοιαν, προσέχῃ μάλιστα τοῖς γραφομένοις. Διὰ δὲ τὸ ἄτυφον [οὐκ] εἶπε· Τὸ μὲν πρῶτον Εὐαγγέλιον ἐποιησάμην, ὦ Θεόφιλε. Οὗτος δὲ εἷς ἦν τῶν κατηχηθέντων παρ' αὐτοῦ τὴν εὐσέβειαν.

« Ὧν ἤρξατο. » Τὰ θαύματα καὶ τὰς διδασκαλίας φησίν. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ τῷ ποιεῖν ἐδίδασκεν. Οὐ γὰρ λόγῳ μὲν ἐπέτρεπε τοῖς ἄλλοις

[3] Luc. I, 3.

## Variæ lectiones et notæ.

(1) Ita verto magis presse ad textum Græcum, ut commentatoris animadversioni sit locus. Vulg. habet : *Igitur qui convenerant.*

(2) Qui hunc commentarium ex codice Vaticano exscripsit, pro sua diligentia annotavit verba ista Τέλος τοῦ Πάσχα, *finis Paschæ*, esse in codice *antiquiore atramento.*

Digitized by Google

πράττειν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἔπραττε. Διὰ τοῦτο παρῆνει εἰς μίμησιν ἀρετῆς μετατίθεσθαι.

« Ἄχρι ἧς. » Ἡ σύνταξις οὕτω· « Διὰ Πνεύματος ἁγίου ἐντειλάμενος, » τουτέστι, πνευματικῶς πρὸς αὐτοὺς εἰπὼν τὰ ῥήματα, οὐδὲν ἀνθρώπινον... ἢ ὅτι αὐτοῖς ἐν Πνεύματι ἐνετείλατο. Ἔνθα γὰρ ὁ Υἱός τι διαπράττεται, ἐκεῖ τὸ Πνεῦμα ὡς ὁμοφυὲς ἐνεργεῖ καὶ συμπάρεστι. Τί δὲ ἐνετείλατο ; « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, » καὶ τὰ ἑξῆς.

« Οὓς ἐξελέξατο. » Οὐκ εἶπε δὲ, ἀνέβη, ἀλλ', « ἀνελήφθη· » ἔτι γὰρ ὡς περὶ ἀνθρώπου διαλέγεται. Ἵνα δὲ μὴ νομίσῃς, ὅτι ὑφ' ἑτέρων ἀρετῇ, ἐπήγαγεν· « Οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα. » Εἶτά φησι· « Δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς· » ἀλλ' οὐκ, ἐν ἡμέραις τεσσαράκοντα. Οὐ γὰρ ὥσπερ πρὸ τῆς ἀναστάσεως συνεχῶς αὐτοῖς συνῆν, οὕτω καὶ τότε, ἀλλ' ἐφίστατο, καὶ ἀφίστατο πάλιν.

« Καὶ συναλιζόμενος, » τουτέστι κοινωνῶν τραπέζης, « παρήγγειλεν, ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι. » Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτοὺς δεδοικότας καὶ τρέμοντας εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐξήγαγεν, ἵνα μετὰ ἀδείας ἀκούσωσι τῶν λεγομένων. Εἶτα ἐπειδὴ ἤκουσαν, καὶ τεσσαράκοντα διέτριψεν ἡμέρας, παρήγγειλεν ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι. Τὸ δὲ δεύτερόν γε, ὅτι καθάπερ τινὰς στρατιώτας μέλλοντας εἰς τὸ πλῆθος ἐμπίπτειν, οὐδεὶς ἀφίεται ἐξελθεῖν ἕως ἂν ὁπλίσωνται· οὕτω δὴ καὶ αὐτοὺς πρὸ τῆς τοῦ Πνεύματος καθόδου φανῆναι ἐπὶ τῆς παρατάξεως οὐκ ἠφίει, ὥστε μὴ γενέσθαι εὐχειρώτους καὶ ἀλωσίμους τοῖς πολλοῖς· οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ πολλοὶ ἦσαν οἱ μέλλοντες πιστεύειν αὐτόθι. Καὶ τρίτον, ἵνα μὴ λέγωσί τινες, ὅτι τοὺς γνωρίμους ἀφέντες, παρὰ τοῖς ξένοις ἦλθον κομπάσαι. « Ἀλλὰ περιμένειν. » Τότε ἤκουσαν τὴν ἐπαγγελίαν, ὅτε ἔλεγε· « Συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς. » Οὐχὶ παρόντος δὲ αὐτοῦ, οὐδὲ ἀπελθόντος εὐθέως παρεγένετο, ἀλλὰ μετὰ δέκα ἡμέρας· ἵνα ἐν ἐπιθυμίᾳ γενόμενοι, οὕτω λάβωσι τὴν χάριν. Εἰ δὲ παρόντος ἐκείνου τὸ Πνεῦμα ἐπέστη, καὶ ὁ μὲν ἀπῆλθε, τὸ δὲ ἔμεινεν, οὐκ ἦν τοσοῦτον [τῆς] παραμυθίας· καὶ γὰρ σφόδρα αὐτοῦ δυσαποσπάστως εἶχον. Διὸ ἄνεισι, καὶ οὐκ εὐθέως ἐπιφοιτᾷ τὸ Πνεῦμα, ἵνα μικρὸν ἀθυμήσαντες, καθαρὰν δέξωνται τὴν ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ ἡδονήν. « Ὅτι Ἰωάννης μέν. Δεικνύει λοιπὸν τὸ μέσον αὐτοῦ τε καὶ Ἰωάννου· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτοὺς ἤδη μείζους γεγενημένους Ἰωάννου· εἶχε καὶ αὐτοὶ ἔμελλον βαπτίζειν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Οὐκ εἶπε δὲ, Βαπτίσω ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, ἀλλὰ, Βαπτισθήσεσθε· πανταχοῦ τῆς ταπεινοφροσύνης μέτρα καὶ τύπους καταλιμπάνων ἡμῖν. Τοῦτο γὰρ ἀπὸ τῆς μαρτυρίας Ἰωάννου δῆλον ἦν, ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ βαπτίζων. « Αὐτὸς γάρ, » φησιν, « ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι

omnes, ut ad imitationem virtutis sese transferrent.

« Usque in diem. » Ordo verborum est iste : « Per Spiritum sanctum præcipiens, » hoc est spiritualiter ad ipsos verba faciens, nihilque immiscens humani. Vel quia ipsis in Spiritu sancto præcepit : ubi enim Filius aliquid operatur, ibidem Spiritus sanctus (quippe ejusdem cum ipso naturæ) simul et operatur et adest. Quid vero præcepit ? Nempe : « Euntes, docete omnes gentes [1], » et quæ sequuntur.

« Quos elegit. » Non dixit, Ascendit, sed, « Assumptus est : » adhuc enim tanquam de homine loquebatur. Ne vero quis existimaret, id aliena facta esse virtute, subjunxit : « Quibus et præbuit seipsum vivum. » Deinde ait : « Per dies quadraginta apparens eis : » at non inquit, « Diebus quadraginta, » quoniam non assidue, sicut ante resurrectionem, cum ipsis versabatur ; sed per intervalla accedebat et recedebat.

« Et convescens. » Hoc est, communem cum illis mensam habens, præcepit eis, « ab Hierosolymis ne discederent. » Scilicet, primo quidem, cum illi nimium trepidarent, in Galilæam eos adduxit, ut absque pavore, quæ ipsis dicturus erat, audirent : deinde, postquam audierunt, ac quadraginta elapsi sunt dies, « præcepit, ab Hierosolymis ne discederent. » Quemadmodum enim **192** sapiens dux milites, qui in multos incursuri sunt hostes, haud prius exire permittit, quam armis communiverit ; ita et Dominus ante Spiritus sancti descensum, ipsos in aciem ire non sivit, ne hostium multitudine facile expugnarentur et caperentur. Sed et alia est hujusce præcepti ratio, nempe quia ibidem, seu Hierosolymis, multi crediturі erant. Et tertio, ne aliqui dicerent, eos, dimissis notis, ad extraneos, ostentationis causa, contendisse. « Sed exspectarent. » Promissionem hujusmodi tunc audierunt, cum dixit illis : « Expedit vobis, ut ego vadam ; si enim non abiero Paracletus non veniet ad vos [2]. » At vero non illo adhuc præsente, neque statim ac recessit, advenit Spiritus sanctus ; sed post decem dies, ut desiderio ferventes gratiam illam reciperent. Si enim, illo præsente, Spiritus sanctus advenisset, vel, illo abeunte, cum illis remansisset, non tantæ res fuisset consolationis. Quandoquidem vero non nisi ægre ab illo divelli poterant, differt paulisper Spiritus sanctus, nec statim accedit, ut paululum contristati, et promissionis desiderio succensi, puriorem majoremque ex ejus adventu perciperent voluptatem. « Quia Joannes. » Declarat deinde quantum ipse Joanni præstaret : ac præterea apostolos ipsos Joanne majores esse ostendit ; siquidem et ipsi baptizaturi erant in Spiritu sancto. Non dixit autem, Baptizabo vos in Spiritu sancto, sed, « Baptizabimini, » ubique nobis humilitatis exempla relinquens. Ali-

[1] Matth. xxviii, 19. [2] Joan. xvi, 7.

Digitized by Google

unde vero ex testimonio Joannis notum est, quod ipse baptizaturus erat : « Ipse enim, » ait, « baptizabit vos in Spiritu sancto, et igne [6]. » — « Igitur qui. » Cum interrogare volunt, simul accedunt, ut multitudine impetrarent. Noverant enim illud quod antea eis dixerat : « De die illa nemo scit [7], » non ignorantis, sed repellentis, ac responsionem differentis fuisse : idcirco denuo interrogant. Quid autem eis respondet ? « Non est vestrum nosse tempora, vel momenta. » Tempora illis nota non facit, cum alias eos multo majora docuisset : quia scilicet volebat, ut vigilantes essent ; et aliunde nihil ignoratio ista eis nocebat. Non etiam respondet ad id, de quo interrogabant : quoniam magistri est, non quæ discipulus cupit, sed quæ scire ipsi prodest, cum docere. Et ideo ait : « Non est vestrum nosse tempora, vel momenta. » Deinde, ne putarent fore ut in multa inciderent pericula, propinquam esse, ait ipsorum a cunctis difficultatibus liberationem. « Accipietis » enim, inquit, « virtutem » ex alto « supervenientis Spiritus sancti in vos. » Quoniam **193** autem prius dixerat [8] : « In viam gentium ne abieritis, » quod vellet omnium primis Judæis Evangelium annuntiari, at tunc per totum terrarum orbem Evangelii prædicatio diffundenda erat, congrue subdit : « Et in Judæa et Samaria et usque ad ultimum terræ. » — « Cum hæc autem dixisset, » ne rursus cum interrogarent, statim « assumptus est, et nubes suscepit eum, » quoniam illa signum est Dominicæ divinæ virtutis. « Hic Jesus, qui assumptus est. » Dictione demonstrativa usi sunt, dicentes : « Hic Jesus qui assumptus est in cœlum, sic veniet, » nempe, cum corpore. Ac etiam, quia judicaturus veniet « in nube. » Viros vero eos vocat, quia tales oculis apparebant : siquidem angeli illi ne terrorem inculerent, virorum formam exacte assumpserant. Duo autem accesserunt, ut testimonii firmitatem indicarent. Dicentes vero : « Quid statis aspicientes in cœlum ? » eos monuerunt, ne diutius eo in loco manerent, neve exspectarent illum rursus videre. « Tunc reversi sunt. » — « Tunc, » inquit, scilicet, cum hæc audissent, reversi sunt. Videntur vero, hæc die Sabbati contigisse, eo quod dicat, « A monte qui est juxta Jerusalem, Sabbati habens iter : » definita namque erat longitudo itineris, quod Judæis Sabbato conficere licebat ; nempe stadia quinque.

A ἁγίῳ καὶ πυρί. — Οἱ μὲν οὖν. » Ὅταν μέλλωσιν ἐρωτᾷν, ὁμοῦ προσέρχονται, ἵνα τῷ πλήθει δυσωπήσωσιν. Ἤδεισαν γὰρ, ὅτι τὸ πρώην εἰρημένον, τοῦτ' ἐστιν, « Οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν, » διακρουομένου ἦν, οὐκ ἀγνοοῦντος, ἀλλ' ἀναβαλλομένου τέως τὴν ἀπόκρισιν. Διὰ τοῦτο πάλιν ἐρωτῶσιν. Τί οὖν φησιν· « Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς, » καὶ τὰ ἑξῆς. Οὐ λέγει δὲ αὐτοῖς τὸν καιρὸν, τὰ πολλῷ μείζονα διδάξας, ἵνα ἐγρηγορότες ὦσι· καὶ γὰρ οὐδὲν ἐβλάπτοντο μὴ εἰδότες. Οὐ πρὸς ὃ δὲ ἠρώτησαν ἀπεκρίθη. Τοῦτο γὰρ διδασκάλου ἐστὶν, τὸ, οὐχ ἃ βούλεται ὁ μαθητὴς, ἀλλ' ἃ συμφέρει μαθεῖν, διδάσκειν. Διό φησιν· « Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς, » καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι πολλοῖς περιπεσοῦνται κινδύνοις, τὴν ἀπαλλαγὴν B τῶν δυσχερῶν πλησίον εἶναι λέγει. « Λήψεσθε γὰρ, φησὶ, δύναμιν ἐξ ὕψους, ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. » Ἐπειδὴ δὲ ἔμπροσθεν ἔλεγεν, « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, » βουλόμενος τοῖς Ἰουδαίοις πρῶτον τὸν λόγον κηρυχθῆναι, νῦν δὲ εἰς τὴν οἰκουμένην ἅπασι τὸ κήρυγμα χεθῆναι· εὐλόγως νῦν προστίθησι, καὶ φησιν· « Ἔν τε Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. » Εἶτα ἵνα μὴ πάλιν αὐτὸν ἐρωτῶσιν, « εὐθέως ἀνελήφθη. Νεφέλη δὲ αὐτὸν ὑπέλαβεν, » ἐπειδὴ σύμβολόν ἐστι τῆς Δεσποτικῆς θείας δυνάμεως. « Οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθείς. » Δεικτικῶς ἐχρήσαντο τῇ λέξει εἰπόντες· « Οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς εἰς τὸν οὐρανὸν οὕτως ἐλεύσεται, » τουτέστι μετὰ σώματος· καὶ πάλιν, ὅτι οὗτος ἥξει ἐν τῇ κρίσει ἐπὶ C νεφέλης. Ἄνδρας δὲ αὐτοὺς καλεῖ, τὸ ἐναργὲς τῆς ὄψεως δηλῶν· καὶ γὰρ εἰς ἄνδρας ἑαυτοὺς οἱ ἄγγελοι ἀκριβῶς ἐναπετύπωσαν, ὥστε μὴ πτοῆσαι. Δύο δὲ παρέστησαν τὸ βέβαιον τῆς μαρτυρίας δηλοῦντες. Εἰπόντες δέ· « Τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν ; » οὐκ ἔτι εἴασαν αὐτοὺς προσκαρτερεῖν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ προσδοκᾶν αὐτὸν ὄψεσθαι πάλιν. « Τότε ὑπέστρεψαν. » Τότε, φησὶν, ὅτε ἤκουσαν ταῦτα, ὑπέστρεψαν. Δοκεῖ δὲ καὶ ἐν Σαββάτῳ γεγονέναι ταῦτα, ἐκ τοῦ εἰπεῖν· « Ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου Ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς Ἱερουσαλὴμ, Σαββάτου ἔχον ὁδόν. » Καὶ γὰρ ὡρισμένον τὸ μῆκος ὁδοιπορίας ἐξὸν ἦν βαδίζειν τοῖς Ἰουδαίοις ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου· τουτέστι στάδια πέντε.

## CAPUT II.

*Petri sermo ad discipulos de morte et reprobatione Judæ proditoris, ac de subrogatione Matthiæ, super quem sors cecidit Dei gratia per orationem.*

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

*Πετρου διάλογος πρὸς τοὺς μαθητευθέντας περὶ τε θανάτου καὶ ἀποβολῆς Ἰούδα τοῦ προδότου· ἐν ᾧ περὶ ἀντεισαγωγῆς Ματθίου, κληρωθέντος χάριτι διὰ προσευχῆς.*

Feria secunda hebdomadæ Paschalis [9].

Τῇ δευτέρᾳ τῆς Διακαινησίμου.

[6] Matth. III, 11. [7] Matth. XXIV, 36. [8] Matth. X, 5.

## Variæ lectiones et notæ.

[9] In Græco habetur, *secunda* (nempe *die*, vel *feria*) *Diakainesimi* ; sic enim hebdomadam *Paschalem*, seu quæ diem Paschatis subsequitur, Græci vocant. Est autem apud Græcos recentiores διακαινήσιμος idem ac διαχαίνησις, nempe *renovatio*. Ita vero eam hebdomadam appellant, quod per Christi resurrectionem genus humanum *renovetur*. Du Cange, *Gloss. med. et inf. Græc.*

Digitized by Google

KEIMENON.

Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ὑπέστρεψαν οἱ ἀπόστολοι εἰς Ἰερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου Ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς Ἰερουσαλήμ, Σαββάτου ἔχον ὁδόν. Καὶ ὅτε εἰσῆλθον, ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον, οὗ ἦσαν καταμένοντες ὅ τε Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἀνδρέας, καὶ Φίλιππος, καὶ Θωμᾶς, Βαρθολομαῖος, καὶ Ματθαῖος, Ἰάκωβος Ἁλφαίου, καὶ Σίμων, καὶ Ἰούδας Ἰακώβου. Οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει σὺν γυναιξὶ καὶ Μαρίᾳ τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς Πέτρος ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν, εἶπεν (ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡσεὶ ἑκατὸν εἴκοσι)· Ἄνδρες ἀδελφοί, ἔδει πληρωθῆναι τὴν Γραφὴν ταύτην, ἣν προεῖπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαβὶδ περὶ Ἰούδα τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσι τὸν Ἰησοῦν, ὅτι κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν, καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης καὶ ἀποστολῆς. Οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀδικίας, καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ ἔγκατα αὐτοῦ. Καὶ γνωστὸν ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν Ἰερουσαλήμ, ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν Ἀκελδαμά, τουτέστι χωρίον αἵματος. Γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν· Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ· καί, Τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβῃ ἕτερος. Δεῖ οὖν τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν ἐν παντὶ χρόνῳ, ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου, ἄχρι τῆς ἡμέρας, ἧς ἀνελήφθη ἀφ' ἡμῶν, μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα τούτων. Καὶ ἔστησαν δύο, Ἰωσὴφ τὸν καλούμενον Βαρσαβᾶν, ὃς ἐπεκλήθη Ἰοῦστος, καὶ Ματθίαν. Καὶ προσευξάμενοι εἶπον· Σύ, Κύριε, καρδιογνῶστα πάντων, ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης καὶ ἀποστολῆς, ἐξ ἧς παρέβη Ἰούδας, πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον. Καὶ ἔδωκαν κλήρους αὐτῶν, καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν, καὶ συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἑνδεκα ἀποστόλων.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

« Εἰς τὸ ὑπερῷον ἀνέβησαν. » Ἐδεδοίκειταν γὰρ ἐν τῇ πόλει φαίνεσθαι, ὥστε μὴ συλληφθῆναι αὐτούς. Καλῶς δὲ ἐμνημόνευσε τῶν μαθητῶν· ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν προὔδωκεν, ὁ δὲ ἠρνήσατο, ὁ δὲ ἠπίστησε, δείκνυσιν ὅτι πλὴν τοῦ προδότου πάντες ἦσαν σῶοι. Εἶτα· « Προσκατερροῦντες τῇ προσευχῇ σὺν γυναιξὶ καὶ Μαρίᾳ τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, ἦσαν ὁμοθυμαδόν. » Ὁ τοίνυν περὶ τῆς μητρὸς Ἰησοῦ εἴρηται, ὅτι « Ἔλαβεν αὐτὴν ὁ μαθητὴς εἰς τὰ ἴδια, » οὐδέν ἐστιν ἐναντίον. Εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ μαθητὴς συνῆν, οὐδὲν ἦν τὸ κωλύον καὶ αὐτὴν συμπαρεῖναι. « Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις. » Πέτρος ὡς θερμὸς [καὶ ὡς] ἐμπιστευθεὶς παρὰ Χριστοῦ τὴν ποίμνην, [καὶ ὡς τοῦ χοροῦ πρῶτος ἀεὶ ἄρχεται τοῦ λόγου] παραμυθεῖται αὐτοὺς ἀπὸ τῆς

A

B

C

D

TEXTUS.

I, 12-26. In diebus illis reversi sunt Jerosolymam, a monte qui vocatur Oliveti, qui est juxta Jerusalem, Sabbati habens iter. Et cum introissent in cœnaculum, ascenderunt ubi manebant Petrus et Joannes, Jacobus et Andreas, Philippus et Thomas, Bartholomæus et Matthæus, Jacobus Alphæi et Simon Zelotes et Judas Jacobi. Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus et Maria Mater Jesu et fratribus ejus. In diebus illis exsurgens Petrus in medio fratrum dixit (erat autem turba 194 hominum simul fere centum viginti) : Viri fratres, oportet impleri Scripturam quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Jesum. Qui connumeratus erat in nobis, et sortitus est sortem ministerii hujus. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, et suspensus crepuit medius, et diffusa sunt omnia viscera ejus. Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum Haceldama, hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum : Fiat comu oratio eorum deserta, et non sit qui inhabitet in ea, et episcopatum ejus accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit et exivit inter nos Dominus Jesus, incipiens a baptismate Joannis usque in diem, qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos, Joseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus, et Matthiam. Et orantes dixerunt : Tu, Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerii hujus et apostolatus, de quo prævaricatus est Judas, ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis, et cecidit sors super Matthiam, et annumeratus est cum undecim apostolis.

COMMENTARIUS.

« In cœnaculum ascenderunt, » eo quod timebant, ne si viderentur in civitate, caperentur. Recte autem de discipulis mentionem facit : quoniam, cum ex illis unus quidem Jesum prodidisset, alter negasset, alius infidelis fuisset, sibi ostendendum putavit, uno excepto proditore, omnes incolumes fuisse. Subdit : « Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione, cum mulieribus et Maria Matre Jesu, et fratribus ejus [a]. » Quod igitur de Matre Jesu dictum est, « Suscepit eam discipulus in sua, » contrarium nullo modo est. Si enim ipse discipulus ibi aderat, nil prohibet et Matrem ipsam ibidem adfuisse. « Et in diebus. » Petrus, velut charitate fervens, ac ille, cui grex a Christo concreditus erat, ac chori primus, semper prior loquitur. Con-

[a] Joan. XIX, 27.

Digitized by Google

solatur vero eos ex prædictione de Juda. « Oportebat enim, inquit, impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de **195** Juda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Jesum. » Deinde « Ille, » inquit, « possedit agrum de mercede iniquitatis. » Non inquit : Judæi possederunt, sed, « ipse possedit, » et quidem congrue : nam qui pretium erogat, etiamsi alii emant, ille censendus est dominus. Et sane pretium ejus erat, quod « possedit de mercede extremæ iniquitatis. » Subdit : « Et suspensus crepuit medius, et effusa sunt omnia viscera ejus. » Hoc scilicet ait de pœna quam tunc sustinuit Judas. « Et appellatus est ager ille lingua eorum Haceldama, hoc est, ager sanguinis. » Judæi hoc nomine eum appellarunt, non propter ipsum, sed propter Judam. Et quidem Lucas ad hoc astruendum id refert, testes proferens ipsos hostes, quod ea de causa ejusmodi nomen agro illi imposuerint : dicendo enim, « propria lingua eorum, » hoc satis innuit. Illud vero : « Fiat commoratio ipsius deserta, et non sit qui inhabitet in ea, » tam de agro, quam de domo ipsius dictum est. In eo autem, « Et episcopatum ejus accipiat alter, » per « episcopatum » intellige principatum seu sacerdotium. Est vero qui dicat, Judam haudquaquam laqueo vitam finiisse, sed supervixisse, quod depositus fuerit, antequam perimeretur. Rem hanc cæteris clarius narrat Papias Joannis discipulus, his verbis : « Magnum impietatis exemplum in hoc mundo fuit Judas, utpote cujus corpus adeo intumuit, ut neque, qua currus facile transit, ille, imo neque solum ejus caput, transire posset : et quidem oculorum palpebras adeo enormiter illi intumuisse ferunt, ut nec ipse lucem videret, nec oculi ipsius vel adhibitis medicorum dioptris videri possent : adeo scilicet profunde ab externa superficie recesserant. Verenda autem ipsius omni turpitudine deformiora facta fuisse, quod sanies et vermes e toto ejus corpore manantes tantummodo per illas, necessarias alioquin, partes ad majorem ignominiam effluerent. » Hæc quidem ait ille in quarto explanationis verborum Domini. « Post multos vero cruciatus et pœnas, subdit, eo in proprio agro mortuo, agrum ipsum, qua etiam parte longius abest a via (4), desertum et inhabitabilem ad præsens usque tempus evasisse : imo nunc etiam neminem per locum ipsum, nisi obturatis naribus, transire posse. Tantum scilicet eum in carne ipsius etiam supra terram judicium (5) comprehendit. »—« Oportet ergo ex his. » Quoniam nondum Spiritus advenerat, neque ii se dignos, vel idoneos arbitrabantur, qui a se ipsis hocce negotium administrarent, vel per aliquod signum, quinam eligendus esset, addiscerent, « dederunt sortes eis. »

προρρήσεως περὶ Ἰούδα. « Ἔδει γάρ, φησ', πληρωθῆναι τὴν Γραφὴν ταύτην, ἣν προεῖπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαβὶδ περὶ Ἰούδα τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσι τὸν Ἰησοῦν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα, « Οὗτος, φησὶ, ἐκτήσατο χωρίον ἐκ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀδικίας. » Οὐ λέγει, ὅτι Ἰουδαῖοι ἐκτήσαντο, ἀλλ' « Αὐτὸς ἐκτήσατο · » εἰκότως. Ὁ γὰρ τὸ τίμημα καταβαλὼν, εἰ καὶ ἕτεροι ἠγορακότες εἶεν, αὐτὸς ἂν εἴη λογίζεσθαι κύριος. Αὐτοῦ γὰρ ἦν τὸ τίμημα, ὃ ἐκτήσατο ἐκ τοῦ μισθοῦ τῆς ἐσχάτης ἀδικίας. Εἶτά φησι · « Καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. » Τοῦτο δέ φησι περὶ τῆς δίκης, ἣς ἔδωκεν Ἰούδας τότε. « Καὶ ἐκλήθη τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν Ἀκελδαμὰ, ὅ ἐστι χωρίον αἵματος. » Οἱ μὲν οὖν Ἰουδαῖοι ταύτῃ τῇ προστηγορίᾳ ἐκάλεσαν αὐτὸ, οὐ διὰ τοῦτο, ἀλλὰ διὰ τὸν Ἰούδαν. Οὗτος δὲ εἰς τοῦτο αὐτὸ μετήγαγε, μάρτυρας φέρων τοὺς ἐχθροὺς, δι' ὧν ὠνόμασε. Καὶ γὰρ τὸ εἰπεῖν, « τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν, » τοῦτο βούλεται. Τὸ δὲ, « Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ, » περὶ χωρίου τούτου καὶ τῆς οἰκίας αὐτοῦ εἴρηται. Τὸ δὲ, « Τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος, » τουτέστι τὴν ἀρχὴν, τὴν ἱερωσύνην. Ἄλλος δέ φησιν, ὅτι οὐκ ἀπέθανε τῇ ἀγχόνῃ ὁ Ἰούδας, ἀλλ' ἐπεβίω καθαιρεθεὶς πρὸ τοῦ ἀποπνιγῆναι. Τοῦτο δὲ σαφέστερον ἱστορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννου μαθητὴς λέγων · « Μέγα δὲ ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ περιεπάτησεν ὁ Ἰούδας, πρησθεὶς ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μηδὲ ὁπόθεν ἅμαξα ῥᾳδίως διέρχεται, ἐκεῖνον δύνασθαι διελθεῖν, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὸν μόνον τὸν τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὄγκον · τὰ μὲν γὰρ βλέφαρα τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ τοσοῦτόν φασιν ἐξοιδῆσαι, ὡς αὐτὸν μὲν καθόλου τὸ φῶς μὴ βλέπειν, τοὺς ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ μηδὲ ὑπὸ ἰατροῦ διόπτρας ὀφθῆναι · τοσοῦτον βάθος εἶχον ἀπὸ τῆς ἔξωθεν ἐπιφανείας · τὸ δὲ αἰδοῖον αὐτοῦ πάσης μὲν ἀσχημοσύνης ἀηδέστερον φαίνεσθαι, διὰ τῆς τοὺς ἐξ ἅπαντος αὐτοῦ τοῦ σώματος συῤῥέοντας ἰχῶρας τε καὶ σκώληκας εἰς ὕδριν δι' αὐτῶν μόνων τῶν ἀναγκαίων. » Ταῦτα δέ φησιν ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς Ἐξηγήσεως τῶν Κυριακῶν λόγων · « Μετὰ πολλὰς βασάνους καὶ τιμωρίας, ἐν ἰδίῳ, φησὶ, χωρίῳ τελευτήσαντος, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ἔρημον καὶ ἀοίκητον τὸ χωρίον μέχρι τοῦ νῦν γενέσθαι · ἀλλ' οὐδὲ μέχρι σήμερον δύνασθαί τινα τὸν τόπον ἐκεῖνον παρελθεῖν, ἐὰν μὴ τὰς ῥῖνας ταῖς χερσὶν αὐτοῦ περιφράξῃ · τοσαύτη διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ ἐπὶ γῆς κρίσις ἐχώρησε. »—« Δεῖ οὖν τῶν. » Ἐπειδὴ οὐδέπω Πνεῦμα ἦν, καὶ οὔπω ἑαυτοὺς ἀξίους ἡγοῦντο εἶναι τοῦ ἀφ' ἑαυτῶν τὸ πρᾶγμα ἐπιτρέψαι, αἰτοῦντα [1] διά τινος σημείου μαθεῖν. Εἰ γὰρ ἔνθα οὔτε εὐχὴ, οὔτε ἀξιόλογοι ἄνδρες, τοσοῦτον ἴσχυσεν ἐπὶ τοῦ Ἰωνᾶ, διὰ τὸ ἐξ ὀρθῆς γενέσθαι γνώμης, πολλῷ μᾶλλον ἐνταῦθα.

## Variæ lectiones et notæ.

[1] *Ισ. αἰτοῦνται.*

(4) Sifanius hic vertit, *ab iis, qui juxta illam viam habitabant*, quod legerit in suo codice, καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς ὁδοῦ.

(5) Apud Sifanium pro κρίσις, *judicium*, exstat ἔκρυσις, *fluxus*, fortasse rectius.

Digitized by Google

Ἐπλήρωσε τὸν χορὸν, καὶ ἀπήρτισε τὴν τάξιν ὁ ἀναδειχθείς. Δεῖ τοίνυν τὸν κληρωθέντα τὸν τόπον ἔχειν, ὃν ἐκληρώθη, καὶ μὴ κατασκευάζειν ἑαυτῷ· οὐ γὰρ ἂν εἴη κλῆρος τοῦτο· μήτε φεύγειν δοθέντα. Εἰ γὰρ τὰ τοῦ κλήρου κύρια, πολλῷ μᾶλλον τὰ τοῦ Θεοῦ, ὅταν ὁ Θεὸς κληρώσῃ. Δεῖ δὲ καὶ τὸν ποιοῦντα ἀπροσπαθῶν [2] ποιεῖν. Τοῦτο γὰρ κλῆρος, μὴ ὃν βούλεται αὐτὸς, ἀλλ' ὃν ἡ χάρις δίδωσιν. Ἕως μὲν οὖν Πνεύματος ἄμοιροι ἦσαν οἱ ἀπόστολοι, κλήρῳ τὰ πράγματα ἐπέτρεπον· ὕστερον δὲ καὶ τῷ πλήθει, καὶ τῇ οἰκείᾳ χάριτι. Ἐπειδὴ δὲ πολλῶν ὄντων πάντας κληροῦσθαι οὐκ ἔνι, εἰκότως ἐκ πολλῶν ὀλίγους ἐπιλεγόμεθα.

A Si enim, ubi neque oratio fiebat, neque probi erant homines (ut super Jona), **196** adeo tamen sors valuit, quod recta intentione fieret; multo magis hic merito replevit chorum, et ordinem perfecit, qui hac ratione monstratus fuit. Quare oportet unumquemque tenere locum, quem sortitus est, ac nec sibi procurare (non enim sors id esset) nec refugere eum, qui datus est. Si enim rata habentur, quæ sunt a sorte, multo magis quæ a Deo sunt, seu cum Deus eligit. Necesse vero est, ut et is, qui eligit, id sine partium studio faciat. Illa enim vera sors est, non quam vult ipse, sed quam gratia moderatur. Apostoli igitur, antequam Spiritum sanctum reciperent, sorte negotia administrabant: postea vero et multitudine, et propria gratia. Quoniam vero, quando multi sunt, omnes sorte accipere non licet, hinc recte ex multis paucos seligimus.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

*Περὶ τῆς θείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοιτήσεως τῇ ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς γενομένης εἰς τοὺς ἀποστόλους.*

Κυριακὴ τῆς Πεντηκοστῆς.

## KEIMENON.

Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς, ἦσαν ἅπαντες οἱ ἀπόστολοι ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό. Καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος, ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας. Καὶ ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον οὗ ἦσαν καθήμενοι. Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμενοι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός. Ἐκάθισέ τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν. Καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι. Ἦσαν δὲ ἐν Ἰερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι ἄνδρες εὐλαβεῖς ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, συνῆλθε τὸ πλῆθος, καὶ συνεχύθη, ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλούντων αὐτῶν. Ἐξίσταντο δὲ πάντες, καὶ ἐθαύμαζον λέγοντες πρὸς ἀλλήλους· Οὐκ ἰδοὺ πάντες οὗτοί εἰσιν οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι; Καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν; Πάρθοι, καὶ Μῆδοι, καὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν, Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Πόντον τε καὶ τὴν Ἀσίαν, Φρυγίαν τε καὶ Παμφυλίαν, Αἴγυπτον, καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην, καὶ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι, Κρῆτες, καὶ Ἄραβες, ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ.

B

## CAPUT III.

*De divino Spiritus sancti in apostolos descensu die Pentecostes.*

Dominica Pentecostes.

## TEXTUS.

II, 1-11. Et cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco. Et factus est repente de cœlo sonus, tanquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Jerusalem habitantes C Judæi, viri religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est. Facta autem hac voce convenit multitudo, et mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes et mirabantur, dicentes: Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, et Medi, et Elamitæ, et qui habitant Mesopotamiam, Judæam et Cappadociam, Pontum et Asiam, Phrygiam et Pamphyliam, Ægyptum et partes Libyæ quæ est circa Cyrenen, et advenæ Romani. Judæi quoque et **197** proselyti, Cretes, et Arabes: audimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.

D

## ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

gentia. Idcirco vero hoc in medium protulit, quia non parvum erat malum; adeoque et celeriter curatum fuit. « Convocantes. » Primo absurditatem exponit, ostendens fieri ab illis non posse, ut utrumque eadem diligentia perageretur. Et quemadmodum cum Matthiam electuri erant, ejus rei necessitatem declararunt, quia scilicet ad duodecim apostolos, quos esse oportebat, unus deerat: sic etiam nunc id opus esse affirmant. Non autem ipsimet eligunt, sed aliis potestatem faciunt eos qui omnibus placuerint et probati fuerint in medium producendi. Et quidem poterant illi, Spiritu sancto inspirante, eligere; attamen etiam testimonium ab aliis volunt. Scilicet, numerum definire, ordinare et quidquid ad hunc usum spectabat, præscribere ipsorum utique erat: at electionem cæteris permittunt, ne cuiquam gratificari voluisse viderentur. Septem vero eligendos proponunt, non duodecim; quod inter ea etiam, quæ necessaria sunt, alia aliis sint præstantiora. Excusationem tamen quamdam proferunt, quoniam haud erat illis possibile, simul et prædicationis « verbi Dei, » et provisionis erga pauperes curam gerere: ut ostenderent se neutiquam ex animi tumore administrationem hujusmodi recusare; sed ut prædicationi diligentius incumbere possent. « Et elegerunt. » Omnes electi sunt pleni fide, ne eadem quæ in Juda, Anania et Saphira contigerant, recurrerent. Deinde segregantes eos a turba, « statuerunt ante conspectum apostolorum, qui orantes imposuerunt eis manus » et dimiserunt. Hinc adnotandum est ordinationem et dignitatem diaconatus per orationem et manuum impositionem eorum, qui præsident verbo, ab initio datam fuisse: quæ consuetudo ad præsens usque tempus servatur. Attamen dici quoque potest ministerium illud neque diaconorum neque presbyterorum fuisse: nondum enim ullus, exceptis apostolis, episcopus erat. Quare non puto, quid per diaconorum presbyterorumque nomina hic intelligatur, manifestum et clarum esse. Interim vero il per orationem, let impositionem manuum apostolorum ordinati sunt. **221** Oraverunt enim pro ipsis, ut injunctum opus strenue exsequi possent. Viris autem non minus septem opus ad id erat; multæ enim confluebant pecuniæ, et viduæ multæ erant.

## ΚΕΦΑΛ Η'.

*Ἰουδαίων ἐπανάστασις, καὶ συκοφαντία κατὰ Στεφάνου, τοῦ αὐτοῦ τε δημηγορία περὶ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ διαθήκης τοῦ Θεοῦ· καὶ περὶ τῶν δώδεκα πατριαρχῶν.*

## CAPUT VIII.

*Judæorum insurrectio, et calumnia adversus Stephanum: hujusque concio de Dei fœdere cum Abrahamo; et de duodecim patriarchis.*

## ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Στέφανος πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως ἐποίει τέρατα καὶ σημεῖα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ. Ἀνέστησαν δέ τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ· καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ Πνεύματι, ᾧ ἐλάλει. Τότε ὑπέβαλον ἄνδρας λέγοντας, ὅτι Ἀκηκόαμεν αὐτοῦ λαλοῦντος ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωσῆν καὶ τὸν Θεόν· συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ τοὺς Γραμματεῖς·

## TEXTUS.

VI, 8-15. Stephanus autem, plenus gratia et fortitudine, faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum et Cyrenensium et Alexandrinorum et eorum qui erant a Cilicia et Asia, disputantes cum Stephano: et non poterant resistere sapientiæ, et Spiritui qui loquebatur. Tunc summiserunt viros, qui dicerent se audivisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen et in Deum. Commoverunt itaque plebem et seniores et Scri-

Digitized by Google

bas : et concurrentes rapuerunt eum et adduxerunt in concilium et statuerunt falsos testes qui dicerent : Homo iste non cessat loqui verba adversus locum sanctum et legem. Audivimus enim eum dicentem, quoniam Jesus Nazarenus hic destruet locum istum, et mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem angeli.

καὶ ἐπιστάντες συνήρπασαν αὐτὸν, καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον · ἔστησάν τε μάρτυρας ψευδεῖς λέγοντας· Ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐ παύεται ῥήματα βλάσφημα λαλῶν κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου καὶ τοῦ νόμου. Ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος οὗτος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη, ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωσῆς. Καὶ ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν ἅπαντες οἱ καθεζόμενοι ἐν τῷ συνεδρίῳ, εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου.

VI, 1-4. Dixit autem princeps sacerdotum : Si hæc ita se habent ? Qui ait : Viri fratres et patres, audite : Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charan, et dixit ad illum : Exi de terra tua et de cognatione tua, et veni in terram quam monstravero tibi. Tunc exiit de terra Chaldæorum, et habitavit in Charan. Et inde, postquam mortuus est pater ejus, transtulit illum in terram istam, in qua vos nunc habitatis.

Εἶπε δὲ ὁ ἀρχιερεύς· Εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει, Ὁ δὲ ἔφη · Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατε· Ὁ Θεὸς τῆς δόξης ὤφθη τῷ πατρὶ ἡμῶν Ἀβραὰμ ὄντι ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτὸν εἰς Χαρράν, καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν · Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἄν σοι δείξω. Τότε ἐξελθὼν ἐκ γῆς Χαλδαίων κατῴκησεν εἰς Χαρράν. Κἀκεῖθεν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην, εἰς ἣν νῦν ὑμεῖς κατοικεῖτε.

COMMENTARIUS.

Stephanus reliquis sex præstabat, atque primas inter illos tenebat. Quanquam enim ordinatio communis fuerat, iste tamen majorem præ cæteris consecutus est gratiam. Nulla autem ante ordinationem prodigia faciebat, ut manifestum fieret gratiam solam non **222** sufficere, sed ordinatione insuper opus esse, ut accessio Spiritus fiat : quanquam etiam antea pleni erant Spiritu, eo scilicet, qui in lavacro confertur.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὗτος πρόκριτος τῶν ἑπτὰ ἦν, καὶ τὰ πρῶτα εἶχε παρ' αὐτοῖς. Εἰ γὰρ καὶ ἡ χειροτονία κοινὴ ἦν, ἀλλ' οὗτος ἐπεσπᾶτο χάριν πλείονα. Οὐκ ἐπῆρε δὲ πρὸ τῆς χειροτονίας τὰ τέρατα, ἵνα δειχθῇ, ὅτι οὐκ ἀρκεῖ μόνον ἡ χάρις, ἀλλὰ δεῖ καὶ τῆς χειροτονίας. Ὥστε προσθήκη Πνεύματος ἐγένετο. Εἰ γὰρ καὶ πλήρεις Πνεύματος ἦσαν πρὸ τούτου, ἀλλὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ λουτροῦ δηλονότι.

Libertini dicuntur Romanorum liberti. Habitabant autem ibi etiam alii multi peregrini ex extraneis civitatibus, qui et synagogas habebant, ubi legem perlegi oportebat.

Λιβερτῖνοι, οἱ τῶν Ῥωμαίων ἀπελεύθεροι λέγονται. Ὤκουν δὲ ἐκεῖ καὶ ἄλλοι πολλοὶ ξένοι ἐξ ἀλλοδαπῶν πόλεων, καὶ συναγωγὰς εἶχον ἔνθα ἔδει τὸν νόμον ἀναγινώσκεσθαι.

TEXTUS.

VI, 5. Et non dedit illi hæreditatem in ea nec passum pedis : sed repromisit dare illi eam in possessionem, et semini ejus post ipsum, cum non haberet filium.

KEIMENON.

Καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν ἐν αὐτῇ οὐδὲ βῆμα ποδός. Καὶ ἐπηγγείλατο δοῦναι αὐτῷ εἰς κατάσχεσιν αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτὸν, οὐκ ὄντος αὐτῷ τέκνου.

COMMENTARIUS.

Cur Deus, cum promisisset dare Abrahamo terram Palæstinæ in possessionem, ne vestigium tamen pedis ex ea illi dedit ? Scilicet, quia cum paulo post dissolvendus, seu ex hac vita migraturus esset, possidere eam diu non poterat. Salva igitur Abrahamo est hæreditas per semen ipsius, quod est Christus ; estque illa, « quæ sursum est Jerusalem [33] » ubi simul cum eo regnabunt sancti, quando veniet in gloria Patris sui, regnaturus in omnes gentes quæ per fidem Abrahami justificatæ fuerint.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Διά τί ὁ Θεὸς ἐπαγγειλάμενος τῷ Ἀβραὰμ δοῦναι τὴν γῆν τῆς Παλαιστίνης εἰς κατάσχεσιν, οὐδὲ βῆμα ποδὸς δέδωκεν ἐν αὐτῇ ; Ἐπειδὴ μετ' ὀλίγον ἀναλύειν μέλλων, πῶς κατέχειν ἠδύνατο ; Σώζεται ἄρα κληρονομία τῷ Ἀβραὰμ διὰ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, ὅς ἐστι Χριστὸς, ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ὅτε καὶ συμβασιλεύσουσιν αὐτῷ οἱ ἅγιοι, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, πάντων τῶν ἐθνῶν διὰ πίστεως Ἀβραὰμ δικαιωθέντων συμβασιλεύων.

TEXTUS.

VI, 6, 7. Locutus est autem ei Deus, quia erit semen ejus accola in terra aliena, et servituti eos subjicient, et male tractabunt eos annis quadringentis ; et gentem cui servierint judicabo eos, dixit Dominus, et post hæc exibunt, et servient mihi in loco isto.

KEIMENON.

Ἐλάλησε δὲ οὕτως ὁ Θεὸς, ὅτι Ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια. Καὶ τὸ ἔθνος, ᾧ ἐὰν δουλεύσωσι, κρινῶ ἐγὼ, εἶπεν ὁ Θεός· καὶ μετὰ ταῦτα ἐξελεύσονται καὶ λατρεύσουσί μοι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ.

[33] Galat. IV, 26.

Digitized by Google

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὐ μάχεται τοῖς ἐνταῦθα, τὰ ἐν τῇ Ἐξόδῳ γεγραμμένα. Ἐκεῖ γὰρ λέγει, ὅτι Μετὰ [35a] τριακόσια τριάκοντα ἔτη ἐξῆλθεν ἡ δύναμις Κυρίου ἡ μεγάλη ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ἐνταῦθα δὲ, « μετὰ τετρακόσια, » φησί. Καὶ ἐπιστῆσαι δεῖ, ὅτι οὐκ ἐρρέθη, ὡς Πληρωθέντων τῶν τετρακοσίων ἐτῶν ἐξῆλθεν, ἀλλὰ, « μετὰ τριακόσια [35b] ἔτη· » ὅπερ ἐμφαίνει τὰ τριάκοντα· Ἀβραὰμ ἀπὸ ἑβδομηκοστοῦ πέμπτου ἔτους, ἕως ἑκατοστοῦ ἔτη εἰκοσιπέντε· Ἰσαάκ, ἔτη ἑξήκοντα· Ἰακὼβ ἔτη ἐνενήκοντα ἐννέα· Ἰωσὴφ ἔτη ἑκατὸν δέκα· ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ἔτη ἑκατὸν τεσσαράκοντα· ὁμοῦ ἔτη τετρακόσια τριάκοντα τέσσαρα. Φησὶ δέ· « Καὶ κακώσουσιν αὐτοὺς ἔτη τετρακόσια· καὶ μετὰ ταῦτα ἐξελεύσονται καὶ λατρεύσουσί μοι· » τοῦ, « Μετὰ ταῦτα, » ἐν τοῖς λ' σημαινομένου ἔτεσι. Τὴν γὰρ ἐξ Αἰγύπτου πορείαν ἐν τῇ ἐρήμῳ μέχρι τῆς τοῦ νόμου δόσεως, οὐ λέγει ὁ Ἀπόστολος.

A

COMMENTARIUS.

His quæ hic dicuntur, contraria non sunt ea quæ leguntur in Exodo [35]. Ibi enim dicitur : « Post quadringentos triginta annos exivit exercitus Domini magnus ex terra Ægypti ; » hic autem « post quadringentos. » At animadvertere oportet, dictum non esse, eos completis quadringentis annis statim exiisse ; sed « post quadringentos. » Quæ phrasis indicat, aliquos insuper annos, nempe triginta, effluxisse. **223** Scilicet, computandi sunt anni Abrahami a septuagesimo quinto usque ad centum viginti quinque ; Isaaci sexaginta, Jacobi nonaginta novem ; Josephi centum ac decem, in Ægypto autem centum quadraginta : qui omnes anni collecti conficiunt annos quadringentos triginta quatuor. Cum igitur ait : « Et male tractabant eos annis quadringentis.... et post hæc exibunt, et servient mihi, » illud « post hæc » triginta eos annos indicat : non enim profectionem in deserto usque ad datam legem exprimit Apostolus.

B

*Τὰ τοῦ λιμοῦ, καὶ πυρωσίας, καὶ ἀναγνωρισμοῦ τῶν υἱῶν τοῦ Ἰακὼβ· καὶ περὶ γενέσεως Μωϋσέως, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν θεοφανείας ἐν ὄρει Σινᾷ.*

*De fame, tentatione et recognitione filiorum Jacob, et de nativitate Mosis, et apparitione facta ipsi a Deo in monte Sina.*

ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην περιτομῆς· καὶ οὕτως ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ, καὶ περιέτεμεν αὐτὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ· καὶ ὁ Ἰσαὰκ τὸν Ἰακώβ, καὶ ὁ Ἰακὼβ τοὺς δώδεκα πατριάρχας. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ Ἰωσὴφ [35c], ζηλώσαντες αὐτὸν, ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον. Καὶ ἦν ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐξείλατο αὐτὸν ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ· καὶ ἔδωκεν αὐτῷ χάριν καὶ σοφίαν ἐναντίον Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἡγούμενον ἐπ' Αἴγυπτον καὶ ὅλον αὐτοῦ τὸν οἶκον. Ἦλθε δὲ λιμὸς ἐφ' ὅλην τὴν γῆν Αἰγύπτου, καὶ Χαναὰν, καὶ θλῖψις μεγάλη, καὶ οὐχ εὕρισκον χορτάσματα οἱ πατέρες ἡμῶν. Ἀκούσας δὲ Ἰακὼβ ὄντα σῖτα ἐν Αἰγύπτῳ, ἐξαπέστειλε τοὺς πατέρας ἡμῶν πρῶτον, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ ἀνεγνωρίσθη Ἰωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Καὶ φανερὸν ἐγένετο τῷ Φαραὼ τὸ γένος τοῦ Ἰωσήφ. Ἀπέστειλε δὲ Ἰωσὴφ, καὶ μετεκαλέσατο τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἰακὼβ καὶ πᾶσαν [36] τὴν ψυχὴν καὶ συγγένειαν· ὡς εἶναι τοὺς πάντας ἑβδομήκοντα πέντε. Κατέβη δὲ Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐτελεύτησεν αὐτὸς καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν. Καὶ μετετέθησαν εἰς Συχὲμ, καὶ ἐτέθησαν ἐν τῷ μνήματι, ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμὼρ τοῦ Συχέμ. Καθὼς δὲ ἤγγιζεν ὁ χρόνος τῆς ἐπαγγελίας, ἧς ὤμοσεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ, ηὔξησεν ὁ λαὸς, καὶ ἐπληθύνθη ἐν Αἰγύπτῳ, ἄχρις οὗ ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος, ὃς οὐκ ᾔδει τὸν Ἰωσήφ.

C

D

TEXTUS.

VII, 8-18. Et dedit illi testamentum circumcisionis : et sic genuit Isaac, et circumcidit eum die octavo : et Isaac Jacob et Jacob duodecim patriarchas. Et patriarchæ æmulantes, Joseph vendiderunt in Ægyptum ; et erat Deus cum eo : et eripuit eum ex omnibus tribulationibus ejus, et dedit ei gratiam et sapientiam in conspectu Pharaonis regis Ægypti, et constituit eum præpositum super Ægyptum et super omnem domum suam. Venit autem fames in universam Ægyptum et Chanaan, et tribulatio magna ; et non inveniebant cibos patres nostri. Cum audisset autem Jacob esse frumentum in Ægypto, misit patres nostros primum : et in secundo cognitus est Joseph a fratribus suis, et manifestatum est Pharaoni genus ejus. Mittens autem Joseph accersivit Jacob patrem suum et omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinque. Et descendit Jacob in Ægyptum, et defunctus est ipse, et patres nostri. Et translati sunt in Sichem, et positi sunt in sepulcro, quod emit Abraham pretio argenti a filiis Hemor filii Sichem. Cum autem appropinquaret tempus promissionis quem confessus erat Deus Abrahæ, crevit populus, et multiplicatus est in Ægypto, quoadusque surrexit alius rex in Ægypto, qui non sciebat Joseph.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Τίνος ἕνεκεν περιτέμνεσθαι τὴν ἀκροβυστίαν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ τῷ Ἀβραὰμ προσέταξεν ὁ Θεός ; Καὶ πρόχειρον μέν τινες αἰτίαν ἀποδεδώκασι ταύτην.

COMMENTARIUS.

Quare Deus præcepit Abrahamo, ut resecaret præputium carnis suæ ? Obviam hanc rationem quidam tradunt. Quandoquidem, inquiunt, Abraham

[35] Cap. XII, 41.

Variæ lectiones et notæ.

[35a] τετρακόσια. [35b] τετρακόσια. [35c] καὶ οἱ πατριάρχαι [36] τὴν συγγένειαν αὐτοῦ ἐν ψυχαῖς οε'.



Digitized by Google

ex Chaldæis oriundus erat : Chaldæis autem juxta patrios ipsorum mores permissum erat (quemadmodum etiam Persis ac Medis) matribus et sororibus matrimonio commisceri : ob hanc rationem circumcidit carnem præputii, veluti per hoc a carnis necessitudine se abdicans, et illicitas abnegans cognationis suæ nuptias. Alii autem aiunt, idcirco Abrahamo, ejusque posteris demandatam **224** esse circumcisionem, ut manifestum fieret, ex iis oriturum esse Christum secundum carnem : quocirca et ipse circumcidi voluit, et circumcisioni finem imposuit. Sunt et qui dicant, quod circumcisio in carne typice olim facta, imago esset salutaris baptismatis ; quippe quæ per rejectionem præputii abnegationem significabat generationis secundum carnem, et eos qui circumcidebantur, filios Dei constituebat. Primus itaque Isaacus octava circumcisus est die ; unde et Judæi eodem die circumciduntur.

Ἐπειδή, φησὶν [37], ὁ Ἀβραὰμ ἐκ γῆς Χαλδαίων ἀπῆρε· Χαλδαίοις δὲ ἐπιτέτραπτο κατὰ τὰ πατρια αὐτῶν ἔθνη [38], καθ' ἃ δὴ καὶ Πέρσαις καὶ Μήδοις, μητράσι καὶ ἀδελφαῖς ἐπιμίγνυσθαι· ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, περιτέμνεται τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας, τῇ οἰκειότητι τῆς σαρκὸς ἀποταττόμενος, καὶ τοὺς τῆς συγγενείας ἀθεμίτως [*f.* ἀθεμίτους] ἀρνούμενος γάμους. Ἄλλοι δέ φασιν, [ὅτι] διὰ τοῦτο προστετάχθαι τῷ Ἀβραὰμ καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ τὴν περιτομὴν, ἵνα δῆλον εἴη, ὡς ἐξ αὐτῶν ἔσται ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα· διὸ καὶ αὐτὸς περιετμήθη καὶ τέλος ἔδωκε τῇ περιτομῇ. Ἄλλοι δέ φασιν ὅτι ἡ ἐν σαρκὶ περιτομὴ, τυπικῶς γινομένη τὸ παλαιὸν, εἰκόνα ἐπεῖχε τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος, διὰ τῆς ἀποβολῆς τῆς ἀκροβυστίας, τὴν ἄρνησιν δηλοῦσα τῆς κατὰ σάρκα γενέσεως, καὶ υἱοὺς Θεοῦ ποιοῦσα τοὺς περιτεμνομένους. Ἐν πρώτοις οὖν ὁ Ἰσαὰκ τῇ ὀγδόῃ περιτέμνεται ἡμέρᾳ· ὅθεν καὶ οἱ Ἰουδαῖοι.

### TEXTUS.

VII. 19-23. Hic circumveniens genus nostrum, afflixit patres nostros, ut exponerent infantes suos, ne vivificarentur. Eodem tempore natus est Moyses, et fuit jucundus Deo [39] ; qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui. Exposito autem illo, sustulit eum filia Pharaonis, et nutrivit eum sibi in filium. Et eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorum, et erat potens in verbis et in operibus suis. Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor ejus ut visitaret fratres suos filios Israel.

### ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Οὗτος κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν, ἐκάκωσε τοὺς πατέρας ἡμῶν τοῦ ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν, εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι. Ἐν ᾧ καιρῷ ἐγεννήθη Μωϋσῆς, καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ, ὃς ἀνετράφη μῆνας τρεῖς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Ἐκτεθέντα δὲ αὐτὸν ἀνείλετο ἡ θυγάτηρ Φαραὼ, καὶ ἀνεθρέψατο αὐτὸν ἑαυτῇ εἰς υἱόν. Καὶ ἐπαιδεύθη Μωϋσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων· ἦν δὲ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἔργοις. Ὡς δὲ ἐπληροῦτο αὐτῷ τεσσαρακονταετὴς χρόνος, ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἐπισκέψασθαι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ.

### COMMENTARIUS.

« Circumveniens, » hoc est, sophismis, seu versutis commentis eos subjicere satagens. Sophismus enim est violentum commentum : adeoque ista phrasis hoc loco idem significat, ac violente illis imponere. Quare etiam impostores Sophistas vocant, quod veritatem fraude et sophismatibus occultant. Eo igitur tempore natus est, inquit, Moyses, et fuit jucundus, hoc est, charus ac dilectus Deo. Eum autem expositum filia Pharaonis cum sustulisset, omnem Ægyptiorum sapientiam edocuit. Ex quo patet, non omnino contemnendam esse profanam eruditionem : quandoquidem in modum laudis dictum est : « Eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorum : » ac etiam de tribus pueris et Daniele : « Superabant omnes in sapientia Chaldæorum et in omni disciplina [40]. » Oportet autem ad modicum solummodo tempus ejusmod disciplinis vacare eos, qui in studio sacræ ac divinitus inspiratæ Scripturæ perpetuo hærere debent : nam nec Moses, neque Anania, et Daniel profanam

### ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Τουτέστι πανούργοις ἐπινοίαις αὐτῶν περιγενέσθαι ἐβουλεύσαντο [39]. Σοφισμὸς γάρ ἐστι βεβιασμένη ἐξήγησις. Διὸ ὧδε ἡ ἔμφασις λέγει, τῷ [40] βιαίως ἐπιθέσθαι αὐτοῖς δηλοῦν, ὅθεν [41] καὶ σοφιστὰς τοὺς γόητας καλεῖ [42], ὡς τὸ ἀληθὲς δι' ἀπάτης καὶ σοφισμῶν κρύπτοντας. Ἐν αὐτῷ τοίνυν τῷ καιρῷ ἐγεννήθη, φησὶ, Μωϋσῆς, καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ, τουτέστιν εὐάρεστος, ἤτοι θεοφιλής. Ἐκτεθέντα δὲ αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραὼ ἀνελομένη, πᾶσαν σοφίαν Αἰγυπτίων ἐδίδαξεν. Ἐκ τούτου δῆλον, ὡς οὐκ ἀποβλητέα πάντη ἐστὶν, ἡ τῶν ἔξωθεν τῆς Γραφῆς παίδευσις. Τρόπῳ γὰρ ἐγκωμίου εἴρηται, ὡς « Ἐπαιδεύθη Μωϋσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων· » καὶ περὶ τῶν τριῶν παίδων καὶ Δανιὴλ, ὡς « Ὑπερέβαλον πάντας ἐν τῇ Χαλδαίων φιλοσοφίᾳ καὶ ταῖς λοιπαῖς ἐπιστήμαις. » Δεῖ δὲ ἐπ' ὀλίγον αὐταῖς προσέχειν, τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ ἐμμένοντας. Οὔτε γὰρ Μωϋσῆς, οὔτε οἱ περὶ Ἀνανίαν καὶ Δανιὴλ, ἔμαθον ἂν τὴν ξένην παιδείαν, εἰμὴ ἀνάγκη καὶ βίᾳ δεσποτῶν. Καὶ γὰρ ἐν οὐδενὶ αὐτὴν κέχρηνται, εἰμήπου ἄν τις

[38] Exod. II, 2. [39] Dan. VI, 3.

### Variæ lectiones et notæ.

[37] *Isc.* φασίν. [38] *Isc.* ἔθη. [39] *Isc.* ἐβουλεύσατο, ἢ βουλευσάμενοι. [40] *Isc.* τό. [41] δηλονότι. [42] καλοῦσι.

Digitized by Google

εἶποι, ὅτι καλὸν αὐτὸν [43] μαθεῖν, πρὸς τὸ ἀνατρέψαι τὰς ἐκείνων ἀπάτας.

A eruditionem addidicissent unquam, nisi ad id necessitate, ac dominorum **225** imperio compulsi fuissent : quare nunquam ea eruditione usi sunt : nisi quis dicat, utile Mosi fuisse eam comparare, ad Ægyptiorum errores ejus præsidio evertendos.

KEIMENON.

Καὶ ἰδών τινα ἀδικούμενον, ἠμύνατο, καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ, πατάξας τὸν Αἰγύπτιον. Ἐνόμιζε δὲ συνιέναι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ὅτι ὁ Θεὸς διὰ χειρὸς αὐτοῦ δίδωσιν αὐτοῖς σωτηρίαν· οἱ δὲ οὐ συνῆκαν. Τῇ τε ἐπιούσῃ ὤφθη αὐτοῖς μαχομένοις, καὶ συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην εἰπών· Ἄνδρες, ἀδελφοί ἐστε ὑμεῖς. ἵνα τί ἀδικεῖτε ἀλλήλους ; Ὁ δὲ ἀδικῶν τὸν πλησίον, ἀπώσατο αὐτὸν εἰπών· Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς ; μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες χθὲς τὸν Αἰγύπτιον ; Ἔφυγε δὲ Μωϋσῆς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, καὶ ἐγένετο πάροικος ἐν γῇ Μαδιάμ, οὗ ἐγέννησεν υἱοὺς δύο.

TEXTUS.

VII, 24-29. Et cum vidisset quemdam injuriam patientem, vindicavit illum : et fecit ultionem ei qui injuriam sustinebat, percusso Ægyptio. Existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis : at illi non intellexerunt. Sequenti vero die apparuit illis litigantibus : et reconciliabat eos in pace, dicens : Viri, fratres estis, ut quid nocetis alterutrum ? Qui autem injuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens : Quis te constituit principem et judicem super nos ? Nunquid interficere me tu vis, quemadmodum interfecisti heri Ægyptium ? Fugit autem Moyses in verbo isto : B et factus est advena in terra Madian, ubi generavit filios duos.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ἀνεῖλε Μωϋσῆς τὸν Αἰγύπτιον, οὐ θυμῷ εἴξας, οὐδὲ ὀργῇ κινηθείς, ζήλῳ δέ. Πᾶν δὲ, ὃ ἂν γένηται εἰς λόγον Θεοῦ, εὐσέβειά ἐστι· κἂν φόβος [44] ᾖ διὰ Θεὸν, οὐκ ἔστι φόβος [45]. Ὁ γοῦν Φινεὲς, δύο ἐν μιᾷ χειρὶ φονεύσας, ἤκουσεν· « Ἀνέστη Φινεὲς, καὶ ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. » Διάφορος γὰρ ἡ προαίρεσις φονέως καὶ εὐσεβοῦντος, κἂν τὸ γινόμενον πρᾶγμα ἓν. Τὸ τοίνυν [γινόμενον διὰ Μωϋσέως, σημεῖον ἦν ὅτι μέλλει ὁ Θεὸς] Αἰγυπτίους ἀποκτείνειν, τοὺς δὲ λεγομένους Ἰσραηλίτας σώζειν. Καὶ ὧδε μὲν οὖν τὰ Μωϋσέως, Θεωρίας δὲ τῆς ἀνωτάτω συνθήσει πάλιν ἡμῖν ὁ λόγος τὴν οἰκονομίαν τὴν ἐπὶ Χριστῷ. Εὑρὼν γὰρ ὁ Σωτὴρ δεινῇ ὑπομένοντας τὴν πλεονεξίαν τῆς [46] Ἰσραὴλ (ἐπεπήδα γὰρ εἰς αὐτοὺς ὥσπερ συντρίβων ὁ Σατανᾶς), ἐλεήσας, ἐλευθεροῦν ἐσκόπτετο [47]. Ἀπεκτονὼς δὲ τρόπον τινὰ, τὸν ἀδικεῖν ἠρημένον, κατέκρυψεν εἰς γῆν, τουτέστιν ἐν τοῖς ὑποχθονίοις κατακλείων [48] εἰς ᾅδην τὸν Σατανᾶν ὁ Σωτὴρ, δικαιοσύνης ἐφαίνετο βραβευτὴς [49] τοῖς ἐξ Ἰσραήλ. Οἱ δὲ ἐφ' οἷς ἔμελλον εὐχαριστεῖν, ἔφασκον· « Οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια οὗτος, εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. » Διά τοι τοῦτο μεταπεφοίτηκεν ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καθάπερ Μωσῆς μετέβη εἰς γῆν Μαδιάμ, καὶ τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκάλει συναγωγήν.

COMMENTARIUS.

Interfecit Moses Ægyptium, non furore actus, sed zelo. Quidquid vero propter Deum fit, pietas est ; et cædes propter Deum facta, cædes non est. Quare de Phinees, qui duos uno ictu confodit, dictum est : « Surrexit Phinees et placavit et cessavit quassatio ; et reputatum est ei in justitiam [37]. » Diversa enim intentio est homicidæ, ac ejus qui pietatis actum exercet, quantumvis opus peractum idem sit. Quod igitur fecit hic Moses, signum erat, (16) quod Deus Ægyptios esset interfecturus, ac salvaturus eos qui Israelitæ appellantur. Et quidem factum Mosis ita se habet. At vero sermo iste aliam nobis sublimissimam exhibet intelligentiam in œconomia, seu C dispensatione Christi. Scilicet, cum reperisset ille Israelitas gravi oppressos avaritia (intraverat enim violenter in illos Satanas) miseratione permotus, liberare eos decrevit. Occidit igitur eum, qui ipsos lædere aggressus fuerat ; occisumque abscondit in terra ; hoc est, in subterraneis, seu in inferno conclusit Satanam Salvator noster ; indeque justitiæ ductorem Israelitis se exhibuit. Illi autem cum gratias agere debuissent, e contra dicebant : « Hic non ejicit Dæmonia, nisi in Beelzebub principe Dæmoniorum [38]. » Quamobrem ex Judæa in Galilæam transmeavit ( quemadmodum Moses perrexit in terram Madian), seu ex Gentilibus Ecclesiam suam D congregavit.

KEIMENON.

Καὶ πληρωθέντων ἐτῶν τεσσαράκοντα, ὤφθη αὐτῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ ὄρους Σινᾶ ἄγγελος Κυρίου ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου. Ὁ δὲ Μωϋσῆς ἰδὼν, ἐθαύμασε τὸ ὅραμα. Προσερχομένου δὲ αὐτοῦ κατανοῆσαι,

**226** TEXTUS.

VII, 30-32. Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina angelus in igne flammæ rubi. Moyses autem videns, admiratus est visum, et accedente illo, ut consideraret, facta est ad eum vox

[37] Psal. cv, 30. [38] Matth. xii, 24.

Variæ lectiones et notæ.

[43] αὐτὴν. [44] φόνος. [45] φόνος. [46] ἴσ. τούς. [47] ἐσκέπτετο. [48] κατέκλεισεν. [49] βραβεύς.

(15) Locum hunc ex Œcumenio, qui paria hic habet, suppleo.

Digitized by Google

Domini, dicens : Ego sum Deus Patrum tuorum, A Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob.

ἐγένετο φωνὴ Κυρίου πρὸς αὐτόν· Ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ.

### COMMENTARIUS.

Filium Dei nunc appellat angelum, sicut et hominem alibi. Ipse enim erat Magni consilii Angelus [39]. Quare paulo post exhibet eum dicentem beato Mosi ; « Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob. »—« In flamma vero ignis rubi » sese ostendit ; quandoquidem et in forma ignis apparuit in monte Sina, cum legem dedit. Sed quænam hujus rei ratio ? Sacræ Litteræ divinam naturam ad omnipotentem ejus activitatem indicandam igni assimilant, quemadmodum imbecillum hominem ligno et feno. Dicitur enim : « Deus noster ignis consumens est [40]. » Et rursus : « Homo, sicut fenum dies ejus. [41]. Verum sicuti ignem spinæ ferre non possunt ; ita nec deitatem humanitas. Attamen in Christo deitas cum humanitate amice convenit, eique tolerabilis facta est, quippe quæ puram ignis naturæ suæ activitatem quodammodo retudit, ut capi posset, sicuti ignis a spinis. Quod vero carnem suam omni corruptione superiorem effecerit, ostendit, velut in ænigmate, ignis ardens in rubo, qui lignum reliquit illæsum. Humanitas itaque capax facta est suscipiendæ et retinendæ deitatis, et hoc mysterium factum est in Christo.

### ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἄγγελον καλεῖ νῦν, καθάπερ καὶ ἄνθρωπον ἀλλαχοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος. Διὸ καὶ μετ' ὀλίγον δείκνυσιν αὐτὸν λέγοντα τῷ μακαρίῳ Μωϋσῇ· « Ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ. »—« Ἐν φλογὶ δὲ πυρὸς βάτου » διαδείκνυται· ἐν εἴδει γὰρ πυρὸς καὶ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ ὁ Θεὸς διαφαίνεται· τὸν νόμον διδούς. Τίς οὖν ὁ λόγος ; Πυρὶ τὴν θείαν παρεικάζει φύσιν τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, διὰ τὸ παναλκὲς, ξύλοις τε καὶ πόαις τὸν ἀπὸ γῆς ἄνθρωπον. Φησὶ γάρ που· « Ὁ Θεὸς πῦρ καταναλίσκον ἐστί. » Καὶ B πάλιν, « Ἄνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ. » Ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶν οὐ φορητὸν ἀκάνθαις τὸ πῦρ, οὕτω καὶ θεότης ἀνθρωπότητι. Πλὴν ἐν Χριστῷ συνέβη, καὶ γέγονεν οἱστὴ οἱονεὶ περιστέλλων [50] τὸν ἄκρατον τῆς ἰδίας φύσεως [πυρὸς] προσβολὴν, ἵνα γένηται χωρητὸς, καθάπερ καὶ ἀκάνθαις τὸ πῦρ. Ὅτι δὲ τὴν σάρκα τὴν ἑαυτοῦ φθορᾶς ἀπετέλει δρεῖττονα [51], διαδείξειεν ἂν αἰνιγματωδῶς τὸ ἐπὶ τῇ βάτῳ πῦρ, ἀδιαλώβητον παντελῶς τηρῆσαν τὸ ξύλον. Κεχώρηκε γὰρ θεότης ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ τοῦτο γέγονεν [ἐν] Χριστῷ τὸ μυστήριον.

*De exitu ex Ægypto, et de vitulo ab Israelitis facto, aliisque usque ad Salomonem et templi ædificationem.*

*Περὶ τῆς ἐξόδου καὶ μοσχοποιίας τοῦ Ἰσραὴλ, ἄχρι Σολομῶντος, καὶ τῆς τοῦ ναοῦ κατασκευῆς.* C

### TEXTUS.

VII, 32-36. Tremefactus autem Moyses, non audebat considerare. Dixit autem illi Dominus : Solve calceamentum pedum tuorum : locus enim in quo stas, terra sancta est. Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, et gemitum eorum audivi et descendi liberare eos. Et nunc veni, et mittam te in Ægyptum. Hunc Moysem quem negaverunt, dicentes : Quis te constituit principem et judicem ? hunc **227** Deus principem et redemptorem misit, cum manu angeli, qui apparuit illi in rubo. Hic eduxit illos, faciens prodigia et signa in terra Ægypti, et in Rubro mari, et in deserto annis quadraginta.

### KEIMENON.

Ἔντρομος δὲ γενόμενος Μωϋσῆς, ἐτόλμα κατανοῆσαι. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Κύριος· Λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστίν. Ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου ἐν Αἰγύπτῳ καὶ τοῦ στεναγμοῦ αὐτῶν ἤκουσα, καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτούς. Καὶ νῦν δεῦρο, ἀποστελῶ σε εἰς Αἴγυπτον. Τοῦτον τὸν Μωϋσῆν ὃν ἠρνήσαντο εἰπόντες· Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς ; τοῦτον ὁ Θεὸς ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν ἀπέστειλεν ἐν χειρὶ ἀγγέλου τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ. Οὗτος ἐξήγαγεν αὐτοὺς ποιήσας τέρατα καὶ σημεῖα ἐν γῇ Αἰγύπτου, καὶ ἐν Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, D καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη τεσσαράκοντα.

### COMMENTARIUS.

Quanquam non eadem quoad litteras exstet in Exodo vox « tremefactus, » extat tamen æquivalenter. Non enim multum differunt inter se *tremefactus*, seu, *tremebundus* et *exterritus*. » Dicuntur autem hæc de visione rubi, manente eadem differentia tremebundi ac exterriti, etiam in narratione de monte Sina. Tunc enim dixit Moses [52] : « Exterritus sum, ac tremebundus, » his dictionibus tanquam synonymis utens. Stupefactus igitur

### ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Εἰ καὶ μὴ αὐταῖς ταῖς λέξεσι φέρεται [53] ἐν τῇ Ἐξόδῳ κειμένη ἡ φωνὴ, ἀλλ' οὖν ἰσοδύναμος κεῖται. Οὐ πολὺ γὰρ διοίσει τὸ, ἔντρομος, τοῦ, ἔμφοβος γενόμενος. Λέγεται δὲ ταῦτα, περὶ τοῦ κατὰ τὴν βάτον ὁράματος, μενούσης τῆς αὐτῆς διαφορᾶς τοῦ φοβεροῦ καὶ ἐμφόβου, καὶ ἐν τῇ διηγήσει περὶ τοῦ ὄρους Σινᾶ. Ἐπ' αὐτοῦ γὰρ εἶπε Μωϋσῆς· « Ἔμφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος, » ἐκ παραλλήλου ταῖς λέξεσι χρησάμενος. Κατατεθηπὼς τοίνυν ὁ μακάριος Μωϋσῆς

[39] Isa. IX, 6. [40] Hebr. XII, 29. [41] Psal. CII, 14. [52] Hebr. XII, 21.

Variæ lectiones et notæ.

[50] περιστέλλον τι. [51] κρείττονα. [53] φαίνεται.

Digitized by Google

προσετέθη λοιπὸν ἐκεῖνό που λέγων ἐν ἑαυτῷ· « Παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τοῦτο τὸ μέγα, τί ὅτι οὐ κατακαίεται ἡ βάτος. » Ἀλλ' εἴργει λέγων εὐθὺς ὁ Κύριος, « Μὴ ἐγγίσῃς ὧδε· » καὶ τῶν ποδῶν ὑπολύειν προστάττεται τὸ ὑπόδημα. Ἰδοὺ ὃν πρὸ μικροῦ ἄγγελον εἶπε, νῦν δείκνυσιν αὐτὸν Κύριον ὄντα καὶ Θεόν. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, καὶ Θεοῦ Υἱός.

Τί οὖν ἐστι τὸ δηλούμενον διὰ τοῦ ὑποδήματος αἴνιγμα, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Νεκρότητος καὶ φθορᾶς τὸ ὑπόδημά ἐστι σημεῖον, εἴπερ ἐστὶ πᾶν ὑπόδημα ζώου λείψανον τεθνηκότος ἦδη. Δεῖ τοίνυν πάσης νεκρᾶς καὶ σαρκικῆς φαντασίας, ὥσπερ ὑποδημάτων τινῶν λῦσαι, τὸν ἐπὶ τῶν θείων θεωρημάτων ἀναβῆναι πειρώμενος νοῦν, καὶ τὸ κατὰ Χριστὸν νοῆσαι μυστήριον. Ἀπρόσιτος τοίνυν ἐν νόμῳ καὶ τῇ παιδαγωγικῇ λατρείᾳ ὁ Χριστός. Νόμου γὰρ πρόσωπον ὁ Μωϋσῆς, εἰ μή που τὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας προαποτρίψοιτο μολυσμὸν, καὶ τὴν ἐν τύποις ἔτι καὶ σκιαῖς προαπόθοιτο λατρείαν, οὐ δύναται προσεγγίσαι Χριστῷ. Οἳ δὲ βουληθεῖεν ἀπολύσασθαι τὸ προδηλωθὲν ὑπόδημα, ἐγγιοῦσι τότε Χριστῷ, τὴν ἐν Πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ λατρείαν προϊέμενοι [*f.* προσιέμενοι].

## ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Οὗτός ἐστιν ὁ Μωϋσῆς ὁ εἰπὼν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε. Οὗτός ἐστιν ὁ γενόμενος ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ μετὰ τοῦ ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ καὶ πατέρων ἡμῶν, ὃς ἐδέξατο λόγια ζῶντα δοῦναι ἡμῖν. ὯΙ οὐκ ἠθέλησαν ὑπήκοοι γενέσθαι οἱ πατέρες ἡμῶν· ἀλλ' ἀπώσαντο, καὶ ἐστράφησαν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον, εἰπόντες τῷ Ἀαρών· Ποίησον ἡμῖν θεοὺς, οἱ προπορεύσονται ἡμῖν. Ὁ γὰρ Μωϋσῆς οὗτος, ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ. Καὶ ἐμοσχοποίησαν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ καὶ εὐφραίνοντο ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν. Ἔστρεψε δὲ ὁ Θεὸς, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καθὼς γέγραπται ἐν βιβλίῳ προφητῶν· Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἔτη τεσσαράκοντα ἐν τῇ ἐρήμῳ, οἶκος Ἰσραήλ;

## ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Τοῦτο ἐπήγαγεν ὁ μακάριος Στέφανος αἰνιττόμενος αὐτοῖς τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον, καὶ δεικνὺς ὅτι καὶ ὁ Μωϋσῆς περὶ αὐτοῦ ἡμῖν λελάληκε. Προαναφωνεῖ γὰρ πάλαι τὴν τοῦ ἰδίου Γεννήματος ἐνανθρώπησιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως, καὶ ὅτι ὁ δεύτερος νομοθέτης ἐφ' ἡμᾶς ἀναδειχθήσεται· λαλήσας μὲν πάλαι τοῖς ἀρχαιοτέροις αὐτὸς δι' ἀγγέλου [83] δοὺς τὸν νόμον· ἐν δὲ τοῖς τελευταίοις καιροῖς, αὐτουργὸς εἰς ἡμᾶς ἀναδε-

beatus Moses illud in corde suo protulit [82] : « Vadam, et videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. » At prohibuit eum Dominus, statim ei dicens [83] : « Ne appropies huc : » jussitque illi, ut « calceamentum de pedibus suis solveret. » Ecce quem paulo ante angelum dixerat, nunc Dominum ac Deum esse ostendit. Ipse enim est magni consilii Angelus et Dei Filius.

Verum, declarare oportet quid per calceamentum significetur. Mortalitatis et corruptionis signum est calceamentum : siquidem omne calceamentum residuum quid est mortui animalis. Oportet igitur, ut mens quæ ad divinam contemplationem ascendere et Christi mysteria intelligere nititur, omnes mortuas carnalesque imaginationes, veluti calceamenta quædam, dissolvat : non enim per legem et præparatorium ejus cultum accedere quisquam potest ad Christum. Legis enim personam gerens Moses, nisi prius sordes ex peccato contractas abstergat, cultumque, qui adhuc in typis et umbris consistit, a se repellat, haud potest appropinquare Christo. Qui tamen solvere voluerint prædictum calceamentum, tunc appropinquabunt Christo, adorationem [84] « in spiritu et veritate » Deo exhibentes.

## TEXTUS.

VII, 37 42. Hic est Moyses qui dixit filiis Israel : Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, tanquam me, ipsum audietis. Hic est, qui fuit in Ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, et cum patribus nostris, qui accepit verba vitæ dare nobis. Cui noluerunt obedire patres nostri, sed repulerunt, et aversi sunt **228** cordibus suis in Ægyptum, dicentes ad Aaron : Fac nobis deos qui præcedant nos : Moyses enim hic, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid factum sit ei. Et vitulum fecerunt in diebus illis, et obtulerunt hostiam simulacro, et lætabantur in operibus manuum suarum. Convertit autem Deus, et tradidit eos servire militiæ cœli, sicut scriptum est in libro prophetarum : Nunquid victimas et hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel?

## COMMENTARIUS.

Hoc addidit beatus Stephanus innuens peractum in Christo mysterium, et ostendens, etiam Mosem locutum de eo fuisse. Deus enim Pater jam olim per sapientissimum Mosem prænuntiarat Geniti sui incarnationem, eumque alterum nobis futurum legislatorem. Nam ipse, qui priscis temporibus per angelos loquens legem dedit, in novissimis temporibus per semetipsum Novum Testamentum sancivit, velut magni consilii Patris sui Angelus,

[82] Exod. III, 3. [83] Ibid. 5. [84] Joan. IV, 23.

## Variæ lectiones et notæ.

[83] ἀγγέλων.

Digitized by Google

seu nuntius. Et hoc est illud : « Tanquam me, nempe legislatorem. » Prophetam autem vocat ipsum prophetarum Dominum propter humanitatem.

TEXTUS.

VII, 43. Et suscepistis tabernaculum Moloch, et sidus Dei vestri Rempham, figuras, quas fecistis adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem.

COMMENTARIUS.

Postquam in montem ascendit Moses, vitulum conflarunt Israelitæ, seseque astrorum cultu contaminarunt : atque tabernaculo facto, idolum in eo statuerunt, quod appellarunt Moloch : quod quidem idolum erat Moabitarum, habens in fronte eximium pellucidumque lapidem in typum stellæ Luciferi. Exponitur vero nomen Moloch, « rex ipsorum ; Rempham autem, « obtenebratio et obcæcatio. » — « Suscepistis ergo tabernaculum Moloch, » id est, regis vestri. » Quis autem est iste ? Sidus Dei vestri Rempham : quod factum est vobis in obcæcationem : obtenebrata namque sunt corda vestra. Quoniam vero Moabitarum, qui prope Damascum habitant, **229** insaniam imitati estis; idcirco trans Damascum proficiscemini, hoc est in Babylonem. Quamvis vero propheta « trans Damascum » dixerit, ita enim LXX Interpretum versio habet, attamen beatus Stephanus ait : « Trans Babylonem, » sequens Hebræorum lectionem : vel quia terminus terræ Damascenorum et Syrorum est Babylon.

TEXTUS.

VII, 44-46. Tabernaculum Testimonii fuit cum patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis Deus, loquens ad Moysen, ut faceret illud secundum formam quam viderat. Quod et induxerunt, suscipientes patres nostri cum Jesu in possessionem Gentium, quas expulit Deus a facie patrum nostrorum usque in diebus David, qui invenit gratiam ante Deum, et petiit ut inveniret tabernaculum Deo Jacob.

COMMENTARIUS

Dicebatur Tabernaculum Testimonii seu mandatorum Dei, illud quod in monte Sina Mosi monstratum a Deo est; quia Deus illud disposuit, ut Deum ipsum testem haberent, quod in monte delineatio ejus facta fuerit, ac Deus Mosi illud præscripserit.

TEXTUS.

VII, 47-59. Salomon autem ædificavit illi domum. Sed non Excelsus in manufactis habitat, sicut propheta dicit : Cœlum mihi sedes est ; terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus? aut quis locus requietionis meæ est? Nonne manus mea fecit hæc omnia? Dura cervice et incircumcisis cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri, ita et vos. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos, qui prænuntiabant de adventu Justi, cujus vos nunc

A δειγμένος, καὶ Καινῆς Διαθήκης χρηματίσας, ὁ μεγάλης βουλῆς τῆς τοῦ Πατρὸς Ἄγγελος. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, « Ὡς ἐμέ, » τουτέστι νομοθέτην. Προφήτην δὲ καλεῖ τὸν τῶν προφητῶν Κύριον, διὰ τὸ ἀνθρώπινον.

KEIMENON.

Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφὰν, τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς. Καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος.

B

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ἀνελθόντος εἰς τὸ ὄρος Μωϋσέως, μεμοσχοποιήκασί τε, καὶ ταῖς τῶν ἄστρων προσεκυλίσθησαν λατρείαις· καὶ σκηνοποιησάμενοι, ἔστησαν εἴδωλον, ὃ κεκλήκασι Μολόχ. Τοῦτο δὲ τὸ εἴδωλον Μωαβιτῶν ἦν, λίθον ἐξαίρετον ἔχον καὶ διαφανῆ ἐπὶ τοῦ μετώπου, εἰς ἐωσφόρου τύπον. Καὶ ἑρμηνεύεται μὲν Μολὸχ, « βασιλεὺς αὐτῶν· » Ῥεμφὰν δὲ, « σκοτισμὸς καὶ τύφλωσις. » — « Ἀνελάβετε τοίνυν τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, » τουτέστι τοῦ βασιλέως ὑμῶν. Τίς δὲ οὗτος ; Τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφὰν, ὃ καὶ γέγονεν ὑμῖν εἰς τύφλωσιν. Ἐσκοτίσθησαν γὰρ αἱ καρδίαι ὑμῶν. Ἐπειδὴ δὲ τὴν τῶν Μωαβιτῶν μανίαν πεπληρώκατε, ἥτις ἐστὶ γείτων Δαμασκοῦ, διὰ τὸ πορεύεσθαι [*f.* διὰ τοῦτο πορεύεσθε] Δαμασκοῦ ἐπέκεινα, τουτέστιν εἰς Βαβυλῶνα. Εἰ δὲ καὶ ὁ προφήτης, « Ἐπέκεινα Δαμασκοῦ, » εἰρήκει (οὕτω γὰρ καὶ ἡ τῶν Ἑβδομήκοντα ἔκδοσις ἔχει,) ἀλλ' ὁ μακάριος Στέφανος, « Ἐπέκεινα Βαβυλῶνος, » φησὶν, ἀκολουθήσας τῇ Ἑβραίων ἐκθέσει· ἢ ὅτι τέρμα τῆς Δαμασκηνῶν καὶ Σύρων χώρας ἡ Βαβυλὼν τυγχάνει.

C

KEIMENON.

Ἡ σκηνὴ τοῦ Μαρτυρίου ἦν ἐν τοῖς πατράσιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθὼς διετάξατο ὁ λαλῶν τῷ Μωϋσῇ, ποιῆσαι αὐτὴν κατὰ τὸν τύπον ὃν ἑωράκει. Ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ πατέρες ἡμῶν μετὰ Ἰησοῦ ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν, ὧν ἔξωσεν ὁ Θεὸς, ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων ἡμῶν ἕως τῶν ἡμερῶν Δαβὶδ, ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ᾐτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ.

D

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Σκηνὴ τοῦ Μαρτυρίου, τουτέστι τῶν προσταγμάτων τοῦ Θεοῦ, ἡ ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ τῷ Μωϋσῇ παραδειχθεῖσα ὑπὸ Θεοῦ ἐλέγετο, διὰ τὸ ὑπὸ Θεοῦ διατετάχθαι αὐτὴν, ἵνα μάρτυρα τὸν Θεὸν ἔχωσιν, ὅτι ἐν τῷ ὄρει ἡ ὑπογραφὴ ταύτης γέγονε, καὶ αὐτὸς αὐτὴν διετάξατο τῷ Μωϋσῇ.

KEIMENON.

Σολομὼν δὲ ᾠκοδόμησεν αὐτῷ οἶκον. Ἀλλ' οὐχ ὁ Ὕψιστος ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, καθὼς ὁ προφήτης λέγει· Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει Κύριος ; ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; Οὐχὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα ; Σκληροτράχηλοι καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε· ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς. Τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἐδίωξαν οἱ πατέρες ὑμῶν; Καὶ ἀπέκτειναν τοὺς προκαταγγείλαντας περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ Δικαίου

Digitized by Google

τούτου, οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται καὶ φονεῖς γεγένησθε· οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, καὶ οὐκ ἐφυλάξατε. Ἀκούοντες δὲ ταῦτα, διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτόν. Ὑπάρχων δὲ Στέφανος πλήρης Πνεύματος ἁγίου, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανόν, εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ἐγὼ θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ Θεοῦ. Κράξαντες δὲ φωνῇ μεγάλῃ συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτόν. Καὶ ἐκβαλόντες αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθοβόλουν. Καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν παρὰ τοὺς πόδας νεανίου καλουμένου Σαύλου. Καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον ἐπικαλούμενον καὶ λέγοντα· Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου· θεὶς δὲ τὰ γόνατα, ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ λέγων· Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐκοιμήθη.

proditores et homicidæ fuistis : Qui accepistis legem in dispositione angelorum et non custodistis. Audientes autem hæc dissecabantur cordibus suis et stridebant dentibus in eum. Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, et Jesum stantem a dextris Dei. Et ait : Ecce video cœlos apertos, et Filium **230** hominis stantem a dextris Dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas, et impetum fecerunt unanimiter in eum. Et ejicientes eum extra civitatem lapidabant ; et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum invocantem et dicentem : Domine Jesu, suscipe spiritum meum. Positis autem genibus, clamavit voce magna, dicens : Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino.

## ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Τῷ τετρακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ ἔτει τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, ἤρξατο ὁ Σολομὼν οἰκοδομεῖν τὸν ναὸν ἐν Ἱερουσαλήμ, ὡς ἡ τρίτη τῶν Βασιλειῶν διδάσκει βίβλος. Διὰ τοῦτο δὲ μετὰ τοσοῦτον χρόνον τῆς ἀπ' Αἰγύπτου ἐξόδου τοῦ Ἰσραὴλ ὁ ναὸς ᾠκοδομήθη, ἵνα τῇ εἰς τὰ ὄρη ἀποπλανήσει ἀποκαμόντες, τὸν ἕνα τόπον τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀγαπήσωσιν, ὃν ὁ Θεὸς ἐποίησε τίμιον. Οὗτοι δὲ βραδεῖς ὄντες εἰς σύνεσιν, καὶ τῶν περὶ Θεοῦ λόγων ἀνεπιστήμονες, καὶ Θεοῦ πόλιν οἰηθέντες εἶναι τὴν Ἱερουσαλήμ, ἐν αὐτῇ δὴ καὶ μόνῃ κατοικεῖν αὐτὸν ἔλεγον. Σμικρὰ τοίνυν δοξάζοντας ἐλέγχει ὁ Θεὸς, καί φησι· Καὶ ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, θρόνον ἔχοντι τὸν οὐρανὸν, ὑποπόδιον δὲ τὴν γῆν; Ἔδει γὰρ τοῖς συνεστάλθαι καὶ περιωρίσθαι τόποις, τὴν αὐτοῦ φύσιν ὑπειληφόσιν καταδεῖξαι σαφῶς, ὅτι εἰς [54] παντα χοῦ καὶ χωρεῖν [55] μὲν αὐτὸν οὐδὲν, ἥκει δὲ μᾶλλον διὰ πάντων αὐτὸς, καὶ πλήρης μὲν ὁ οὐρανὸς αὐτοῦ, μεστὴ δὲ ἡ γῆ. « Ὑμεῖς ἀεί. » Οὐκ εἶπε, Τῷ Θεῷ ἀντιπίπτετε, ἀλλά, « Τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ· » οὗτος [56] οὐδεμίαν εἶδε διαφοράν· ἐπεὶ καὶ Πνεῦμα ὁ Θεὸς, κἂν μὴ δοκῇ τοῖς ἀθέοις. « Ὑμεῖς τοίνυν ἀεὶ, φησὶν, ἀντιπίπτετε τῷ Θεῷ. » Ὅτε γὰρ ἠβούλετο θυσίας εἶναι, οὐκ ἐθύετε αὐτῷ· ὅτε δὲ οὐ βούλεται, πάλιν θύετε. Ὅτε δὲ ἑστήκει ὁ ναὸς, εἰδώλα ἐθεραπεύετε· ὅτε βούλεται χωρὶς ναοῦ θεραπεύεσθαι, τὸ ἐναντίον ποιεῖτε· ὅμοια τοῖς πατράσιν ὑμῶν διαπραττόμενοι. « Τίνα τῶν προφητῶν; » Ταῦτα λέγοντα τὸν μακάριον Στέφανον, ἀληθεύειν αὐτὸν οἴδαμεν, Πνεύματι ἁγίῳ φθεγγόμενον. Ἀποδεῖξαι δὲ ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς [Διαθήκης], πῶς μέμφεται τοῖς πατράσι τῶν εἰς τὸν Ἰησοῦν ἀπιστούντων, ὡς διώξασι τοὺς προφήτας καὶ ἀποκτείνασιν, οὐ δυνατὸν ἀπὸ τῶν φερομένων βιβλίων τῆς Καινῆς Διαθήκης. Εἰ τοίνυν, φησὶ τοὺς προκαταγγείλαντας περὶ τῆς ἐλεύσεως αὐτοῦ ἀνείλατε, πολλῷ μᾶλλον αὐτόν. Δίκαιον δὲ τὸν Ἰησοῦν ἐκάλει, ἐπισπάσασθαι αὐτοὺς βουλόμενος·

## COMMENTARIUS.

Quadringentesimo quadragesimo anno ab exitu filiorum Israel ex Ægypto, cœpit Salomon ædificare templum in Jerusalem, ut in tertio Regum narratur. Ideirco vero post tantum ab exitu Israelis ex Ægypto tempus ædificatum est templum, ut postquam defatigati essent circumvagatione per montes, uno tandem loco, quem in urbe Jerusalem Deus omni honore dignum reddidit, contenti essent. At illi tardi ad intelligendum, et Dei rationes haud assequentes, putantes propriam Dei urbem esse Jerusalem, in ea sola eum habitare, stolide affirmabant. Quod igitur adeo parum honorifice de Deo sentirent, ipse eos reprehendit, et ait : Quam domum ædificabitis mihi, qui thronum habeo cœlum, et terram scabellum pedum meorum? Oportebat enim eis qui naturam ejus loco coarctari et circumfiniri existimabant, manifestum ac perspicuum facere Deum ubique esse atque nullo termino contineri posse ; sed omnia pervadere, ut ipso plenum sit cœlum ac plena terra. « Vos semper. » Non dicit, Deo, sed « Spiritui sancto resistitis ; » quia nullum novit inter Deum et Spiritum sanctum discrimen : nam et Spiritus sanctus est Deus, quanquam impiis aliter videatur. « Vos igitur semper inquit, resistitis Deo. » Nam quando ipse volebat sacrificia, vos non offerebatis ; cum vero non vult, vos eadem offertis. Quando subsistebat templum, vos idola colebatis ; cum vero vult absque templo coli, vos contrarium facitis : similia scilicet patribus vestris agentes. « Quem prophetarum. » Hæc verissime dixisse beatum Stephanum non dubitamus, quippe qui Spiritu sancto afflante loquebatur. Et quidem poterat ille ex Veteri Testamento demonstrare, quo jure patribus illorum qui in Christum **231** non crediderant, exprobraret, quod prophetas persecuti semper fuerint et interfecerint : hoc autem ex libris Novi Testamenti ostendi

### Variæ lectiones et notæ.

[54] τε εἰη. [55] χωρεῖ. [56] οὕτως.

Digitized by Google

non potest. Ait itaque: Si eos, qui adventum ejus prænuntiabant, occidistis, quanto magis ipsum? Justum vero Jesum appellat, ut ad agnitionem admissi criminis ipsos induceret; proditores vero et occisores dicit, veluti consortes eorum qui eum crucifixerunt. Et quidem hæc fecistis, inquit, cum acceperitis legem, cujus præscripta qui servat, angelicam vitam ducit. Hoc enim significant ea verba: « Qui accepistis legem in dispositione angelorum. » Quidam vero aiunt, iis indicari, legem ipsam digestam et traditam esse Mosi per angelum qui ipsi apparuit in rubo. « Cum autem esset. » Stantem, et non sedentem videt Jesum beatus Stephanus, quia voluit Jesus illo auxiliantis habitu suam in eum protectionem ostendere, atque athletæ suo magnam conferre alacritatem. Aliter: Quia molestum nimis fuisset Judæis audire, quod sederet, stare eum dixit: interim et resurrectionem ejus hac phrasi indicare voluit. Cæterum Christum non stare, sed sedere, Paulus etiam docuit, cum ait: « Conresuscitavit, et consedere nos fecit in cœlestibus [86], » in dextera ejus. « Domine Jesu. » Hinc patet, justorum animas corpore solutas, non amplius, sicuti antea, in inferos descendere, sed in manus Dei viventis per Salvatorem omnium Jesum Christum transmitti. « Domine, ne statuas. » Cum Stephanus Deum oraverit, ne mortem suam illis in peccatum statueret, inquisitione dignum videtur, num ejusmodi peccatum dimissum ∑eisdem fuerit. Respondemus: S eos pœnituit, dimissum esse, quandoquidem et qui eum millenis manibus percussit, et Ecclesiam persecutus est, nempe Paulus, postea Ecclesiæ protector et propugnator evasit.

« Tabernaculum testimonii. » Anno quadringentesimo quadragesimo tertio ab exitu filiorum Israel, anno quarto regni sui, in primo mense Nisan, cum esset annorum triginta trium, congregatis operariorum millibus octoginta, et latomorum, seu lapicidarum septuaginta millibus in monte Libano, præpositorum vero operibus millibus tribus, et sexcentis, cœpit ædificare in monte, in quo apparuit Dominus Davidi, patri ejus in area Ornæ Jebusæi; ubi et pridem Abraham altare ædificaverat, et templum septem annis complevit.

## 232 CAPUT IX.

*De persecutione Ecclesiæ, et sepultura Stephani: ubi et de Philippo apostolo, qui multos sanavit in Samaria.*

### TEXTUS.

VII, 59; VIII, 1-4. Saulus autem erat consentiens morti ejus. Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Jerosolymis, et omnes dispersi sunt per regiones Judææ et Samariæ, præter apostolos. Curaverunt autem Stephanum viri timorati, et fecerunt planctum magnum super eum. Saulus autem devastabat Ecclesiam, per domos intrans, et trahens viros ac mulieres tradebat in custodiam.

προδότας δὲ αὐτοῦ καὶ φονεῖς καλεῖ τούτους, ὡς κοινωνοὺς ὄντας τοῖς σταυρώσασιν αὐτόν· καίτοι, φησὶ, νόμον λαβόντες, διατάξεις ἔχοντες [87], αἵτινες ἰσάγγελον ἐποίουν πολιτείαν ἔχειν τοὺς τελοῦντας αὐτόν. Τοῦτο γάρ ἐστιν· « Οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων. » Τινὲς δὲ τοῦτο [λέγειν] φασὶ, τὸν ὑπ' ἀγγέλου διαταχθέντα, καὶ ἐγχειρισθέντα δι' ἀγγέλου τῷ Μωϋσῇ τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ. « Ὑπάρχων δέ. » Ἑστῶτα καὶ οὐ καθήμενον ὁ μακάριος Στέφανος ὁρᾷ τὸν Ἰησοῦν· ἵνα δείξῃ τὴν ἀντίληψιν τὴν εἰς αὐτὸν, καὶ πολλὴν τῷ ἀθλητῇ τὴν προθυμίαν παράσχῃ, τὸ τοῦ βοηθοῦντος ἐπιδεικνύμενος [88] σχῆμα. Ἄλλος [89] τε δέ, ἐπειδὴ τὸ καθίσαι φορτικὸν ἦν αὐτοῖς, ἵστασθαι αὐτὸν εἶπε, τέως τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ αἰνιξάμενος. Ὅτι δὲ οὐχ ἵσταται, ἀλλὰ κάθηται, καὶ ὁ Παῦλος ἔδειξεν εἰπών, ὅτι, « Συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις » ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ. « Κύριε Ἰησοῦ. » Ἐντεῦθεν δείκνυται, μηκέτι εἰς ᾅδου τὰς τῶν δικαίων ἀπιέναι ψυχὰς τῶν σωμάτων ἀπαλλαττομένας, καθὰ καὶ πρώην, πέμπεσθαι δὲ μᾶλλον εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος διὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ. « Κύριε, μὴ στήσῃς. » Τούτου δὲ προσευξαμένου μὴ στῆσαι αὐτοῖς εἰς ἁμαρτίαν τὸν ἑαυτοῦ θάνατον, εἰ ἀφέθη αὐτοῖς ἡ ἁμαρτία ζητῆσαι ἄξιον. Καὶ φαμεν· Εἰ μετενόουν ἀφέθη· καὶ γὰρ ὁ μυρίαις αὐτὸν βάλλων χερσὶ, καὶ διώξας τὴν Ἐκκλησίαν Παῦλος, τῆς Ἐκκλησίας προστάτης ἐγένετο.

[ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ] « Σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου. » Τῷ τετρακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ ἔτει τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ Νισὰν, ὑπάρχων ἐτῶν λγ', συνάγων ἐργάτας χιλιάδας ὀγδοήκοντα, καὶ λατόμους χιλιάδας ἑβδομήκοντα ἐν τῷ Λιβάνῳ ὄρει, καὶ προστάτας τρισχιλίους ἑξακοσίους προστησάμενος, ἀπῆρξατο [δὲ] τῆς οἰκοδομῆς ἐν ὄρει οὗ ὤφθη Κύριος Δαβὶδ τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἐν ἅλωνι Ὀρνὰ τοῦ Ἰεβουσαίου, ἐνῷ καὶ πρότερον Ἀβραὰμ θυσιαστήριον ᾠκοδόμησε τῆς πόλεως, καὶ τὸν ναὸν ἐν ἔτεσιν ἑπτὰ ἐξετέλεσεν.

### ΚΕΦΑΛ. Θ'.

*Περὶ διωγμοῦ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ταφῆς Στεφάνου· ἐν ᾧ περὶ Φιλίππου τοῦ ἀποστόλου, πολλοὺς ἰασαμένου ἐν τῇ Σαμαρείᾳ.*

### ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ. Ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διωγμὸς μέγας ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἱερουσαλήμ. Πάντες δὲ διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας τῆς Ἰουδαίας, καὶ Σαμαρίας, πλὴν τῶν ἀποστόλων. Συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς, καὶ ἐποιήσαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτόν. Σαῦλος δὲ ἐλυμαίνετο τὴν Ἐκκλησίαν κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος,

[86] Ephes. II, 6.

Variæ lectiones et notæ

[87] ἔχοντα. [88] ἐπιδείκνυται. [89] ἄλλως.

Digitized by Google

σύρων τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας, παρεδίδου εἰς φυλακήν. Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες διῆλθον, εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον.

A Igitur, qui dispersi erant, pertransibant evangelizantes verbum Dei.

*Περὶ Σίμωνος τοῦ Μάγου, πιστεύσαντος, καὶ βαπτισθέντος σὺν ἑτέροις πλείοσιν· ἐν ᾧ περὶ τῆς τοῦ Πέτρου καὶ Ἰωάννου πρὸς αὐτοὺς ἐπιστολῆς, καὶ ἐπικλήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπὶ τοὺς βαπτισθέντας.*

*De Simone Mago, qui credidit et baptizatus fuit cum aliis multis: ubi de missione Petri et Joannis ad ipsos, et de invocatione Spiritus sancti supra baptizatos.*

Τῇ γ' τῆς γ' ἑβδομάδος.

Feria 3 hebdomadæ tertiæ.

ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

TEXTUS.

Tempus illud designat, quod Claudio Cæsare imperante decurrebat. Caius enim Romanorum imperator Agrippam Judææ regem constituit, Herode **253** ob ejus vitæ turpitudinem in exsilium Lugdunum Galliæ misso, una cum uxore Herodiade. Hic non est (18) Herodes ille, qui regnabat tempore passionis Domini, de quo loquitur Josephus libro XVIII *Antiquitatum*, et Eusebius lib. II *Historiæ ecclesiasticæ*. Vel igitur hic commutatio est nominis, ut scilicet Herodes sit pro Agrippa positum : vel lapsus est calami, ut verisimile videtur : vel ita dictum est, quod rex ille duo haberet nomina ; nam aliunde et tempus et acta ostendunt, eumdem fuisse Agrippam sub Claudio Cæsare, qui post Caium Romanorum fuit imperator. « Occidit autem. » Ne quis diceret, propterea Christianos mortem non timere, quod certi essent, sese a Deo eripiendos fore, idcirco Deus eorum aliquos, et quidem præcipuos, perimi sinit, ut sic ostenderet ipsis occisoribus, eos neque hac ratione ab officio suo avocari, aut prohiberi posse. « Tradens. » Nempe sexdecim numero : nam quatuor quater sumpta sexdecim conficiunt. Fortasse enim in unaquaque vigilia, seu singulis tribus horis, erant custodes quatuor ; et quatuor custodes per trium horarum spatium custodia, vel vigilia dicebatur : unde omnes simul duodecim noctis horæ quatuor custodias, seu vigilias complectebantur : in quarum singulis, cum quatuor custodes vigilarent, hi simul omnes conficiebant sexdecim. « Præcingere. » Cum Dominus discipulis suis præceperit, ne « [98] aurum, aut argentum possiderent, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque zonam, neque virgam haberent ; » quomodo Petrus mandatum ejusmodi

B

## ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ἐκεῖνόν φησι τὸν καιρὸν, τὸν ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος. Γάϊος αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων, Ἀγρίππαν καθίστησι βασιλέα τῆς Ἰουδαίας, τὸν Ἡρῴδην ἐξορίσας, δι' αἰσχρότητα βίου, ἐν Λουγδούνῳ τῆς Γαλιλαίας [96.97], σὺν τῇ γυναικὶ Ἡρωδιάδι. Οὗτός ἐστιν ὁ κατὰ τὸ πάθος τοῦ Κυρίου, ὡς ἱστορεῖ Ἰώσηπος ἐν τῷ ιη' λόγῳ τῆς *Ἀρχαιολογίας*, καὶ Εὐσέβιος ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ τῆς *Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας*. Ἡ οὖν διαφωνία τοῦ γράμματος, ἦγουν τοῦ ὀνόματος, ἐνταῦθα τὸ λέγειν ἀντὶ Ἀγρίππαν, Ἡρῴδην, ἢ κατὰ σφάλμα, ὡς εἰκὸς, γραφικὸν γέγονεν, ἢ κατὰ διωνυμίαν εἴρηται · ἐπεὶ καὶ ὁ χρόνος καὶ αἱ πράξεις τὸν αὐτὸν ὄντα δείκνυσιν Ἀγρίππαν ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος, ὃς μετὰ Γάϊον γέγονεν αὐτοκράτωρ. « Ἀνεῖλε δέ. » Ἵνα μηδεὶς λέγῃ, ὅτι Διὰ τοῦτο ἀκινδύνως καὶ ἀδεῶς κατατολμῶσι τοῦ θανάτου, ἅτε ἐξαρπάζοντες αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ · διὰ τοῦτο συγχωρεῖ καὶ ἀναιρεθῆναι τοὺς κορυφαίους, πείθων αὐτοὺς [τοὺς ἀναιροῦντας] ὅτι οὐδὲ ταῦτα ἀφίστησιν αὐτοὺς καὶ κωλύει. « Παραδούς. » Τουτέστι τὸν ἀριθμὸν δεκαέξ · τετράκις γὰρ τὰ τέσσαρα γίνονται δεκαέξ. Ἴσως καθεκάστην φυλακὴν, τουτέστι τριωρίαν, εἶναι φυλακὰς [98] τέσσαρας · εἰσὶ δὲ φυλακαὶ [99] τέσσαρες, κατὰ τριωρίαν φυλακὴ λεγομένη · ὡς εἶναι τὸ δωδεκάωρον ὅλον τῆς νυκτὸς, φυλακὰς τέσσαρας, ἐν αἷς ἀνὰ τεσσάρων στρατιωτῶν φυλασσόντων, οἱ πάντες τὸν ἀριθμὸν ἐξκαίδεκα. « Περίζωσαι. » Τοῦ Κυρίου εἰπόντος τοῖς μαθηταῖς, μὴ κτήσασθαι χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ζώνην, μηδὲ ῥάβδον, πῶς ὁ Πέτρος παρὰ τὸ πρόσταγμα ἐποίει, καὶ ἱμάτια ἔχων, καὶ ὑποδήματα; Τί δὲ καὶ ὁ Παῦλος, ὅταν παραγγέλλῃ Τιμοθέῳ γράφων· « Τὸν φελώνην, ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε ; » Ἰδοὺ φελώνην εἶχε, καὶ οὐκ ἂν ἔχει τοῦ [1]

C

D

[98] Matth. x, 10.

### Variæ lectiones et notæ.

[96.97] Γαλλίας. [98] φύλακας. [99] φύλακες. [1] ἔχοι τις.

(18) Tam codex noster quam Florentinus, ac etiam textus editus sub nomine Œcumenii, sicut etiam versio Hentenii, habent per affirmationem, *hic est*. At ita legendum, ut ego verti, nempe cum negatione, non dubito, tum quia id exigit veritas historiæ, et contextus qui sequitur ; tum quia Chrysostomus, unde quoad maximam partem desumptus est iste Commentarius, negationem habet. Hæc verba ejus sunt hom. XXVI, *in Acta*, num. 1. Οὗτος γὰρ οὐκ ἦν ὁ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, *Hic non erat is qui vivente Christo regnabat*.

Digitized by Google

εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἕτερον οὐκ εἶχεν ἢ ὃν ἐφόρει. Ἆρα παρῆκουσε τοῦ Χριστοῦ; Τί οὖν ἐστι; Τὰ ἐπιτάγματα, φησὶν [2], ἐκεῖνα, πρὸς καιρὸν ἦν, καὶ οὐ διὰ παντός. Ὅτι δὲ ἀληθές ἐστι, Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς μαρτυρεῖ· φησὶ γὰρ εἰρηκέναι τοῖς μαθηταῖς τὸν Χριστόν· « Ὅτε ἀπέστειλα ὑμᾶς ἄτερ βαλαντίου, καὶ πήρας, καὶ ζώνης, καὶ ὑποδημάτων, μή τι ὑστέρησεν ὑμῖν; Λέγουσιν αὐτῷ· Οὔ. » Εἶτά φησιν· « Ἀλλὰ νῦν λέγω ὑμῖν· Ὁ ἔχων βαλάντιον, ἀράτω ὁμοίως καὶ πήραν. » Τίνος δὲ ἕνεκεν τοῦτο τότε ἐπέταξε; Τὴν δύναμιν αὐτοῦ δεῖξαι βουλόμενος. Εἰ τοίνυν ἕνα ἔδει χιτῶνα ἔχειν τὸν Παῦλον, εἰ πλύνειν αὐτὸν ἔδει, γυμνὸν αὐτὸν ἐχρῆν οἴκοι καθῆσθαι, ἢ γυμνὸν αὐτὸν περιιέναι, καὶ ἀσχημονεῖν, χρείας καλούσης; Οὐκ ἔδει τοιγαροῦν τὸν Παῦλον, ἐπὶ τοσούτοις κατορθώμασι περιιόντα τὴν οἰκουμένην, διὰ ἱματίου ἕνδειαν οἴκοι καθῆσθαι, καὶ τηλικούτοις πράγμασιν ἐμποδίζειν. Τί δέ, εἰ κρυμὸς ἐπετέθη σφοδρὸς, καὶ κατέβρεξεν, ἢ ἐπάγωσεν, ὃν ἐφόρει χιτῶνα; Πῶς ξηραίνεσθαι ἐνῆν; Ἢ πάλιν γυμνὸν ἐχρῆν καθῆσθαι. Τί δὲ, εἰ ψύχος κατέτεινε τὸ σῶμα; Τήκεσθαι ἔδει καὶ μὴ φθέγγεσθαι; Καὶ τί ἂν εἴη τούτου χαλεπώτερον; Οὐδὲ γὰρ ἀδαμάντινα σώματα αὐτοῖς κατεσκεύαστο. Τί οὖν; Ἀπόλλυσθαι ἐχρῆν; Οὐδαμῶς. Τοῦτο δὲ καθὼς εἴρηται, τότε ἐπέταξε, τὴν δύναμιν αὐτοῦ δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι οὐδενὸς τῶν ἐπιτηδείων ὑστερήσουσιν.

neglexit, habens et vestimenta, et zonam, et calceamenta? Et quomodo etiam Paulus, qui Timotheo scribebat [59]: « Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, » penulam habebat? Neque vere dicere quis potest, eum nullam aliam, præter eam quam ferebat tunicam habuisse. Ergone inobediens fuit Christo? Quid igitur dicendum? Nempe ejusmodi præcepta ad tempus data fuisse, non ut perpetuo servarentur. Quod ita esse, testimonio est Lucas, cum refert Christum dixisse discipulis [60]: « Quando misi vos sine sacculo, et pera, et calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. » Deinde ait: « Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter et peram. » Cur vero tunc hoc præcepit? Videlicet ut potentiam suam manifestaret. Alias vero, si Paulo nonnisi unam tunicam habere licuisset, quando ea lavanda erat, oportuisset, nudum domi sedere, aut, necessitate urgente, nudum summa cum ignominia circumire: **254** et profecto non decebat, Paulum, qui ob tanti momenti negotia totum mundum peragrare debebat, operimenti carentia domi otiosum detineri, et a tot præclaris facinoribus necessario prohiberi. Quid vero, si vehemens ingruisset frigus, ac tunica, quam gestabat, madefacta, geluque constricta fuisset? Quomodo eam exsiccare licuisset? Rursus necesse fuisset, ut nudus in angulo sederet. At quid si frigus corpus ipsius acrius divexasset? Nonne oportuisset eum ad extrema cum silentio devenire? Quare quid fuisset acerbius? Neque enim corpora ex adamante fabricata illis fuerant. Quid igitur, perire oportebat? Non utique. Sed id, ut jam diximus, tunc præcepit Christus, ut notam faceret potentiam suam, quoniam futurum erat, ut nihil ex necessariis illis deesset.

Τῇ β' τῆς ε' ἑβδομάδος.

Feria 2 hebdomadæ quintæ.

ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Συνιδών τε ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Μάρκου, οὗ ἦσαν ἱκανοὶ συνηθροισμένοι καὶ προσευχόμενοι. Κρούσαντος δὲ αὐτοῦ τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι, ὀνόματι Ῥόδη· καὶ ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου, ἀπὸ τῆς χαρᾶς οὐκ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα· εἰσδραμοῦσα δὲ ἀπήγγειλε, τὸν Πέτρον ἑστάναι πρὸ τοῦ πυλῶνος. Οἱ δὲ πρὸς αὐτὴν εἶπον· Μαίνῃ. Ἡ δὲ διισχυρίζετο οὕτως ἔχειν. Οἱ δὲ ἔλεγον· Ὁ ἄγγελος αὐτοῦ ἐστιν. Ὁ δὲ Πέτρος ἐπέμενε κρούων. Ἀνοίξαντες δὲ, εἶδον αὐτὸν, καὶ ἐξέστησαν. Κατασείσας δὲ αὐτοῖς τῇ χειρὶ σιγᾷν, διηγήσατο αὐτοῖς πῶς ὁ Κύριος ἐξήγαγεν αὐτὸν ἐκ τῆς φυλακῆς. Εἶπε δέ· Ἀπαγγείλατε Ἰακώβῳ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ταῦτα. Καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἕτερον τόπον.

TEXTUS.

XII, 12-17. Consideransque venit ad domum Mariæ matris Joannis, qui cognominatus est Marcus, ubi erant multi congregati et orantes. Pulsante autem eo ostium januæ, processit puella ad audiendum, nomine Rhode. Et ut cognovit vocem Petri, præ gaudio non aperuit januam, sed intro currens nuntiavit stare Petrum ante januam. At illi dixerunt ad eam: Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant: Angelus ejus est. Petrus autem perseverabat pulsans. Cum autem aperuissent, viderunt eum et obstupuerunt. Annuens autem eis manu, ut tacerent, narravit quomodo Dominus eduxisset eum de carcere, dixitque: Nuntiate Jacobo et fratribus hæc. Et egressus abiit in alium locum.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ἵνα δείξῃ ὅτι τοῦτο [3] ἀεὶ συνόντος αὐτοῖς Ἰωάννου τὴν μητέρα φησὶ, καὶ τὸ παράσημον αὐτοῦ τέθεικε· φησὶ γὰρ, « Τοῦ ἐπικαλουμένου Μάρκου. » Οὗτος δὲ ἦν ὁ καὶ τὸ κατὰ Μάρκον συγγραψάμενος

COMMENTARIUS.

Ut notum faceret, se non loqui de matre illius Joannis, qui semper erat cum ipsis (19), propterea cognomen ejus addit, dicens: « Qui cognominatus est Marcus. » Hic autem est, qui Evangelium

[59] II Tim. IV, 13. [60] Luc. XXII, 35.

Variæ lectiones et notæ.

[2] φημὶ. [3] οὐ τοῦ.

(19) Seu, *Joannis apostoli.*

Digitized by Google

quod secundum Marcum dicitur, conscripsit, nepos Barnabæ, de quo etiam Paulus scribit Timotheo [61]: « Marcum assume, et adduc tecum : est enim mihi utilis in ministerium. » — « Angelus ejus est. » Ex hoc loco manifestum fit, unumquemque nostrum angelum habere.

## CAPUT XVIII.

**255** *De custodum punitione, ac deinde de impii Herodis acerbo miseroque interitu.*

### TEXTUS.

XII, 18-24. Facta autem die, erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro. Herodes autem cum requisisset eum, et non invenisset, inquisitione facta de custodibus, jussit eos duci : descendensque a Judæa in Cæsaream, ibi commoratus est. Erat autem iratus Tyriis et Sidoniis. At illi unanimes venerunt ad eum, et persuaso Blasto, qui erat super cubiculum regis, postulabant pacem, eo quod alerentur regiones eorum ab illo. Statuto autem die, Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, et concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat : Dei voces et non hominis. Confestim autem percussit eum angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo : et consumptus a vermibus, expiravit. Verbum autem Domini crescebat et multiplicabatur.

### COMMENTARIUS.

Postquam angelus Petrum ex carcere et vinculis liberavit, cum Herodes eum quæsiisset, et non invenisset, milites, qui illum custodiebant, ejus loco interfecit. Anno vero tertio regni, Agrippa venit Cæsaream, quæ prius Turris Stratonis vocabatur : ibique spectacula, veluti festivitatem quamdam, in Cæsaris honorem celebravit. Die autem spectaculorum secunda, veste indutus tota ex argento, mirabili textura facta, venit diluculo ad theatrum : ubi primis solis orientis radiis percussum argentum mirum in modum splendebat, ut intuentium non solum oculos perstringeret, sed etiam animis terrorem incuteret. Confestim vero adulatores, qui circumstabant et deum eum appellabant et propitium esse exorabant, et, Licet hucusque, inquiebant, te tanquam hominem pertimuimus, in posterum velut humana superiorem natura venerabimur. Rex ista audiens, neque illos, ut par erat, reprehendit, neque impiam adulationem abs se rejecit. At vero paulo post, cum suspexisset, vidit bubonem capiti suo imminentem, ac funi alicui insidentem. Eum statim agnovit nonnisi impendentium malorum nuntium esse : ac repentino diroque viscerum ventrisque dolore correptum se sensit. **256** Quare circumspiciens amicos : Ego, inquit, qui vobis deus sum, jam vitam relinquere

[61] II Tim. IV, 11.

Εὐαγγέλιον, ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα · περὶ οὗ καὶ Παῦλος γράφει Τιμοθέῳ · « Μάρκον ἀναλαβὼν ἄγαγε μετὰ σεαυτοῦ. Ἔστι γάρ μοι εὔχρηστος εἰς διακονίαν. » —« Ὁ ἄγγελος αὐτοῦ ἐστιν. » Ἐκ τούτου δῆλον ὅτι ἕκαστος ἡμῶν ἄγγελον ἔχει.

## ΚΕΦΑΛ. ΝΙΗ'.

*Περὶ τῆς τῶν φυλάκων κολάσεως, καὶ μετέπειτα περὶ τῆς τοῦ ἀσεβοῦς Ἡρώδου πικρᾶς τε καὶ ὀλεθρίου καταστροφῆς.*

### ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Γενομένης δὲ ἡμέρας ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις, τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο. Ἡρώδης δὲ ἐπιζητήσας αὐτὸν, καὶ μὴ εὑρὼν, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι · καὶ κατελθὼν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Καισάρειαν, διέτριβεν. Ἦν δὲ ὁ Ἡρώδης θυμομαχῶν Τυρίοις, καὶ Σιδωνίοις. Ὁμοθυμαδὸν δὲ παρῆσαν πρὸς αὐτὸν, καὶ πείσαντες Βλάστον τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, ᾐτοῦντο εἰρήνην διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς. Τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ ὁ Ἡρώδης ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα βασιλικὴν, καὶ καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς. Ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει · Θεοῦ φωνὴ, καὶ οὐκ ἀνθρώπου. Παραχρῆμα δὲ αὐτὸν ἐπάταξεν ἄγγελος Κυρίου, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκε δόξαν τῷ Θεῷ · καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξεν. Ὁ δὲ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο.

### ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Τὸν Πέτρον τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῶν ἁλύσεων ἀπαλλάξαντος τοῦ ἀγγέλου, ζητήσας αὐτὸν ὁ Ἡρώδης, καὶ οὐχ εὑρὼν, τοὺς τηροῦντας αὐτὸν στρατιώτας ἀπέκτεινεν ἀντ' ἐκείνου. Τρίτον ἔτος Ἀγρίππᾳ βασιλεύοντι παρῆν ἐν Καισαρείᾳ, τῇ πρότερον Στράτωνος Πύργος καλουμένῃ. Συνετέλει δὲ ἐνταῦθα θεωρίας εἰς Καίσαρος τιμὴν, ἑορτήν τινα ταύτην ἐπιστάμενος. Δευτέρᾳ δὲ τῶν θεωριῶν ἡμέρᾳ, στολὴν ἐνδὺς, ἐξ ἀργύρου πεποιημένην πᾶσαν, ὡς θαυμάσιον ὑφὴν εἶναι, παρῆλθεν εἰς θέατρον ἡμέρας ἀρχομένης. Ἔνθα ταῖς πρώταις τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἐπιβολαῖς ὁ ἄργυρος καταυγασθεὶς, θαυμασίως ἀπέστιλβε, μαρμαρύγ τι φέρων τοῖς εἰς αὐτὸν ἀτενίσασι καὶ φρικῶσι. Εὐθὺς δὲ οἱ κόλακες, ἄλλος ἄλλοθεν φωνὰς ἐβόων, Θεὸν προσαγορεύοντες, εὐμενῶς[8] εἶναι [ἀξιοῦντες, καὶ] ἐπιλέγοντες· Εἰ καὶ μέχρι νῦν ὡς ἀνθρωπον ἐφοβήθημεν, ἀλλὰ τοὐντεῦθεν κρείττονά σε τῆς φύσεως ὁμολογοῦμεν. Οὐκ ἐπέπληξε τούτους ὁ βασιλεὺς, οὐδὲ τὴν κολακείαν ἀσεβοῦσαν ἀπετρίψατο[6]. Ἀνακύψας γοῦν μετ' ὀλίγον, τὸν βουβῶνα τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς, ὑπερκαθεζόμενον ἰδὼν ἐπ σχοινίου τινὸς, ἄγγελον τοῦτον εὐθὺς ἐν[ε]γνωσε κακὸν [7] εἶναι, καὶ οὔποτε τῶν ἀγαθῶν γινόμενον [8]. Διακάρδιον οὖν ἔσχεν ὀδύνην · ἄθρους δ' αὐτῷ τῆς κοιλίας πρυσήθροισεν [9] ἄλγημα, μετὰ σφοδρότητος ἀρξάμενος [10] · ἀναθεωρῶν οὖν πρὸς τοὺς

### Variæ lectiones et notæ.

[6] Τοῦ Χρυσοστόμου ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον τῆς θ' ὁμιλίας. [8] εὐμενῆ. [6] ἀπετρέψατο. [7] κακῶν. [8] γενόμενον. [9] προσήθρησεν. [10] ἀρξάμενον

φίλους, Ὁ Θεὸς ὑμῖν ἐγὼ, φησὶ, ἤδη καταστρέ- A φειν [11] ἐπείγομαι τὸν βίον, παραχρῆμα τῆς εἱμαρμένης τὰς ἄρτι μου καταπεμψάμενος [12] φωνὰς ἐλεγχούσης· ὁ κληθεὶς ἀθάνατος ὑφ' ὑμῶν, ἤδη θανεῖν ἐπείγομαι [13].

## ΚΕΦΑΛ. ιθ'.

*Ἀποστολὴ Βαρνάβα καὶ Παύλου πρὸς τοῦ θείου Πνεύματος εἰς Κύπρον· ὅσα τε εἰργάσαντο ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς Ἐλύμαν τὸν μάγον.*

Τῇ γ' τῆς ε' ἑβδομάδος.

## ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Βαρνάβας δὲ καὶ Παῦλος ἐπέστρεψαν εἰς Ἰερουσαλὴμ, πληρώσαντες τὴν διακονίαν, συμπαραλαβόντες καὶ Ἰωάννην τὸν ἐπικαλούμενον Μάρκον. Ἦσαν δέ τινες ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν Ἐκκλησίαν, προφῆται καὶ διδάσκαλοι, ὅ τε Βαρνάβας καὶ Συμεὼν ὁ καλούμενος Νίγερ, καὶ Λούκιος ὁ Κυρηναῖος, Μαναήν τε Ἡρῴδου τοῦ τετράρχου σύντροφος, καὶ Σαῦλος. Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ, καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Ἀφορίσατε δή μοι τόν τε Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. Τότε νηστεύσαντες καὶ προσευξάμενοι, καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν. Οὗτοι μὲν οὖν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, κατῆλθον εἰς τὴν Σελεύκειαν. Ἐκεῖθεν δὲ ἀπέπλευσαν εἰς Κύπρον, καὶ γενόμενοι ἐν Σαλαμῖνι, κατήγγελλον τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν Ἰουδαίων. Εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην. Διελθόντες δὲ τὴν νῆσον ἄχρι Πάφου, εὗρον ἐκεῖ ἄνδρα τινὰ μάγον ψευδοπροφήτην Ἰουδαῖον, ᾧ ὄνομα Βαριησοῦς, ὃς σὺν τῷ ἀνθυπάτῳ ἦν Σεργίῳ Παύλῳ, ἀνδρὶ συνετῷ. Οὗτος προσκαλεσάμενος Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον, ἐπεζήτησεν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Ἀνθίστατο δὲ αὐτοῖς Ἐλύμας ὁ μάγος (οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ), ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως. Σαῦλος δὲ, ὁ καὶ Παῦλος, πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἀτενίσας εἰς αὐτὸν εἶπεν· Ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας, υἱὲ διαβόλου, ἐχθρὲ πάσης δικαιοσύνης, οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς εὐθείας; Καὶ νῦν ἰδοὺ χεὶρ Κυρίου ἐπὶ σὲ, καὶ ἔσῃ τυφλὸς μὴ βλέπων τὸν ἥλιον ἄχρι καιροῦ. Παραχρῆμα δὲ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος, καὶ περιάγων ἐζήτει χειραγωγούς. Τότε ἰδὼν ὁ ἀνθύπατος τὸ γεγονὸς, ἐπίστευσεν, B ἐκπληττόμενος ἐπὶ τῇ διδαχῇ τοῦ Κυρίου.

## ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ἵνα μηδὲ ταύτῃ τῶν ἀποστόλων ἔλαττον ἔχῃ ὁ Παῦλος, μεθίστησιν αὐτοῦ ὁ Θεὸς τὸ ὄνομα, καὶ Σαῦλον ὄντα, Παῦλον ἐκάλεσε· καὶ ὅπερ ἔσχεν ὁ Κορυφαῖος τῶν μαθητῶν ὡς ὑπόθεσιν λάβοι. Ἵνα οὖν δείξῃ, ὅτι οὐκ ἦν θυμοῦ τὰ ῥήματα Παύλου, ἃ πρὸς Ἐλύμαν ἔφη τὸν μάγον, διὰ τοῦτο προλαβὼν, εἶπε· « Πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου. » Εἰ γὰρ κολάζοντος ἦν, διὰ παντὸς ἂν ἐποίησε τυφλόν· νῦν δὲ οὐ τοῦτο, ἀλλ' « ἄχρι καιροῦ, » ὅριον τῇ γνώμῃ

cogor, falsas, quas de me protulistis, voces fato sine mora demonstrante : quique immortalis vocor, mori jam necesse habeo.

## CAPUT XIX.

*Missio Barnabæ et Pauli a Spiritu sancto in Cyprum ; et de iis quæ ipsi in nomine Jesu Christi fecerunt in Elymam magum.*

Feria tertia hebdomadæ quintæ.

## TEXTUS.

XII, 25 ; XIII, 1-12. Barnabas autem et Saulus reversi sunt ab Jerosolymis expleto ministerio, assumpto Joanne, qui cognominatus est Marcus. Erant autem in Ecclesia quæ erat Antiochiæ, prophetæ et doctores, in quibus Barnabas et Simon qui vocabatur Niger, et Lucius Cyrenensis et Manahen, qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus, et Saulus. Ministrantibus autem illis Domino, et jejunantibus, dixit illis Spiritus sanctus]: Segregate mihi Barnabam et Saulum, in opus ad quod assumpsi eos. Tunc jejunantes et orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi a Spiritu sancto abierunt Seleuciam ; et inde navigaverunt Cyprum. Et cum venissent Salaminam, prædicabant verbum Dei in synagogis Judæorum. Habebant autem et Joannem in ministerio. Et cum perambulassent universam insulam usque Paphum, invenerunt quemdam virum magum pseudoprophetam Judæum, cui nomen erat Barjesu, qui erat cum proconsule Sergio Paulo viro prudente. Hic, accersitis Barnaba et Saulo, desiderabat audire verbum Dei. Resistebat autem illis Elymas magus (sic enim interpretatur nomen ejus), quærens avertere proconsulem a fide. Saulus autem, qui et Paulus, repletus Spiritu sancto, intuens in eum, dixit : O plene omni dolo et omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas ? Et nunc ecce manus Domini super te, et eris cæcus non videns solem usque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo et tenebræ, et circumiens quærebat qui ei manum daret. Tum proconsul cum vidisset **257** factum, credidit admirans super doctrina Domini.

## COMMENTARIUS.

Ut neque in hac parte ulli apostolorum cederet Paulus, Deus nomen ipsius commutavit, et ex Saulo, Paulum appellari voluit, ut eamdem, quam discipulorum coryphæus, prærogativam haberet. Ut vero innueret sacer scriptor, quæ Paulus ad Elymam magum protulit, verba neutiquam ex infenso animo profecta esse, propterea præoccupando ait : « Repletus Spiritu sancto. » Et sane si punire eum voluisset, omnino et in perpetuum cæcum reddi-

### Variæ lectiones et notæ.

[11] καταστρέφειν [sic]. [12] καταψευσαμένας. [13] ἀπάγομαι.

Digitized by Google

disset ; sed non sic fecit ; sed « usque ad tempus, » dixit : quibus verbis terminum illi præscribit, quo, in sua mente lumen recipere, moresque mutare posset in melius. Eo igitur ipso signo Paulus, quo ad bonam frugem ipse adductus erat (nempe subita cæcitate), eodem etiam Elymam reducere tentavit : quare id pœna non fuit, sed medicina. « Saulus autem. » Iste est Joannes cognominatus Marcus, nepos Barnabæ, qui etiam Evangelium suo prænotatum nomine conscripsit, discipulus Petri, apostolorum coryphæi ; de quo ipse in sua Epistola ait [62] : « Salutat vos et Marcus filius meus. » Hic igitur in longiorem viam misso Paulo cum sociis, ab eis, quanquam minister esset, discessit, quod sibi tot pericula adeunda non putaret.

## CAPUT XX.

*Pauli egregia doctrina de Christo ex lege et prophetis, historica et evangelica.*

### Feria 4 hebdomadæ quintæ.

### TEXTUS.

XIII, 13-24. Et cum a Papho navigassent Paulus et qui cum eo erant, venerunt Pergen Pamphyliæ. Joannes autem discedens ab eis, reversus est Jerosolymam. Illi vero pertranseuntes Pergen, venerunt Antiochiam Pisidiæ : et ingressi Synagogam die Sabbatorum, sederunt. Post lectionem autem legis, et prophetarum, miserunt principes Synagogæ ad eos, dicentes : Viri fratres, si **258** quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus et manu silentium indicens, ait : Viri Israelitæ, et qui timetis Deum, audite : Deus plebis Israel elegit patres nostros, et plebem exaltavit cum esset incola in terra Ægypti, et in brachio excelso eduxit eos ex ea, et per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto. Et destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum, quasi post quadringentos et quinquaginta annos. Et post hæc dedit judices usque ad Samuel prophetam. Et exinde postulaverunt regem : et dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Benjamin, annis quadraginta. Et amoto illo, suscitavit illis David regem : cui testimonium perhibens, dixit : Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Hujus Deus ex semine secundum promissionem eduxit Israel Salvatorem Jesum, prædicante Joanne ante faciem adventus ejus baptismum pœnitentiæ omni populo Israel.

### COMMENTARIUS.

Septem gentes destructæ in terra Chanaan sunt : Hettæi, Chananæi, Gersæi, Amorrhæi, Pheresæi, Evæi et Jebusæi. « Inveni David. » Adnotandum,

διδοὺς, ἔφη, ἐν ἑαυτῇ ἔχειν τοῦ φωτὸς τὴν ἀπόληψιν, τὸν τρόπον μεταβαλών [14] πρὸς τὸ βέλτιον. Ὃ γὰρ αὐτὸς προσήχθη σημείῳ, τούτῳ καὶ τοῦτον ἠδουλήθη προσαγαγεῖν. Οὐκ ἄρα τιμωρία ἦν, ἀλλ' ἴασις. « Σαῦλος δέ. » Οὗτός ἐστιν ὁ Ἰωάννης, ὁ καὶ Μάρκος κληθεὶς, ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα, ὁ καὶ τὸ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον συγγραψάμενος, καὶ μαθητὴς Πέτρου τοῦ ἀποστόλου καὶ κορυφαίου, περὶ οὗ φησιν ἐν τῇ αὐτοῦ Ἐπιστολῇ · « Ἀσπάζεται ὑμᾶς καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου. » Οὗτος τοίνυν, ἅτε ἐπὶ μακροτέραν στελλόμενος [15] ὁδὸν παρὰ [16] Παύλου, ἀνεχώρει ἀπ' αὐτῶν, καίτοι γε ὑπηρέτης ὤν, διὰ τὸ μὴ φέρειν αὐτὸν τοὺς κινδύνους.

## ΤΙΤΑΟΣ Κ'.

*Παύλου εὐθαλὴς διδασκαλία εἰς Χριστὸν, ἔκ τε τοῦ νόμου, καὶ καθεξῆς τῶν προφητῶν ἱστορικὴ καὶ εὐαγγελική.*

### Τῇ δ' τῆς ε' ἑβδομάδος.

### ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Ἀναχθέντες δὲ ἀπὸ τῆς Πάφου οἱ περὶ τὸν Παῦλον, ἦλθον εἰς Πέργην τῆς Παμφυλίας. Ἰωάννης δὲ ἀποχωρήσας ἀπ' αὐτῶν, ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα. Αὐτοὶ δὲ διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης, παρεγένοντο εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας · καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν συναγωγὴν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων, ἐκάθισαν. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, ἀπέστειλαν οἱ ἀρχισυνάγωγοι πρὸς αὐτοὺς λέγοντες · Ἄνδρες ἀδελφοὶ, εἴ ἐστι λόγος ἐν ὑμῖν παρακλήσεως πρὸς τὸν λαὸν, λέγετε. Ἀναστὰς δὲ Παῦλος, καὶ κατασείσας τῇ χειρὶ, εἶπεν · Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, καὶ οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ἀκούσατε · Ὁ Θεὸς τοῦ λαοῦ τούτου ἐξελέξατο τοὺς Πατέρας ἡμῶν, καὶ τὸν λαὸν ὕψωσεν ἐν τῇ παροικίᾳ αὐτοῦ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, καὶ μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐξ αὐτῆς · καὶ τεσσαρακονταετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ. Καὶ καθελὼν ἔθνη ἑπτὰ ἐν γῇ Χαναὰν, κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν. Καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς ἕως Σαμουὴλ τοῦ προφήτου. Κἀκεῖθεν ᾐτήσαντο βασιλέα, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς τὸν Σαοὺλ υἱὸν Κὶς, ἄνδρα ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ἔτη τεσσαράκοντα. Καὶ μεταστήσας αὐτὸν, ἤγειρεν αὐτοῖς τὸν Δαβὶδ εἰς βασιλέα, ᾧ καὶ εἶπε μαρτυρήσας · Εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου. Τούτου ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ σπέρματος κατ' ἐπαγγελίαν ἤγειρε τῷ Ἰσραὴλ Σωτῆρα Ἰησοῦν, προκηρύξαντος Ἰωάννου πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ βάπτισμα μετανοίας τῷ Ἰσραήλ.

### ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Χετταῖοι, Χαναναῖοι, Γεργεσαῖοι, Ἀμορῥαῖοι, Φερεζαῖοι, Εὐαῖοι, Ἰεβουσαῖοι. « Εὗρον Δαβίδ. » Σημειωτέον, ὡς οὐδαμοῦ αὐτολεξεὶ ταῦτα τὰ ῥήματα

[62] I Petr. v, 13.

### Variæ lectiones et notæ.

[14] μεταβαλοῦσαν. [15] στελλομένων. [16] τῶν περὶ Παῦλον.

Digitized by Google

κεῖνται ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Βασιλειῶν, ἢ μόνον προφητικῶς ὑπὸ τοῦ Σαμουὴλ εἰρημένα πρὸς τὸν Σαούλ· « Οὔτω καὶ νῦν ἡ Βασιλεία σου οὐ στήσεται· καὶ ζητήσει Κύριος ἑαυτῷ ἄνθρωπον κατὰ τὴν καρδίαν ἑαυτοῦ, καὶ ἐντελεῖται Κύριος εἰς ἄρχοντα ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἐφύλαξας, ὅσα ἐνετείλατό σοι Κύριος. » Καὶ ἐντεῦθεν ὁ Παῦλος οὕτως εἴρηκε τὸ « Εὗρον Δαβὶδ, τὸν δοῦλόν μου, τὸν τοῦ Ἰεσσαί, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου. »

A verba ista non exstare in libris Regum, sed tantummodo hæc prophetice a Samuele prolata ad Saul[63] : « Nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quæsivit Dominus sibi virum juxta cor suum, et præcepit ei Dominus, ut esset dux super populum suum, eo quod non servaveris quæ præcepit Dominus. » Hinc vero Paulus sibi efformavit illud : « Inveni David, filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. »

KEIMENON.

*Τοῦτο λέγεται εἰς τὴν ἀποτομὴν τοῦ Προδρόμου.*

Ὡς δὲ ἐπλήρου ὁ Ἰωάννης τὸν δρόμον, ἔλεγε· Τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι ; Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἰδοὺ ἔρχεται μετ' ἐμὲ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν λῦσαι. Ἄνδρες ἀδελφοὶ, υἱοὶ γένους Ἀβραὰμ, καὶ οἱ ἐν ὑμῖν φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεστάλη. Οἱ γὰρ κατοικοῦντες ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν, τοῦτον ἀγνοήσαντες, καὶ τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν Σάββατον ἀναγινωσκομένας, κρίναντες ἐπλήρωσαν, καὶ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου εὑρόντες, ᾐτήσαντο Πιλάτον ἀναιρεθῆναι αὐτόν. Ὡς δὲ ἐτέλεσαν πάντα τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα, καθελόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἔθηκαν ἐν μνημείῳ. Ὁ δὲ Θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Ὃς ὤφθη ἐπὶ ἡμέρας πλείους τοῖς συναναβᾶσιν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς Ἱερουσαλὴμ, οἵτινές εἰσι μάρτυρες αὐτοῦ πρὸς τὸν λαόν. Καὶ ἡμεῖς, ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν γενομένην, ὅτι ταύτην ὁ Θεὸς ἐκπεπλήρωκε τοῖς τέκνοις αὐτῶν, ἡμῖν, ἀναστήσας Ἰησοῦν.

B

C

TEXTUS.

*Qui dicitur in decollatione Præcursoris.*

XIII, 25-33. Cum impleret autem Joannes cursum suum, dicebat : Quem me arbitramini esse ? Non sum ego Christus, sed ecce venit post me, cujus non sum dignus calceamenta pedum solvere. Viri fratres, **259** filii generis Abraham, et qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis hujus missum est. Qui enim habitabant Jerusalem, et principes ejus, hunc ignorantes, et voces prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur, judicantes impleverunt : et nullam causam mortis invenientes in eo, petierunt a Pilato ut interficerent eum. Cumque consummassent omnia, quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno posuerunt eum in monumento. Deus vero suscitavit eum a mortuis tertia die : qui visus est per dies multos his, qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Jerusalem : qui usque nunc sunt testes ejus ad plebem. Et nos vobis annuntiamus eam quæ ad patres nostros repromissio facta est : quoniam hanc Deus adimplevit filiis nostris resuscitans Jesum.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Οὐδὲν ἄτοπον τὸ τὸν Ἰησοῦν ἐγηγέρθαι ἀπὸ Θεοῦ λέγεσθαι. Εἰ γὰρ Ἰησοῦς οὐκ ἄλλος ἐστὶν ἢ ὁ Λόγος ὁ σαρκωθεὶς, οὗτος δέ ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ Πατρὸς δι' ἧς πάντα ἐνεργεῖ, κατὰ τὸ, « Χριστὸς, Θεοῦ δύναμις· » αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνεστακέναι νοηθήσεται, καὶ ἐγηγέρθαι λεγόμενος ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, ἐφ' ὃν ὡς ἀρχὴν καὶ αἰτίαν ἄχρονον ἅπαντα ἀναφέρεται· ἐπεὶ καὶ αὐτός φησιν· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Ἄλλως τε δὲ, ἐπειδὴ τὸ Ἰησοῦς ὄνομα ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου κακῶς λαμβάνουσί τινες, καὶ προλαβὼν εἶπε, τεθεῖσθαι τὸν λίθον[67] ἐν μνημείῳ, ἵνα μή τις ὑπολάβοι ἄσαρκον αὐτὸν εἰρηκέναι τὸν Λόγον, πάλιν αὐτὸν Ἰησοῦν καλεῖ, οὐδαμοῦ διαίρεσιν διδοὺς τῷ σαρκωθέντι Λόγῳ μετὰ τὴν ἕνωσιν, πανταχοῦ τῶν ἀσεβῶν ἐμφράττων τὰ ἀπύλωτα στόματα.

D

COMMENTARIUS.

Absurdum nullum est, dicere Jesum « suscitatum a mortuis. » Si enim Christus non alius est, nisi Verbum incarnatum, hic autem est virtus Patris, per quam omnia facit, juxta illud [64], « Christus Dei virtus ; » ipse semetipsum resuscitasse intelligitur, etiam cum suscitatus a Patre dicitur : ad ipsum enim velut ad principium, et causam sempiternam omnia refert. Quare ipse ait [65] : « Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. » Præterea, quoniam nomen Jesus de homine male accipiunt aliqui, et ipse præmiserat, positum esse Verbum in monumento, ne quis suspicaretur, eum dixisse Verbum sine carne, rursus Jesum ipsum vocat, nullam admittens divisionem in incarnato Verbo post factam unionem ; et sic ubique effrena impiorum obstruit ora.

KEIMENON.

Ὡς καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ γέγραπται· Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Ὅτι δὲ ἀνέστησεν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐκ νεκρῶν, μηκέτι μέλλοντα ὑποστρέφειν εἰς διαφθοράν, οὕτως εἴρηκεν· Ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Διὸ καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει·

TEXTUS.

XIII, 33 35. Sicut et in psalmo secundo dictum est : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod autem suscitavit eum a mortuis, amplius jam non reversurum in corruptionem, ita dixit, quia Dabo vobis sancta David fidelia. Ideoque et alias dicit :

[63] I Reg. XIII, 14. [64] I Cor. I, 24. [65] Joan. II, 19.

Variæ lectiones et notæ.

[67] Λόγον.

Digitized by Google

COMMENTARIUS.

Hæc verba incarnationi Christi conveniunt, quæ temporale habet incrementum : nam *hodie* et *cras* dierum successionem, ac vicissitudinem **260** demonstrant. At, ut Verbum, ab æterno a Patre gignitur.

TEXTUS.

XIII, 35-39. Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem, David enim in sua generatione cum administrasset voluntati Dei, dormivit, et appositus est ad patres suos, et vidit corruptionem. Quem vero Deus suscitavit a mortuis, non vidit corruptionem. Notum igitur sit vobis, viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur, et ab omnibus quibus non potuistis in lege Moysi justificari, in hoc omnis, qui credit, justificatur.

COMMENTARIUS.

Adnotandum, corpus Domini Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi post resurrectionem, passibilem, seu passioni obnoxium dicendum non esse : quemadmodum ante resurrectionem non erat impassibile, seu incorruptibile et immortale. Nam aliunde ab ipsa incarnatione incorruptibilitatem quamdam, nempe impeccantiæ, cum habuisse, manifestum plane est.

TEXTUS.

XIII, 40-47. Videte, contemptores, et admiramini, et disperdimini : quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod non creditis, si quis enarraverit vobis. Exeuntibus autem illis, rogabant, ut sequenti Sabbato loquerentur sibi verba hæc. Cumque dimissa esset Synagoga, secuti sunt multi Judæorum et colentium advenarum, Paulum et Barnabam : qui loquentes suadebant eis ut permanerent in gratia Dei. Sequenti vero Sabbato, pene universa civitas convenit audire verbum Dei. Videntes autem turbas Judæi, repleti sunt zelo, et contradicebant his in quæ a Paulo dicebantur, blasphemantes. Tunc constanter Paulus et Barnabas dixerunt : Vobis oportebat primum loqui verbum Dei : sed quoniam repellitis illud, et indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus.

A

B

C

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ταῦτα τῇ ἀνθρωπήσει[18] τοῦ Χριστοῦ πρέπει τὰ ῥήματα, ἥτις χρονικὴν ἔχει τὴν ἐπιφοίτησιν. Τὸ γὰρ, *σήμερον*, καὶ, *αὔριον*, ἡμερῶν ἐστι παραστατικόν· οὗτος δὲ, καθὸ Λόγος, ἀχρόνως παρὰ τοῦ Πατρὸς τίκτεται.

ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ, ἐκοιμήθη, καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς Πατέρας αὐτοῦ, καὶ εἶδε διαφθοράν. Ὃν δὲ ὁ Θεὸς ἤγειρεν, οὐκ εἶδε διαφθοράν. Γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν, ἄνδρες ἀδελφοὶ, ὅτι διὰ τούτου ὑμῖν ἄφεσις ἁμαρτιῶν καταγγέλλεται· καὶ ἀπὸ πάντων ὧν οὐκ ἠδυνήθητε ἐν τῷ νόμῳ Μωϋσέως δικαιωθῆναι, ἐν τούτῳ πᾶς ὁ πιστεύων δικαιοῦται. Βλέπετε οὖν, μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς προφήταις.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Σημειωτέον τοίνυν, ὅτι οὐ δεῖ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν παθητὸν ὁμολογεῖν, ἤτοι παθῶν δεκτικόν· οὐδὲ πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἀπαθὲς, τουτέστιν ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον. Τὴν σάρκα[19] κατὰ τὸ ἀναμάρτητον ἀφθαρσίαν, πρόδηλον, ὡς εἶχεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ καιροῦ τῆς σαρκώσεως.

ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Ἴδετε, οἱ καταφρονηταὶ, καὶ ἐπιβλέψατε, καὶ θαυμάσατε, καὶ ἀφανίσθητε, ὅτι ἐγὼ ἔργον ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ἔργον ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγήσηται ὑμῖν. Ἐξιόντων δὲ αὐτῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, παρεκάλουν τὰ ἔθνη εἰς τὸ μεταξὺ Σάββατον λαληθῆναι αὐτοῖς τὰ ῥήματα ταῦτα. Λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς, ἠκολούθησαν πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῶν σεβομένων προσηλύτων, τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ· οἵτινες προσλαλοῦντες αὐτοῖς, ἔπειθον αὐτοὺς προσμένειν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ. Τῷ δὲ ἐρχομένῳ Σαββάτῳ σχεδὸν πᾶσα ἡ πόλις συνήχθη ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι τοὺς ὄχλους, ἐπλήσθησαν ζήλου, καὶ ἀντέλεγον τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες. Παῤῥησιασάμενοι δὲ ὁ Παῦλος καὶ ὁ Βαρνάβας εἶπον· Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὰ τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη. Οὕτω γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Κύριος.

COMMENTARIUS.

Cum propheta Habacuc exclamasset et contra judicium injustum, et de **261** summa Dei erga malos longanimitate, atque dixisset [16] : « Quare ostendit mihi iniquitatem, et laborem, videre miseriam et impietatem ? Contra me factum est judicium : et judex accipit, et impius prævalet adversus justum : et non educitur in finem judicium; » respondet Deus prænuntians, quæ obventuræ erant injuste agentibus calamitates. Et quidem

D

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Κατακεκραγότος τοῦ προφήτου Ἀβακοὺμ τῆς ἀδίκου κρίσεως, καὶ τῆς ἄγαν ἀνεξικακίας τοῦ Θεοῦ, καὶ λέγοντος· « Ἵνα τί μοι ἔδειξας κόπους καὶ πόνους ; Ὅτι ἐξ ἐναντίας γέγονεν ἡ κρίσις, καὶ ὁ κριτὴς λαμβάνει, καὶ ἀσεβὴς καταδυναστεύει τὸν δίκαιον, καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος κρῖμα· » ἀποκρίνεται ὁ Θεὸς, τοῖς ἀδικοῦσι τὰς ἐσομένας συμφορὰς προαπαγγέλλων· θαυμάσια δὲ λέγει, τὰ αὐτοῖς συμβήσεσθαι μέλλοντα. Ταῦτα δὲ, φησὶ, τοσαῦτα καὶ τηλι-

[16] Habac. I, 3, 4.

Variæ lectiones et notæ.

[18] ἐνανθρωπήσει. [19] γάρ.

Digitized by Google

καῦτα τὸ μέγεθός εἰσιν, ὡς καὶ ἀπιστεῖσθαι, εἴ τις αὐτὰ ὑμῖν προαπαγγέλλεται.

A

KEIMENON.

Τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Ἀκούοντα δὲ τὰ ἔθνη ἔχαιρον, καὶ ἐδόξαζον τὸν λόγον τοῦ Κυρίου· καὶ ἐπίστευσαν ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Διεφέρετο δὲ ὁ λόγος τοῦ Κυρίου δι' ὅλης τῆς χώρας.

EPMHNEIA.

Γένος Κυρίου κατὰ σάρκα, κοινὸν μὲν, πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις· ἴδιον δὲ καὶ πλησιάζον, ὁ Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ τοίνυν πρὸς μὲν τὸν Ἰσραὴλ παρεγένετο, τὰ δὲ ἔθνη διὰ τῶν ἀποστόλων ἐφώτισε· « Δέδωκά σοι, φησὶ, τούτους » διὰ τὴν πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν γενομένην ἐπαγγελίαν· « φωτιῶ » δὲ « διὰ σοῦ » τὰ ἔθνη, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις παρέξω τὴν σωτηρίαν (τοῦτο γὰρ σημαίνει, « καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς »), καὶ πέρας ἐπιθήσω ταῖς πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν γεγενημέναις συνθήκαις. Τὴν γὰρ διαθήκην *συνθήκην* ἡρμήνευσαν οἱ λοιποί.

B

KEIMENON.

Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι παρώτρυναν τὰς σεβομένας γυναῖκας καὶ τὰς εὐσχήμονας, καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, καὶ ἐπήγειραν διωγμὸν ἐπὶ τὸν Παῦλον καὶ Βαρνάβαν, καὶ ἐξέβαλον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.

EPMHNEIA.

Εὐσχήμονας λέγει τὰς πλουσίας· σεβομένας δὲ οὐ τὰς πιστὰς λέγει, ἀλλὰ τὰς Ἑλληνίδας, ἤτοι Ἰουδαίας μὲν οὔσας, Ἑλληνιστὶ δὲ φθεγγομένας. Διὸ καὶ σεβομένας αὐτὰς καλεῖ, διὰ τὸ τηρεῖν τὰ τοῦ νόμου.

C

KEIMENON.

Οἱ δὲ ἐκτειναξάμενοι τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐπ' αὐτοὺς, ἦλθον εἰς Ἰκόνιον. Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπληροῦντο χαρᾶς καὶ Πνεύματος ἁγίου. Ἐγένετο δὲ ἐν Ἰκονίῳ κατὰ τὸ αὐτὸ, εἰσελθεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων, καὶ λαλῆσαι οὕτως, ὥστε πιστεῦσαι Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος. Οἱ δὲ ἀπειθήσαντες Ἰουδαῖοι ἐπήγειραν καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν. Ἱκανὸν μὲν οὖν χρόνον διέτριψαν παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ τῷ μαρτυροῦντι τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, καὶ διδόντι σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ τῶν χειρῶν αὐτῶν. Ἐσχίσθη δὲ τὸ πλῆθος τῆς πόλεως, καὶ οἱ μὲν ἦσαν σὺν τοῖς Ἰουδαίοις, οἱ δὲ σὺν τοῖς ἀποστόλοις.

D

EPMHNEIA.

Ἐνταῦθα πληροῦσιν ὃ προσέταξεν αὐτοῖς ὁ Κύριος λέγων· « Ἐὰν μή τις ὑμᾶς δέξηται, ἐκτινάξατε καὶ τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν. » Οὗτοι δὲ, οὐ μόνον

mira futura dicit. Talia scilicet et tam magna, inquit, erunt, ut non sitis credituri, si quis ea vobis prænuntiaverit.

TEXTUS.

XIII, 47-49. Posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ. Audientes autem gentes gavisæ sunt, et glorificabant verbum Domini : et crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Disseminabatur autem verbum Domini per universam regionem.

COMMENTARIUS.

Genus quidem commune Domini secundum carnem est tota humana natura ; at proprium et propinquum est solus Israel. Quoniam igitur ad Israelem ipsemet venit, gentes autem per apostolos illuminavit : « Dedi tibi, inquit, istos, » per factam ad patres eorum promissionem : « illuminabo » autem « per te » gentes, omnibusque hominibus salutem dabo. Hoc enim significat illud : « usque ad extremum terræ : » et complementum dabo factis cum patribus eorum fœderibus. Testamentum enim *fœdus* reliqui interpretati sunt (20).

TEXTUS.

XIII, 50. Judæi autem concitaverunt mulieres religiosas et honestas et primos civitatis, et excitaverunt persecutionem in Paulum, et ejecerunt eos de finibus suis.

COMMENTARIUS.

« Honestas » dicit mulieres divites ; « religiosas » autem non fideles appellat, sed Græcas, seu gentiles ; vel Hebræas quidem, sed Græce loquentes. Ideo vero vocat « religiosas, » quia legis præcepta servabant.

TEXTUS.

XIII, 50-52; XIV, 1-4. At illi excusso pulvere pedum in eos, venerunt Iconium. Discipuli **262** quoque replebantur gaudio et Spiritu sancto. Factum est autem Iconii, ut simul introirent in synagogam Judæorum, et loquerentur, ita ut crederet Judæorum et Græcorum copiosa multitudo. Qui vero increduli fuerunt Judæi, suscitaverunt et ad iracundiam concitaverunt animas gentium adversus fratres. Multo igitur tempore demorati sunt fiducialiter agentes in Domino, testimonium perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa et prodigia fieri per manus eorum. Divisa est autem multitudo civitatis : et quidam quidem erant cum Judæis, quidam vero cum apostolis.

COMMENTARIUS.

Hic implent apostoli quod illis præceperat Christus, cum ait [67] : « Quicunque non receperint vos, exeuntes foras excutite pulverem de pedibus ve-

[67] Matth. x, 14; Marc. vi ; 11.

Variæ lectiones et notæ.

(20) Re ipsa, pro eo, quod habet versio LXX, Is. xlix, 8, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην ἐθνῶν, *et dedi te in testamentum gentilium*, in Vulgata legitur: *Et dedi te in fœdus populi.*



Digitized by Google

stris. » Isti autem non solum eos non receperunt, sed etiam ejecerunt de finibus suis; quod pejus est. Non vult itaque Dominus, ut discipuli sui vel pulverem in pedibus suis habeant ex terra hominum impiorum, ut sic ostenderent se nihil ab infidelibus reportasse emolumenti. Est autem pulvis symbolum laboris, quem illorum causa pertulerunt.

A οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ καὶ ἀπήλασαν αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν, ὅπερ ἐστὶ χεῖρον. Οὐδὲ γὰρ κονιορτὸν θέλει ἔχειν ὁ Κύριος τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τῶν ποδῶν ἐκ τῆς τῶν ἀνοσίων ἀνθρώπων γῆς, δεικνύντες διὰ τούτου, ὅτι οὐδὲν ἐκομίσαντο ἀπὸ τῶν ἀπειθῶν. Δεῖγμα δέ ἐστιν ὁ κονιορτὸς τοῦ κόπου ὃν ὑπέμειναν δι' αὐτούς.

TEXTUS.

XIV, 5, 6. Cum autem factus esset impetus gentilium et Judæorum cum principibus suis, ut contumeliis afficerent et lapidarent eos, intelligentes,

Feria 4 hebdomadæ quintæ.

Confugerunt (apostoli) ad civitates Lycaoniæ, Lystram et Derben, et universam in circuitu regionem, et ibi evangelizantes erant.

B

KEIMENON.

Ὡς δὲ ἐγένετο ὁρμὴ τῶν ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων σὺν τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν ὑβρίσαι καὶ λιθοβολῆσαι αὐτοὺς, συνιδόντες,

Τῇ δ' τῆς Μεσοπεντηκοστῆς.

Κατέφυγον οἱ ἀπόστολοι Βαρνάβας καὶ Παῦλος εἰς τὰς πόλεις τῆς Λυκαονίας, Λύστραν, καὶ Δέρβην, καὶ τὴν περίχωρον· κἀκεῖ ἦσαν εὐαγγελιζόμενοι.

COMMENTARIUS.

Adnotandum hoc loco, non oportere nos in pericula conjicere, sed potius, si opus fuerit, ad tempus fugere; quandoquidem et nostri coryphæi ita fecerunt, quippe qui volebant prædicationem, quandiu congrue fieri poterat, extendere, et persecutionibus potius augeri.

EPMHNEIA.

Σημειωτέον, ὅτι οὐ δεῖ ἐπιῤῥίπτειν ἡμᾶς τοῖς κινδύνοις, ἀλλ' εἰ δέοι, καὶ φεύγειν πρὸς καιρόν· καὶ τῶν κορυφαίων τοῦτο ποιούντων, ὥσπερ ἐπίτηδες ἐκτεῖναι βουλόμενοι τὸ κήρυγμα, καὶ διὰ τῶν διωγμῶν μᾶλλον αὐξάνεσθαι.

**263** CAPUT XXI.

*De claudo a nativitate Lystris sanato ab apostolis : quamobrem dii ii esse et apparuisse visi sunt loci illius habitatoribus.*

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

*Περὶ τοῦ ἐν Λύστροις ἐκ γενετῆς χωλοῦ ἰαθέντος διὰ τῶν ἀποστόλων, διόπερ εἶναί τε θεοὶ καὶ παρεῖναι ἔδοξαν τοῖς ἐγχωρίοις.*

TEXTUS.

XIV, 7-17. Et quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex utero matris suæ, qui nunquam ambulaverat. Hic audivit Paulum loquentem. Qui intuitus eum, et videns, quia fidem haberet, ut salvus fieret, dixit magna voce : Surge super pedes tuos rectus. Et exsilivit et ambulabat. Turbæ autem cum vidissent quod fecerat Paulus, levaverunt vocem suam, Lycaonice dicentes : Dii similes facti hominibus descenderunt ad nos. Et vocabant Barnabam Jovem, Paulum vero Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi. Sacerdos quoque Jovis, qui erat ante civitatem, tauros et coronas ante januas afferens, cum populis volebat sacrificare. Quod ubi audierunt apostoli, Barnabas et Paulus, conscissis tunicis suis exsilierunt in turbas, clamantes et dicentes : Viri, quid hæc facitis? Et nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab iis vanis converti ad Deum vivum, qui fecit cœlum et terram et mare et omnia quæ in eis sunt : qui in præteritis generationibus demisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de cœlo, dans pluvias et tempora fructifera, implens cibo et lætitia corda nostra. Et hæc dicentes, vix sedaverunt turbas, ne sibi immolarent.

C

D

KEIMENON.

Καί τις ἀνὴρ ἐν Λύστροις ἀδύνατος τοῖς ποσὶν, ἐκάθητο, χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρχων, ὃς οὐδέποτε περιεπεπατήκει. Οὗτος ἤκουσε τοῦ Παύλου λαλοῦντος. Ὃς ἀτενίσας αὐτῷ, καὶ ἰδὼν ὅτι πίστιν ἔχει τοῦ σωθῆναι, εἶπε μεγάλῃ τῇ φωνῇ· Σοὶ λέγω [ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ], ἀνάστηθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου ὀρθός. Καὶ ἥλλετο καὶ περιεπάτει. Οἱ δὲ ὄχλοι ἰδόντες ὃ ἐποίησεν ὁ Παῦλος, ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν Λυκαονιστὶ λέγοντες· Οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς· ἐκάλουν τε τὸν μὲν Βαρνάβαν Δία, τὸν δὲ Παῦλον Ἑρμῆν· ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου. Ὁ δὲ ἱερεὺς τοῦ Διὸς, τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως αὐτῶν, ταύρους καὶ στέμματα ἐπὶ τοὺς πυλῶνας ἐνέγκας, σὺν τοῖς ὄχλοις ἤθελε θύειν. Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀπόστολοι Βαρνάβας καὶ Παῦλος, διαῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια αὐτῶν, εἰσεπήδησαν εἰς τὸν ὄχλον κράζοντες καὶ λέγοντες· Ἄνδρες, τί ταῦτα ποιεῖτε; Καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ὑμῖν ἐσμεν ἄνθρωποι, εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· ὃς ἐν ταῖς παρῳχημέναις γενεαῖς εἴασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Καίτοιγε οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν, ἀγαθοποιῶν, οὐρανόθεν ἡμῖν διδοὺς ὑετοὺς καὶ καιροὺς καρποφόρους, ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν. Καὶ ταῦτα λέγοντες, μόλις κατέπαυσαν τοὺς ὄχλους τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς.

COMMENTARIUS.

« Conscissis tunicis suis. » Mos erat Judæis, ut, cum blasphemias in Deum prolatas audirent, vestes

EPMHNEIA.

Ἔθος ἐστὶν Ἰουδαίοις ἐπὶ ταῖς κατὰ Θεοῦ δυσφημίαις περιῤῥηγνύναι τὰ ἱμάτια. Καὶ

Digitized by Google

γνοὺς[20-21] ὁ Καϊάφας Υἱὸν ἑαυτὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντα τὸν Χριστὸν, « περιέρρηξε τὴν ἐσθῆτα, » διακεκραγώς τε καὶ « λέγων, ὅτι Ἐβλασφήμησε. » Τοῦτο πεπράχασι καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ Βαρνάβας καὶ Παῦλος ἐνταῦθα, θεοὶ νομισθέντες, ἀπὸ διαθέσεως ψυχῆς ἀποστρεφόμενοι τὰ γενόμενα, καὶ πένθους ποιοῦντες σημεῖα. Πένθος γὰρ ἦν ὄντως, εἴγε ἔμελλον θεοὶ νομίζεσθαι, καὶ εἰδωλολατρείαν εἰσάγειν, ἣν ἦλθον καταλῦσαι καὶ εἰς τέλος ἀφανίσαι.

*Λιθάζεται Παῦλος μετὰ*[22] *τῶν ἀστυγειτόνων* [*Ἰουδαίων*].

KEIMENON.

Ἐπῆλθον δὲ ἀπὸ Ἀντιοχείας καὶ Ἰκονίου Ἰουδαῖοι, καὶ πείσαντες τοὺς ὄχλους, καὶ λιθάσαντες τὸν Παῦλον, ἔσυρον ἔξω τῆς πόλεως, νομίσαντες αὐτὸν τεθνάναι. Κυκλωσάντων δὲ αὐτὸν τῶν μαθητῶν, ἀναστὰς εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ τῇ ἐπαύριον,

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ἐνταῦθα πληροῦται τὸ, « Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. Ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται, » πρὸς αὐτὸν παρὰ Θεοῦ εἰρημένον.

Τῇ ε' τῆς ε' ἑβδομάδος.

KEIMENON.

Ἐξῆλθεν ὁ Παῦλος σὺν τῷ Βαρνάβᾳ εἰς Δέρβην. Εὐαγγελισάμενοί τε τὴν πόλιν ἐκείνην, καὶ μαθητεύσαντες ἱκανοὺς, ὑπέστρεψαν εἰς Λύστραν, καὶ Ἰκόνιον, καὶ Ἀντιόχειαν, ἐπιστηρίζοντες τὰς ψυχὰς τῶν μαθητῶν, καὶ παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει, καὶ ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' Ἐκκλησίαν, καὶ προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν, παρέθεντο αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ, εἰς ὃν πεπιστεύκεισαν. Καὶ διελθόντες τὴν Πισιδίαν, ἦλθον εἰς Παμφυλίαν· καὶ λαλήσαντες ἐν Πέργῃ τὸν λόγον, κατέβησαν εἰς Ἀττάλειαν· κἀκεῖθεν ἀπέπλευσαν εἰς Ἀντιόχειαν, ὅθεν ἦσαν παραδεδομένοι τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ ἔργον ὃ ἐπλήρωσαν. Παραγενόμενοι δὲ, καὶ συναγαγόντες τὴν Ἐκκλησίαν, ἀνήγγειλαν ὅσα ἐποίησεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς, καὶ ὅτι ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσι θύραν πίστεως.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Διὰ τί ἐν Κύπρῳ οὐδὲ ἐν Σαμαρείᾳ ἐποίησαν πρεσβυτέρους οἱ ἀπόστολοι, ἀλλ' ἐνταῦθα; Ὅτι ἐκεῖναι μὲν ἐγγὺς ἦσαν τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τῶν ἀποστόλων· καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ Ἀντιοχείᾳ ὁ λόγος ἐκράτει. Ἐνταῦθα δὲ πολλῆς ἐδέοντο παραμυθίας, μάλιστα οἱ ἐξ ἐθνῶν ὀφείλοντες πολλὰ διδάσκεσθαι. Σημειωτέον δὲ, ὅτι οἱ περὶ Παῦλον καὶ Βαρνάβαν ἐπισκόπων εἶχον ἀξίαν, ἐξ ὧν ἐχειροτόνουν οὐ μόνον διακόνους, ἀλλὰ καὶ πρεσβυτέρους, καὶ ὅτι μετὰ νηστειῶν καὶ εὐχῶν ἐποίουν οἱ μαθηταὶ τὰς χειροτονίας. Σημείωσαι δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι εἰς Μίλητον ἐχειροτονήθησαν οἱ περὶ Βαρνάβαν καὶ Παῦλον. Ἄλλο δὲ ἀντίγραφον εὗρον, ἔχον ἀντὶ Μιλήτου, εἰς Ἀντιόχειαν, ὃ καὶ πειθανώτερον.

conscinderent. Quare etiam Caiphas, ut intellexit Christum se Filium Dei dicere[68], « scidit vestimenta sua, exclamans et dicens : Blasphemavit. » Idem fecerunt hoc loco etiam sancti discipuli, Barnabas et Paulus, cum dii existimarentur, toto corde aversantes quæ fiebant et doloris signa edentes. Et quidem lugendum erat, si dii revera putati fuissent : sic enim idololatriam quam dissolvere et penitus exscindere venerant, ipsi induxissent et auxissent.

**264** *Lapidatur Paulus a Judæis urbi vicinis.*

TEXTUS.

XIV, 18-26. Supervenerunt autem quidam ab Antiochia et Iconio Judæi ; et persuasis turbis, lapidantesque Paulum, traxerunt extra civitatem, existimantes eum mortuum esse. Circumdantibus autem eum discipulis, surgens intravit civitatem, et postera die,

COMMENTARIUS.

Impletur hic illud a Domino Paulo dictum[69] : « Sufficit tibi gratia mea : nam virtus infirmitate perficitur. »

Feria 5 hebdomadæ quintæ.

TEXTUS.

Profectus est (Paulus) cum Barnaba in Derben. Cumque evangelizassent civitati illi, et docuissent multos, reversi sunt Lystram et Iconium et Antiochiam, confirmantes animas discipulorum, exhortantesque ut permanerent in fide : et quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Et cum constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, et orassent cum jejunationibus, commendaverunt eos Domino in quem crediderunt. Transeuntesque Pisidiam, venerunt in Pamphyliam : et loquentes verbum Domini in Perge, descenderunt in Attaliam : et inde navigaverunt Antiochiam, unde erant traditi gratiæ Dei, in opus quod compleverunt. Cum autem venissent et congregassent Ecclesiam, retulerunt quanta fecisset Deus cum illis, et quia aperuisset gentibus ostium fidei.

COMMENTARIUS.

Quare apostoli neque in Cypro, neque in Samaria constituerunt presbyteros, quemadmodum hoc in loco ? Quoniam illæ quidem regiones haud multum distabant ab Jerusalem et ab apostolis : Antiochiæ autem verbum Dei altas jam radices egerat. Hic vero multo opus habebant solatio, præsertim qui erant ex gentibus, utpote qui multa adhuc addiscere debebant. Adnotandum vero Paulum et Barnabam **265** episcopalem dignitatem habuisse, (quandoquidem et diaconos et presbyteros ordinabant) ac Christi discipulos cum jejuniis et orationibus ordinationes fecisse. Observa etiam Paulum et Barnabam in urbe Mileto ordinatos fuisse. Sed ego exemplar quoddam inveni, in quo pro Mileto habebatur Antiochiæ : quod etiam est verisimilius.

[68] Matth. xxvi, 65. [69] II Cor. xii, 9.

Variæ lectiones et notæ.

[20-21] γοῦν. [22] παρά.

Digitized by Google

## CAPUT XXII.

*Quod sententia et decreto apostolorum necesse non sit circumcidere gentiles ad fidem accedentes.*

### TEXTUS.

XIV, 27; XV, 1-4. Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis. Et quidam descendentes de Judæa docebant fratres : quia Nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis salvari. Facta ergo seditione non minima Paulo et Barnabæ adversus illos, statuerunt, ut ascenderent Paulus et Barnabas, et quidam alii ex illis, ad apostolos et presbyteros in Jerusalem super hac quæstione. Illi ergo deducti ab Ecclesia, pertransibant Phœnicem et Samariam, narrantes conversionem gentium, et faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. Cum autem venissent Jerosolymam, susceptI sunt ab Ecclesia et ab apostolis et senioribus, annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis.

### COMMENTARIUS.

Quomodo Paulus in Epistola ad Galatas ait [70] : « Neque veni ad antecessores meos apostolos : » neque contuli Evangelium quod prædico in gentibus; hic autem dicitur, « Statuerunt, ut ascenderent Paulus et Barnabas ad apostolos et presbyteros in Jerusalem? » Respondemus primo, Paulum non ascendisse, scilicet a semetipso, sed ab aliis missum fuisse. Secundo, non illuc perrexisse, ut ipse instrueretur, sed ut alios persuaderet : jam enim ab initio in ea fuerat sententia, quam postea apostoli definierunt, nempe circumcidendos non esse gentiles accedentes ad fidem. Quoniam vero Paulus non adhuc satis dignus fide novis fidelibus videbatur, sed apud eos præcipua erat exsistentium Jerosolymis auctoritas ; propterea illuc profectus est, non ut ipse persuaderetur, sed ut contradicentes persuasos redderet ex eo, quod ejusdem sententiæ essent etiam qui Jerosolymis morabantur.

**266** Feria 6 hebdomadæ quintæ.

### TEXTUS.

XVII, 16-18. Paulus autem cum Athenis eos exspectaret, incitabatur spiritus ejus in ipso, videns idololatriæ deditam civitatem. Disputabat igitur in Synagoga cum Judæis et colentibus, et in foro, per omnes dies ad eos qui aderant. Quidam autem Epicurei et Stoici philosophi disserebant cum eo, et quidam dicebant : Quid vult seminiverbius hic dicere ? Alii vero : Novorum dæmoniorum videtur annuntiator esse : quia Jesum et resurrectionem annuntiabat eis.

## 178 COMMENTARIUS.

« Incitabatur. » Non iram hic intelligit, aut indignationem ; procul enim ab ira et indignatione est gratia. Quare « incitabatur » perinde est ac, exacerbabatur, non ferebat, vehementer dolebat : quemadmodum alibi dicit [76] : « Facta est autem exacerbatio (24) inter ipsos etc. » — « Confestim autem Paulum. » Ex prudentiæ consilio, et non ex timore aufugit Apostolus ; quia scilicet prædicationem evangelicam dilatari, et iram ipsorum exstingui summopere desiderabat. « Quidam autem. » Epicuræi quidem ex atomis universum sua sponte coaluisse arbitrabantur : Stoici autem illud esse putabant corpus et inflammationem. Quidam ex illis ob doctrinam de se alte sapientes, stulte divinum Paulum irridentes : « Quid vult spermologus (25) iste ? » dicebant. Quoniam enim « spermologus » avicula parva et vilis est, solita semina in triviis projecta colligere ; hinc viles et nullius frugis homines « spermologos » appellabant. Quia vero Paulus Jesum et resurrectionem prædicabat, ii, utpote etiam deas feminas colere assueti (quippe qui dæmones pro diis habebant), « resurrectionem » deam quamdam esse existimabant.

Feria 3 hebdomadæ sextæ.

TEXTUS.

XVII, 19-34. Et apprehensum eum ad Areopagum duxerunt dicentes : Possumus scire, quæ est hæc nova quæ a te dicitur, doctrina ? Nova enim quædam infers auribus nostris. Volumus ergo scire quidnam velint hæc esse. (Athenienses autem omnes et advenæ hospites, ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid novi.) Stans autem Paulus in medio Areopagi, ait : Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosiores vos video. Præteriens enim et videns simulacra vestra, inveni et aram in qua scriptum erat : « Ignoto Deo. » Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. Deus

A

KEIMENON.

Ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς τοῦ Παύλου, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ θεωροῦντος κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν. Διελέγετο μὲν οὖν ἐν τῇ συναγωγῇ τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς σεβομένοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας. Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρίων καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ, καί τινες ἔλεγον· Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; Οἱ δέ· Ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι· ὅτι τὸν Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν εὐηγγελίζετο αὐτοῖς.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

« Παρωξύνετο. » Οὐκ ὀργὴν ἐνταῦθά φησιν, οὐδὲ ἀγανάκτησιν. Ὀργῆς γὰρ καὶ ἀγανακτήσεως πόῤῥω τὸ χάρισμα. Τὸ, « Παρωξύνετο » δὲ, τουτέστιν ἀντὶ τοῦ, διηγείρετο, οὕτως [68], ἀλλ' ἐτήκετο· καθὼς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· « Ἐγένετο παροξυσμὸς μεταξὺ αὐτῶν, » καὶ τὰ ἑξῆς. « Εὐθέως δὲ τὸ τὸν Παῦλον. » Οἰκονομικῶς ἐνταῦθα, οὐ δειλιῶν ἔφυγεν ὁ Ἀπόστολος, ἀλλ' ὥστε καὶ τὸ κήρυγμα αὔξειν βουλόμενος, καὶ τὸν θυμὸν αὐτῶν κατασβέσειν πραγματευόμενος. « Τινὲς δὲ τῶν. » Οἱ μὲν Ἐπικούρειοι αὐτόματον καὶ ἀπὸ ἀτόμων δοξάζουσιν εἶναι τὸ πᾶν· οἱ δὲ Στωϊκοὶ οὕτω σῶμα καὶ ἐκπύρωσιν. Τινὲς οὖν ἐξ αὐτῶν ἐπὶ γνώσει μέγα φρονοῦντες, ἀνοήτως λέγοντες [69] τὸν θεσπέσιον Παῦλον, « Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος ; » ἔλεγον. Ἐπειδὴ γὰρ ὄρνεόν ἐστιν ὁ σπερμολόγος, βραχὺ δὲ καὶ εὐτελὲς, οὔτε πρὸς βρῶσιν οὔτε πρὸς τέρψιν ἐπιτήδειον, τὰ ἐν ταῖς τριόδοις ἐῤῥιμμένα τῶν σπερμάτων εἰωθὸς συλλέγειν· τοὺς οὖν εὐτελεῖς καὶ οὐκ ἀξίους λόγου σπερμολόγους ἐκάλουν. « Ἐπειδὴ τὸν Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν εὐηγγελίζετο. » Καὶ γὰρ τὴν ἀνάστασιν θεάν τινα εἶναι ἐνόμιζον, ἅτε εἰωθότες καὶ θηλείας θεὰς σέβειν· δαιμόνια γὰρ τοὺς θεοὺς αὐτῶν ἐκάλουν.

Τῇ γ' τῆς ς' ἑβδομάδος.

KEIMENON.

Ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ, ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον ἤγαγον, λέγοντες· Δυνάμεθα γνῶναι τίς ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή ; Ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. Βουλόμεθα οὖν γνῶναι τί ἂν θέλοι ταῦτα εἶναι. Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι, εἰς οὐδὲν ἕτερον ηὐκαίρουν, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον. Σταθεὶς δὲ ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ τοῦ Ἀρείου πάγου, ἔφη· Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ. Διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο· « Ἀγνώστῳ Θεῷ. » Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσε-

[76] Hebr. III, 15.

Variæ lectiones et notæ.

[68] Marg. Λέγεται καὶ εἰς τὴν ἑορτὴν τοῦ ἁγίου Διονυσίου. [69] οὐκ ἔφερεν. [68] ἐπιγελῶντες.

(24) Vulg. habet, *dissensio*.

(25) Vulgatus interpres vertit *seminiverbius*, quasi *seminans verba*, hoc est, *garrulus, nugator*. At pressius verti posset *seminilegus*, seu *seminum collector*. Cujus nomenclationis ratio ex subjecta expositione patet. Metaphorice autem sumitur pro *verboso, nugatore* et *locutuleio*, ut Plautus dixit.

Digitized by Google

δεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχων Κύριος, οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν κατὰ πάντα· ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν γένος ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ παν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν, ζητεῖν τὸν Θεὸν, εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν· καίτοι γε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα. Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν· ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι· Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν χρυσίῳ, ἢ ἀργυρίῳ, ἢ λίθῳ, χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου τὸ Θεῖον εἶναι ὅμοιον. Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, τὰ νῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν. Καθότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον· Ἀκουσόμεθά σου περὶ τούτου καὶ πάλιν. Καὶ οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν. Τινὲς δὲ ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ, ἐπίστευσαν, ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς.

A qui fecit mundum et omnia quæ in eo sunt, hic cœli et terræ cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam et inspirationem et omnia ; fecitque ex uno omne genus **279** hominum inhabitare super universam faciem terræ, definiens statuta tempora et terminos habitationis eorum, quærere Deum, si forte attrectent eum aut inveniant, quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus, et movemur, et sumus : sicut et quidam vestrorum poetarum dixerunt : Ipsius enim et genus sumus. Genus ergo cum simus Dei, non debemus æstimare, auro, aut argento, aut lapidi, sculpturæ artis et cogitationis hominis, divinum esse simile. Et tempora B quidem hujus ignorantiæ « dissimulans » (26) Deus, nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant. Eo quod statuit diem, in quo judicaturus est orbem in æquitate, in viro, in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam vero dixerunt : Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exivit de medio eorum. Quidam vero viri adhærentes ei, crediderunt ; in quibus et Dionysius Areopagita, et mulier nomine Damaris, et alii cum eis.

## ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ἤγαγον αὐτὸν, φησὶν, ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον, οὐχ ὥστε μαθεῖν, ἀλλ' ὥστε κολάσασθαι, ἔνθα αἱ φονικαὶ δίκαι. Ἄρειος δὲ Πάγος ἐλέγετο ὁ τόπος, ἐπειδὴ ὁ Ἄρης, ὥς φασι, τῆς μοιχίας ἐκεῖσε δίκας ἔδωκε. Πάγος δὲ ὁ ὑψηλὸς τόπος· ἐν γὰρ ὄχθῳ τινὶ ἦν ἐκεῖνο τὸ δικαστήριον· ὅθεν καὶ Πάγαρχοι καλοῦνται παρά τισιν, οἱ τῶν τόπων ἢ κωμῶν τινων ἄρχοντες. « Εὗρον καὶ βωμόν. » Δύο αἰτίας εἶναι λέγουσι τὸ [f. τοῦ] [ἐπι γε] γράφθαι Ἀθήνῃσι τῷ βωμῷ « Ἀγνώστῳ Θεῷ. » Οἱ μὲν γάρ φασιν, ὡς Φιλιππίδην ἔπεμψαν Ἀθηναῖοι πρὸς Λακεδαιμονίους περὶ συμμαχίας, ἡνίκα Πέρσαι ἐπεστράτευσαν τῇ Ἑλλάδι, ᾧ κατὰ τὸ Παρθένιον ὄρος Πανὸς φάσμα ἐντυχὸν, ἠτιᾶτο μὲν Ἀθηναίους ἀμελοῦντας αὐτοῦ, ἄλλους θεοὺς θεραπεύοντας, καὶ βοηθεῖν ἐπηγγέλλετο. Νικήσαντες οὖν, ἐκείνῳ ναὸν ἀνέστησαν καὶ βωμὸν ᾠκοδόμησαν. Καὶ ὡς φυλαττόμενοι, μὴ τὸ αὐτὸ δὴ καὶ ἄλλοτε πάθοιεν, παρέντες τινὰ θεὸν ἄγνωστον αὐτοῖς, ἀνέστησαν τὸν βωμὸν ἐκεῖνον, ἐπιγράφοντες· « Ἀγνώστῳ Θεῷ· » τοῦτο λέγοντες, ὅτι Καὶ εἴ τις ἕτερος ἠγνοεῖτο παρ' ἡμῶν, εἰς τιμὴν ἐκείνου οὗτος δὴ παρ' ἡμῶν ἐγήγερται, ὡς ἂν πλεως ἡμῖν εἴη, εἴπερ ἀγνοούμενος μὴ θεραπεύεται. Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι λιμὸς [a] κατέσκηψέ ποτε Ἀθήνῃσι, καὶ εἰς τοσοῦτον αὐτοὺς ἐξέκαυσεν, ὡς μηδὲ τῶν λεπτοτάτων σινδόνων ἀνέχεσθαι. Τοὺς νομιζομένους οὖν αὐτοῖς θεοὺς θεραπεύοντες, οὐδὲν ἀπώναντο. Ἐννοήσαντες οὖν, ὅτι ἴσως ἐστὶν ὁ θεὸς,

## COMMENTARIUS.

« Duxerunt eum, inquit, ad Areopagum, » non ut aliquid ipsi discerent, sed ut is puniretur, ubi C capitales causæ habebantur. « Arcopagus » autem locus ille dicebatur, quoniam Ares, seu Mars adulterii pœnas ibi, ut fabulantur, olim dederat. « Pagus » est locus excelsus ; siquidem in colle situm erat dicasterium illud. Hinc « Pagarchi » dicuntur locorum quorumdam vel pagorum præfecti. « Inveni et aram. » Duæ causæ feruntur celebris illius, quæ Athenis erat, inscriptionis : « Ignoto Deo. » Quidam enim dicunt, quod cum Athenienses, Persis contra ipsos bellum gerentibus, Philippiden quemdam ad Lacedæmones auxilii petendi causa misissent, occurrens illi in monte Partheno idolum Panis graviter de Atheniensibus conquestum fuerit, quod cum cæteros quidem deos D gnaviter colerent, se prorsus negligerent; et nihilominus auxilio se futurum spoponderit. Quare Athenienses, cum vicissent, templum illi excitarunt, et altare construxerunt. Caventes vero, ne simile quid iterum illis contingeret, quod forte deum aliquem ignotum præterirent, aliam erexerunt aram, eique inscripserunt : « Ignoto Deo, » inquientes : Si **280** adhuc aliquis a nobis ignoretur deus, in illius honorem hæc ara esto, ut nobis propitius sit, etsi, utpote ignotus, peculiari cultu a nobis non colatur. Alii vero ita rem narrant : Cum dira pestis in Athenienses grassaretur, eosque exureret adeo,

### Variæ lectiones et notæ.

[a] λοιμός.

(26) Vulg. *despiciens*.

Digitized by Google

ut nec tenuissima linteamina ferre possent; omnibus, quos putabant deos, cultum aliquem præstiterunt, quin inde ullum caperent emolumentum. Reputantes vero, quod fortasse deus esset aliquis, quem ipsi inhonoratum reliquerint, ac propterea ipse pestem immisisset illam, novam ædificarunt aram, cui « Ignoto Deo » inscripserunt: cumque super illam sacrificassent, confestim pestis evanuit. Hunc igitur Paulus ait esse Christum, omnium Deum, quem se annuntiare affirmabat. Cæterum integra illa inscriptio ita se habebat: « Diis Asiæ, Europæ, et Libyæ, Deo ignoto et peregrino. »—« Deus qui fecit. » Ne putarent, Deum ab ipso prædicatum similem esse multis illis, quos alias colebant, diis, ac ut errorem istum submoveret, subdit: « Non in manufactis templis habitat[76]. » Scilicet, habitat quidem in templis, sed non in talibus; sed in anima humana. Unde nec in Jerosolymita templo dicebatur habitare, sed « operari. » Nec « manibus humanis colebatur » a Judæis, sed mente: nam, quæ ii offerebant, Deus non quasi « indigens aliquo » requirebat; ait enim: « Nunquid manducabo carnes taurorum[77], etc. » Deinde in confirmationem sermonis sui istud Arati, unius ex ipsorum poetis, egregium dictum profert: « Ipsius enim et genus sumus: » et illud quidem de summo Opifice accipit Paulus, quanquam de Jove ab Arato pronuntiatum fuerit. Videlicet Aratus non de eodem omnino locutus est, sed tamen id protulit, quod ei proprie aptari potest. « Genus autem Dei » nos esse, inquit Apostolus, non eo sensu, quo Græci poetæ dicunt, sed alio; nempe quod nos simus ei familiares et proximi.

A ὃν αὐτοὶ κατέλιπον ἀγέραστον, ὁ τὸν λοιμὸν καταπέμψας, νέον δειμάμενοι βωμὸν καὶ ἐγγράψαντες, « Ἀγνώστῳ Θεῷ, » καὶ θύσαντες, εὐθέως ἐθεραπεύθησαν. Τοῦτον οὖν, φησι, Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν πάντων Θεὸν ὁ Παῦλος, ὃν καὶ καταγγέλλειν αὐτοῖς ἔφασκεν. Ἔστι δὲ ἡ πᾶσα τοῦ βωμοῦ ἐπιγραφὴ τοιαύτη· « Θεοῖς Ἀσίας, καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης, θεῷ ἀγνώστῳ καὶ ξένῳ. »—« Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας. » Ἵνα μὴ νομίσωσιν ἕνα τῶν πολλῶν εἶναι Θεὸν τὸν ὑπ' αὐτοῦ κηρυττόμενον, διορθοῦται ἐπάγων· « οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς. » Οἰκεῖ μὲν γὰρ ἐν ναοῖς, ἀλλ' οὐκ ἐν τοιούτοις, ἀλλ' ἐν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ. Οὐδὲ γὰρ ἐν ναῷ τῶν Ἱεροσολύμων λέγεται οἰκεῖν, ἀλλ' ἐνεργεῖν· οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων παρὰ Ἰουδαίων ἐθεραπεύθη, ἀλλ' ὑπὸ διανοίας· ἐπεὶ κἀκεῖνά γε οὐκ ἐζήτει οὕτως, ὡς προσδεόμενος· φησὶ γάρ· « Μὴ φάγομαι κρέα ταύρων, » καὶ τὰ ἑξῆς. Χρῆσιν αὐτοῖς Ἀράτου ἐπάγει, ἑνός τινος τῶν παρ' αὐτοῖς ποιητῶν εἰς κατασκευὴν τοῦ ἑαυτοῦ λόγου. « Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν, » φησί. Καὶ οὗτος μὲν περὶ τοῦ Δημιουργοῦ αὐτὸ ἐκλαμβάνει (εἰ καὶ περὶ τοῦ Διὸς τοῦτο εἰρῆσθαί φασιν), οὐ τὸν ἐκεῖνον λέγων, ἀλλὰ τὸ κυρίως ἐπ' αὐτῷ ἁρμόζειν λέγων. Γένος δὲ Θεοῦ εἶναι ἡμᾶς φησι Παῦλος, οὐχ ὡς ἐκεῖνοί φασιν, ἀλλ' ἑτέρῳ νῷ· τουτέστι, οἰκείους, ἐγγυτάτους.

Ad Athenienses verba faciens Paulus « hominem » tantummodo Christum appellat, dicens[78]: « In viro, in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis: » et nihil de « forma Dei » addit, neque quod « æqualis » esset illi, « et[79] splendor gloriæ ejus: » et quidem congrue; nondum enim erat tempus opportunum verbis istis; sed interim contenti erant apostoli, si crederetur verus homo, et resurrexisse, dissimulata tantisper ejus divinitate.

B C [78] Ἀθηναίοις γὰρ διαλεγόμενος ὁ Παῦλος, φησὶ, ἄνδρα αὐτὸν ἐπικαλεῖ μόνον, οὕτω λέγων· « Ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν· » καὶ οὐδὲν περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ λέγει μορφῆς, οὐδὲ ὅτι ἴσος αὐτῷ, οὐδὲ ὅτι ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ· εἰκότως. Οὔπω γὰρ καιρὸς τῶν ῥημάτων τούτων ἦν. Ἀλλ' ἀγαπητὸν ἦν αὐτοὺς παραδέξασθαι τέως, ὅτι ἄνθρωπός ἐστι, καὶ ὅτι ἀνέστη, αὐτοῦ τὴν θεότητα ἐξεκάλυψεν.

« Et tempora quidem. » Non hoc ait, quod nullus istorum puniatur, sed quia nemo illorum, qui « pœnitentiam agere » voluerit, puniendus sit: neque de illis qui jam obierant loquitur, sed de illis quibus tunc prædicabat. Non exiget, inquit, a vobis rationem de præteritis **281** annis « ignorantiæ vestræ. » Non dixit autem, contemnit, vel permittit, sed, « dissimulat, » hoc est, non punit, quantumvis punitione dignos.

D « Τοὺς μὲν οὖν χρόνους. » Οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι οὐδεὶς κολάζεται τούτων, ἀλλ' ὅτι οὐδεὶς τῶν θελόντων μετανοεῖν. Οὐ περὶ τῶν ἀπελθόντων γὰρ τοῦτό φησιν, ἀλλὰ περὶ τούτων οἷς παραγγέλλει. Οὐκ ἀπαιτεῖ λόγον ὑμᾶς, φησὶ, περὶ τῶν προτέρων ἐτῶν τῆς ἀγνοίας ὑμῶν. Οὐκ εἶπε δὲ παρεῖδεν, ἢ, εἴασεν, ἀλλὰ, « περιεῖδε » τουτέστιν, οὐκ ἀπαιτεῖ κόλασιν, ὥσπερ ἀξίους ὄντας κολάσεως.

## CAPUT XXVII.

*De Aquila et Priscilla, deque Corinthiorum incredulitate ac de beneplacito Dei secundum præscientiam erga illos, quod revelatum est Paulo. Item de Crispo archisynagogo, qui credidit cum aliis*

## ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

*Περὶ Ἀκύλα καὶ Πρισκίλλης, τῆς τε Κορινθίων ἀπειθείας καὶ τῆς κατὰ πρόγνωσιν ἐν αὐτοῖς εὐδοκίας τοῦ Θεοῦ ἀποκαλυφθείσης τῷ Παύλῳ· ἐν ᾧ περὶ Κρίσπου ἀρχισυναγώγου, πιστεύ-*

[76] Act. VII, 48. [77] Psal. XLIX, 23. [78] Ephes. I, 20. [79] Hebr. I, 3.

Variæ lectiones et notæ.

[48] Marg. τοῦ Χρυσοστόμου ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. [49] ὑπερεῖδε.

Digitized by Google

σαντος σὺν ἑτέροις τισὶ, καὶ βαπτισθέντος, ἀ στάσεως κινηθείσης ἐν Κορίνθῳ, ὁ Παῦλος ὑπεχώρησεν· ἀλλὼν δὲ εἰς Ἔφεσον καὶ διαλεχθεὶς ἐξῆλθεν.

*quibusdam, et baptizatus est: ac quomodo seditione orta Corinthi, Paulus secesserit, abieritque Ephesum; indeque, postquam sermonem habuit, exierit.*

## KEIMENON.

Μετὰ δὲ ταῦτα χωρισθεὶς ὁ Παῦλος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, ἦλθεν εἰς Κόρινθον· καὶ εὑρών τινα Ἰουδαῖον ὀνόματι Ἀκύλαν, Ποντικὸν τῷ γένει, προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ Πρισκίλλαν γυναῖκα αὐτοῦ (διὰ τὸ διατετάχθαι Κλαύδιον χωρισθῆναι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης), προσῆλθεν αὐτοῖς· καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι, ἔμεινε παρ' αὐτοῖς, καὶ εἰργάζετο· ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην. Διελέγετο δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ κατὰ πᾶν Σάββατον, ἔπειθέ τε Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας. Ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας, ὅ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο τῷ Πνεύματι ὁ Παῦλος, διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων, ἐκτειναξάμενος τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, εἶπε πρὸς αὐτούς· Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν· καθαρὸς ἐγώ· ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι. Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, εἰσῆλθεν εἰς οἰκίαν τινὸς ὀνόματι Τίτου Ἰούστου σεβομένου τὸν Θεὸν, οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ. Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ τῶν Κορινθίων ἀκούσαντες ἐπίστευον καὶ ἐβαπτίζοντο. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος ἐν νυκτὶ δι' ὁράματος τῷ Παύλῳ· Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς, διότι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε· διότι λαὸς ἔστι μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Ἐκάθισέ τε ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἕξ, διδάσκων ἐν αὐτοῖς τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Γαλλίωνος ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας, κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ, καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα, λέγοντες, ὅτι Παρὰ τὸν νόμον ἀναπείθει οὗτος τοὺς ἀνθρώπους σέβεσθαι τὸν Θεόν. Μέλλοντος δὲ τοῦ Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα, εἶπεν ὁ Γαλλίων πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· Εἰ μὲν ἦν ἀδίκημά τι, ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρὸν, ὦ Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν· εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου, καὶ ὀνομάτων, καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, ὄψεσθε αὐτοί· κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι. Καὶ ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος. Ἐπιλαβόμενοι δὲ πάντες οἱ Ἕλληνες Σωσθένην τὸν ἀρχισυνάγωγον, ἔτυπτον ἔμπροσθεν τοῦ βήματος· καὶ οὐδὲν τούτων τῷ Γαλλίωνι ἔμελλεν. Ὁ δὲ Παῦλος, ἔτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανὰς, τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος, ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν, καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα, καὶ Ἀκύλας, κειράμενος ἐν Κεγχρεαῖς τὴν κεφαλήν· εἶχε γὰρ εὐχήν. Κατήντησε δὲ εἰς Ἔφεσον, κἀκείνους κατέλιπεν αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν διελέξατο τοῖς Ἰουδαίοις. Ἐρωτώντων δὲ αὐτὸν ἐπὶ πλείονα χρόνον μεῖναι παρ' αὐτοῖς, οὐκ ἐπένευσεν· ἀλλ' ἀποταξάμενος αὐτοῖς, καὶ εἰπών· Δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ πάλιν ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς τοῦ Θεοῦ θέλοντος, καὶ ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου.

## TEXTUS.

XVIII, 1-21. Post hæc egressus ab Athenis, venit Corinthum. Et inveniens quemdam Judæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, et Priscillam uxorem ejus (eo quod præcepisset Claudius discedere omnes Judæos a Roma), accessit ad eos. Et quia ejusdem erat artis, manebat apud eos et operabatur (erant autem scenofactoriæ artis). Et disputabat in synagoga per omne Sabbatum, interponens nomen Domini Jesu, suadebatque Judæis et Græcis. Cum venissent autem de Macedonia Silas et Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Judæis esse Christum Jesum. Contradicentibus autem eis et blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum: mundus ego, ex hoc ad gentes vadam. Et migrans inde, intravit in domum cujusdam, nomine Titi Justi, colentis Deum, cujus domus erat conjuncta synagogæ. Crispus autem archisynagogus credidit Domino cum omni domo sua: et multi Corinthiorum audientes credebant et baptizabantur. Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, et ne taceas: propter quod ego sum tecum: et nemo apponetur tibi ut noceat te: quoniam populus est mihi multus in hac civitate. Sedit autem ibi annum et sex menses, docens apud eos verbum Dei. Gallione autem proconsule Achaiæ, insurrexerunt uno animo Judæi in Paulum et adduxerunt eum ad tribunal, dicentes: quia Contra legem hic persuadet hominibus colere Deum. Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Judæos: Si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum, o viri Judæi, recte vos sustinerem. Si vero quæstiones sunt de verbo et nominibus et lege vestra, vos ipsi videritis. Judex ego horum **282** nolo esse. Et minavit eos a tribunali. Apprehendentes autem omnes Sosthenem principem synagogæ, percutiebant eum ante tribunal; et nihil eorum Gallioni curæ erat. Paulus vero cum adhuc sustinuisset dies multos, fratribus valefaciens, navigavit in Syriam (et cum eo Priscilla et Aquila), qui sibi totonderat in Cenchris caput: habebat enim votum. Devenitque Ephesum, et ibi illos reliquit. Ipse vero ingressus synagogam, disputabat cum Judæis. Rogantibus autem eis ut ampliori tempore maneret, non consensit; sed valefaciens et dicens: Iterum revertar ad vos, Deo volente, profectus est ab Epheso.

## ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ἕκαστος τῶν ἀποστατούντων Χριστῷ, ὅς ἐστι ζωὴ, δοκεῖ ἑαυτὸν φονεύειν,

## COMMENTARIUS.

« Sanguis vester super caput vestrum. » Hoc perinde est, ac si diceret: Quicunque a Christo,



Digitized by Google

qui vita est, secessionem facit, semetipsum occidere videtur, a vita transmeans in mortem, sanguinemque ipsius quodammodo fundens per necem, quam sibi ipse infert. Ait itaque : Propterea quod incredulitate vestra vosmetipsos jugulatis, hujus rei pœnam vos luite : ego innoxius sum. Hinc vero colligi potest, eum qui se interficit, velut homicidam puniendum fore a Deo. « Nocte per visionem. » Adnotandum, nullum esse discrimen sive in somno, sive in vigilia Paulus viderit Dominum Jesum. Cæterum etiam de die aliquoties eum vidit. « Percutiebant eum. » Judæi idcirco Sosthenem percutiebant, quia magis addictus erat Paulo, sicut et Crispus archisynagogus. Vel in tantam illi insaniam venerunt, ut suo frustrati desiderio, loco Pauli Sosthenem principem synagogæ verberarent. Aut demum propterea illum verberabant, quia, cum vellent Paulum occidere, ipse eos prohibebat. Iterum vero Paulus « navigavit in Syriam, (et cum eo Priscilla et Aquila), qui sibi totonderat, inquit, caput. » Tondere caput voti causa mos erat proprius Judæorum. Priscillam et Aquilam « reliquit, » inquit, « Ephesi, » et quidem convenienter, ut ibi docerent. Cur vero Paulus, cum esset propheta, certoque sciret se Ephesum rediturum, non id absque conditione promisit, sed addidit, « Deo volente? » **283** Nempe docere nos voluit, ut nihil promittamus, nisi hac addita conditione : « volente Deo. » — « Nemo enim novit quid superventura pariat dies [60]. »

A ἀπὸ τῆς ζωῆς μεταβαίνων εἰς θάνατον, τὸ αἷμα αὐτοῦ τρόπον τινὰ ἐκχέων διὰ τῆς σφαγῆς ἣν ἐπιφέρει ἐφ' ἑαυτῷ. Τοῦτο οὖν φησιν· Ἀνθ' ὧν σφάζετε ἑαυτοὺς διὰ τῆς ἀπιστίας, αὐτοῦ τούτου ὑμεῖς ὑπόσχητε δίκην, ἐμοῦ ἀθώου ὄντος. Ἐντεῦθεν δὲ ἔστι συνιδεῖν, ὅτι ὁ σφάζων ἑαυτὸν τιμωρεῖται ὡς φονεὺς παρὰ τῷ Θεῷ. Σημειωτέον, ὅτι εἶδε τὸν Κύριον Ἰησοῦν ὁ Παῦλος δι' ὀνείρου, εἴτε γρηγορῶν ἐθεάσατο τὸν Ἰησοῦν, οὐδεμίαν διαφοράν. Πλὴν καὶ ἐν ἡμέραις [f. ἡμέρᾳ] ὤφθη αὐτῷ. Οὗτοι διὰ τοῦτο ἔτυπτον τὸν Σωσθένην, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἦν μᾶλλον προστιθέμενος τῷ Παύλῳ, ὡς καὶ Κρίσπος ὁ ἀρχισυνάγωγος· οἱ εἰς τοσοῦτον ἦσαν ἐληλακότες μανίας, ὅτι ἀποτυχόντες τοῦ σκοποῦ ἑαυτῶν, ἀντὶ τοῦ τύπτειν τὸν Παῦλον, Σωσθένην τὸν ἀρχισυνάγωγον ἔτυπτον· ἢ διὰ τοῦτο ἔτυπτον B αὐτὸν, ἐπειδὴ μᾶλλον ἠβουλήθησαν φονεῦσαι τὸν Παῦλον, καὶ Σωσθένης διεκώλυσεν αὐτούς. Πάλιν κάτεισι Παῦλος εἰς τὴν Συρίαν, « καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα, καὶ Ἀκύλας, κειράμενος, φησὶ, τὴν κεφαλήν. » Τὸ δὲ κείρασθαι τὰς κεφαλὰς κατ' εὐχὴν Ἰουδαϊκὸν ἦν. Τοὺς περὶ Ἀκύλαν, φησὶ, κατέλιπεν εἰς Ἔφεσον· τοῦτο δὲ ἐποίησεν εἰκότως, ὡς διδάξαντας. Τί δήποτε προφήτης ὢν Παῦλος, καὶ εἰδὼς ὅτι ἤμελλεν ἀναστρέφειν, οὐχ ἁπλῶς ἀναστρέφειν ἐπηγγείλατο, ἀλλὰ προστιθεὶς, « τοῦ Θεοῦ θέλοντος ; » Ἡμᾶς διδάσκων, μηδὲν περὶ τῶν μελλόντων ὑπισχνεῖσθαι ποιεῖν, δίχα τοῦ εἰπεῖν, « τοῦ Θεοῦ θέλοντος. » — « Οὐ γάρ τις οἶδε, τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα. »

Feria 4 hebdomadæ sextæ.

*De Apollo viro eloquente et fideli.*

TEXTUS.

**XVIII, 22-28.** Et descendens Cæsaream, ascendit et salutavit Ecclesiam, et descendit Antiochiam. Et facto ibi aliquanto tempore profectus est, perambulans ex ordine Galaticam regionem et Phrygiam, confirmans omnes discipulos. Judæus autem quidam, Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, devenit Ephesum, potens in Scripturis. Hic erat edoctus viam Domini : et fervens Spiritu loquebatur et docebat diligenter ea quæ sunt Jesu, sciens tantum baptisma Joannis. Hic ergo cœpit fiducialiter agere in synagoga. Quem cum audissent Priscilla et Aquila, assumpserunt eum, et diligentius D exposuerunt ei viam Domini. Cum autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres scripserunt discipulis ut susciperent eum. Qui cum venisset, contulit multum his qui crediderant. Vehementer enim Judæos revincebat publice, ostendens per Scripturas esse Christum Jesum.

C

Τῇ δ' τῆς ς' ἑβδομάδος.

*Περὶ Ἀπολλῶ ἀνδρὸς λογίου καὶ πιστοῦ.*

ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Καὶ κατελθὼν εἰς Καισάρειαν ἀναβὰς, καὶ ἀσπασάμενος τὴν Ἐκκλησίαν, κατέβη εἰς Ἀντιόχειαν· καὶ ποιήσας χρόνον τινὰ ἐξῆλθε, διερχόμενος καθ' ἑξῆς τὴν Γαλατικὴν χώραν καὶ Φρυγίαν, ἐπιστηρίζων πάντας τοὺς μαθητάς. Ἰουδαῖος δέ τις Ἀπολλὼς ὀνόματι, Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει, ἀνὴρ λόγιος κατήντησεν εἰς Ἔφεσον, δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς Γραφαῖς. Οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου· καὶ ζέων τῷ Πνεύματι, ἐλάλει καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννου. Οὗτός τε ἤρξατο παρρησιάζεσθαι ἐν τῇ συναγωγῇ. Ἀκούσαντες δὲ αὐτοῦ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, προσελάβοντο αὐτὸν, καὶ ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ. Βουλομένου δὲ αὐτοῦ διελθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς, ἀποδέξασθαι αὐτόν. Ὃς παραγενόμενος συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος. Εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ, ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν Γραφῶν εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.

COMMENTARIUS.

« Sciens tantum baptisma Joannis. » Operæ pretium est inquirere, quomodo, si Apollo baptisma tantum Joannis noverat, Spiritu nihilominus ferve-

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ἄξιον ζητῆσαι, πῶς, εἰ τὸ βάπτισμα μόνον Ἰωάννου ἠπίστατο οὗτος, τῷ Πνεύματι ἔζει· τὸ γὰρ Πνεῦμα οὐχ οὕτως ἐδίδοτο· καὶ εἰ οἱ μετὰ τοῦτον

[60] Prov. xxvii, 1.

Digitized by Google

ἐδεήθησαν τοῦ βαπτίσματος τοῦ Χριστοῦ, πολλῷ μᾶλλον καὶ οὗτος ἐδεήθη ἄν. Τί οὖν ἔστιν εἰπεῖν; οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἐφεξῆς ἔθηκεν ἀμφότερα. Δοκεῖ τοίνυν οὗτος εἶναι τῶν ρκ', τῶν μετὰ τῶν ἀποστόλων βαπτισθέντων· ἢ, εἰ μὴ τοῦτο, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Κορνηλίου γέγονε, γεγένηται καὶ ἐπὶ τούτῳ· ἀλλ' οὐδὲ βαπτίζεται. Τούτου οὖν ἀκριβῶς ἐξεπαθέντος [80], δοκεῖ τοῦτο μὴ εἶναι, ὅτι καὶ βαπτισθῆναι αὐτὸν ἔδει· ἐπεὶ οἱ ιβ' οἱ ἄλλοι οὐδὲν ἤδεισαν ἀκριβῶς, οὐδὲ τὰ περὶ Ἰησοῦ. Εἰκὸς δὲ αὐτὸν καὶ βαπτισθῆναι. Εἰ δὲ οὗτοι οἱ Ἰωάννου μετὰ τὸ βάπτισμα πάλιν ἐβαπτίζοντο, ἔδει καὶ τοὺς μαθητὰς τοῦτο ποιῆσαι.

A bat: nam Spiritus sanctus non ita dabatur: et si qui post istum fuerunt, opus habuere baptismo Christi, multo magis hic opus habuerit. Quid igitur dicendum? Non enim sine causa utrumque posuit sacer scriptor. Videtur itaque mihi hic unus ex iis centum viginti fuisse, qui cum apostolis baptizati sunt. Quod si ita sese res habet, dicendum, idem quod in Cornelio et in isto contigisse: attamen non baptizatur. Hac igitur re bene perpensa videtur non ita esse, ut baptizatum esse oportuerit (27), quoniam duodecim alii (28) nihil accurate sciebant, neque quidem **284** ea quæ Jesum ipsum spectabant. Verosimile tamen est etiam baptizatum fuisse. Et si Joannis discipuli post illius baptisma iterum baptizabantur, oportebat, ut et discipuli ita facerent.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

*Περὶ βαπτίσματος, καὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐωρεᾶς δοθείσης διὰ προσευχῆς Παύλου τοῖς ἐν Ἐφέσῳ πιστεύσασι· καὶ περὶ ἰάσεως τοῦ λαοῦ.*

Τῇ παρασκευῇ τῆς ς' ἑβδομάδος.

## CAPUT XXVIII.

*De baptismate et dono Spiritus sancti ob orationem Pauli, iis qui Ephesi crediderunt, et de sanatione populi*

Feria 6 hebdomadæ sextæ.

## ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν Ἀπολλῶ εἶναι ἐν Κορίνθῳ, Παῦλον διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη ἐλθεῖν εἰς Ἔφεσον· καὶ εὑρών τινας μαθητάς, εἶπε πρὸς αὐτούς· Εἰ Πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν· Ἀλλ' οὐδὲ εἰ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἠκούσαμεν. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; Οἱ δὲ εἶπον· Εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα. Εἶπε δὲ Παῦλος· Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας τῷ λαῷ, λέγων, εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσι, τουτέστιν εἰς τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας, ἦλθε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς· ἐλάλουν τε γλώσσαις καὶ προεφήτευον. Ἦσαν δὲ οἱ πάντες, ἄνδρες ὡσεὶ δώδεκα. Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν συναγωγὴν ἐπαῤῥησιάζετο, ἐπὶ μῆνας τρεῖς διαλεγόμενος καὶ πείθων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

## TEXTUS.

XIX, 1-8. Factum est autem, cum Apollo esset Corinthi, ut Paulus, peragratis superioribus partibus, veniret Ephesum, et inveniret quosdam discipulos, dixitque ad eos: Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neque si Spiritus sanctus est, audivimus. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Joannis baptismate. Dixit autem Paulus: Joannes baptizavit baptismo pœnitentiæ populum, dicens: In eum qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est in Jesum. His auditis, baptizati sunt in nomine Jesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, et loquebantur linguis et prophetabant. Erant autem omnes viri fere duodecim. Introgressus autem synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans et suadens de regno Dei.

## ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Πόθεν οὖτοι ἐν Ἐφέσῳ ὄντες, τὸ βάπτισμα εἶχον Ἰωάννου; Ἴσως ἐπεδήμησαν τοῖς Ἱεροσολύμοις τότε, καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὸν Ἰωάννην, καὶ ἐβαπτίσθησαν, καὶ οὐδὲ τὸν Ἰησοῦν ἠπίσταντο· διὸ οὐδὲ λέγει αὐτοῖς, Πιστεύετε εἰς τὸν Ἰησοῦν; ἀλλ', « Εἰ Πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε; » καὶ τοῦτο εἰδὼς ὅτι οὐκ εἶχον· ἀλλὰ βούλεται αὐτοὺς εἰπεῖν, ἵνα μαθόντες ὧν ἀπεστέρηνται, εὐθέως αἰτήσωσιν. Ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου προφητεύει καὶ ἐνάγει αὐτούς, ὅτι τοῦτο βούλεται τὸ βάπτισμα

## COMMENTARIUS.

Unde isti qui Ephesi morabantur, baptismum habebant Joannis? Fortasse ii pridem Jerosolymam profecti fuerant; et tunc ad Joannem accesserunt, et baptizati ab eo sunt, quin Jesum cognoscerent. Quare non dicit illis: Credite in Jesum Christum? sed, « Si Spiritum sanctum recepistis? » licet apprime nosset, eos non recepisse. Sed vult ut ipsi hoc fateantur, ut animadvertentes, quo dono carerent, quantocius illud exposcerent (29).

## Variæ lectiones et notæ.

[80] ἐξετασθέντος.

(27) Chrysostomus, unde hæc commentatio desumpta est, paulo aliter, et, ut puto, verius et clarius, ista habet sic: Ἀλλ' οὐ βαπτίζεται, ἀλλ' ὅτε ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο. Τοῦτο δὲ εἶναί μοι ἀληθὲς φαίνεται, ὅτι βαπτισθῆναι αὐτὸν ἔδει· ἐπεί τις. *Sed non baptizatur, donec illi accuratius exposuerunt. Hoc mihi verum esse videtur, quia baptizari illum oportebat. Quoniam*, etc. Discrepantiam hanc ex librariorum oscitantia vel temeritate ortam esse puto; unde arbitror pro μὴ, *non*, legendum μοι, *mihi*, et verba prætermissa restituenda ex Chrysostomo.

(28) De quibus cap. sequente: ubi v. 7 *fere duodecim* fuisse dicuntur.

(29) Textus Græcus hujus expositionis plane deideratur in editione Œcumenii curata Parisiis an. 1631, licet exstet versio Latina: sed illi ad latus denuo appositus est textus Græcus expositionis superioris, insigni sane editoris vel typographi incuria.

Digitized by Google

A Joanni's baptismate vaticinatur (30) et edocet eos, quod hoc sibi vellet Joannis baptisma. **285** Hinc vero ostenditur baptisma illud imperfectum fuisse : non enim dixit « baptismum » esse remissionis, sed, « pœnitentiæ. » Deinde « baptizati in nomine Domini Jesu, » inquit, manibus Pauli statim Spiritum sanctum acceperunt. Ipsum tamen non videbant : invisibilis est enim. Verum sensibile aliquod ipsius virtutis argumentum edebat gratia in eo, quod alius quidem Persarum, alius Romanorum et alius Indorum, alius denique simili alia aliqua lingua protinus loquebatur : et hoc extraneis manifestabat Spiritum inesse ita loquentibus, Deo palam faciente, id supremæ esse potestatis.

A Ἰωάννου. Ἐντεῦθεν δὲ δείκνυται, ὅτι ἀτελὴς ἦν τὸ βάπτισμα Ἰωάννου. Οὐ γὰρ εἶπεν ἀφέσεως, ἀλλὰ, « μετανοίας, » εἶναι. Εἶτα βαπτισθέντες εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, φησὶν, ὑπὸ τῶν χειρῶν Παύλου, εὐθέως τὸ Πνεῦμα ἐλάμβανον. Τοῦτο δὲ οὐχ ἑώρων (ἀόρατον γάρ ἐστιν), αἰσθητὸν δέ τινα ἔλεγχον ἐδίδου τῆς ἐνεργείας ἐκείνης ἡ χάρις· καὶ ὁ μὲν τῇ Περσῶν, ὁ δὲ τῇ Ῥωμαίων, ὁ δὲ τῇ Ἰνδῶν, ὁ δὲ ἑτέρᾳ τινὶ τοιαύτῃ εὐθέως ἐφθέγγετο γλώσσῃ, καὶ τοῦτο ἐφανεροῦτο τοῖς ἔξωθεν, ὅτι τὸ Πνεῦμά ἐστιν ἐν αὐτῷ τῷ φθεγγομένῳ, δεικνὺς ὁ Θεὸς ὅτι τοῦτό ἐστι τῆς ἐξουσίας τῆς ἀνωτάτω.

Ecce hic proprie impletur illud : « Qui autem minor est in regno cœlorum, major est illo [81] : » siquidem Paulus apostolorum ultimus quoad vocationem, quod Joannes in baptismate non dedit, illud per manuum impositionem tribuit.

B Ἰδοὺ ἐνταῦθα πληροῦται ἰδικῶς τὸ, « Ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων αὐτοῦ ἐστιν. » Ἰδοὺ γὰρ ὁ τῶν ἀποστόλων ἔσχατος περὶ τὴν κλῆσιν, ὅπερ οὐκ ἔδωκεν Ἰωάννης ἐν τῷ βαπτίσματι, τοῦτο διὰ τῶν χειρῶν τοῦ Παύλου ἔλαβον οἱ βαπτισθέντες.

*De filiis Scevæ ; et quod non oporteat accedere ad infideles, et qui se fide indignos reddiderunt. Item de confessione credentium ; et de seditione Ephesi mota a Demetrio argentario contra apostolos.*

*Περὶ τῶν υἱῶν Σκευᾶ, ὅτι οὐ δεῖ προσχωρεῖν ἀπίστοις, καὶ ἀναξίοις τῆς πίστεως γενομένοις· καὶ περὶ ἐξομολογήσεως τῶν πιστευόντων· καὶ περὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ κινηθείσης στάσεως ὑπὸ Δημητρίου τοῦ ἀργυροκόπου κατὰ τῶν ἀποστόλων.*

## TEXTUS.

XIX, 9-40. Cum autem quidam indurarentur, et non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudine ; discedens ab eis, segregavit discipulos, quotidie disputans in schola tyranni cujusdam. Hoc autem factum est per biennium, ita ut omnes qui habitabant in Asia, audirent verbum Domini, Judæi atque gentiles. Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manus Pauli ; ita ut etiam super languidos deferrentur a corpore ejus sudaria et semicinctia, et recedebant ab eis languores, et spiritus nequam egrediebantur. Tentaverunt autem quidam et de circumeuntibus Judæis exorcistis invocare, super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Jesu, dicentes : Adjuro vos per Jesum quem Paulus prædicat. Erant autem quidam Judæi Scevæ principis sacerdotum septem filii qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus nequam dixit eis : Jesum novi, et Paulum scio ; vos autem qui estis ? Et insiliens in eos homo, in quo erat dæmonium pessimum, et dominatus amborum, invaluit contra eos, ita ut nudi et vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem notum factum est omnibus Judæis atque gentilibus, qui habitabant Ephesi, et cecidit

## KEIMENON.

Ὡς δέ τινες ἐσκληρύνοντο καὶ ἠπείθουν, κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν ἐνώπιον τοῦ πλήθους, ἀποστὰς ἀπ' αὐτῶν, ἀφώρισε τοὺς μαθητὰς, καθ' ἡμέραν διαλεγόμενος ἐν τῇ σχολῇ τυράννου τινός. Τοῦτο δὲ ἐγίνετο ἐπὶ ἔτη δύο, ὥστε πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν Ἀσίαν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας. Δυνάμεις τε οὐ τὰς τυχούσας ὁ Θεὸς ἐποίει διὰ τῶν χειρῶν Παύλου· ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια καὶ σιμικίνθια, καὶ ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσους, τά τε πνεύματα τὰ πονηρὰ ἐξέρχεσθαι ἀπ' αὐτῶν. Ἐπεχείρησαν δέ τινες τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν, ὀνομάζειν ἐπὶ τοὺς ἔχοντας τὰ πνεύματα τὰ πονηρὰ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, λέγοντες· Ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὁ Παῦλος κηρύσσει. Ἦσαν δέ τινες υἱοὶ Σκευᾶ Ἰουδαίου ἀρχιερέως ἑπτὰ, οἱ τοῦτο ποιοῦντες. Ἀποκριθὲν δὲ τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, εἶπεν αὐτοῖς· Τὸν Ἰησοῦν γινώσκω, καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι· ὑμεῖς δὲ τίνες ἐστέ ; Καὶ ἐφαλλόμενος ὁ ἄνθρωπος ἐπ' αὐτοὺς, ἐν ᾧ ἦν τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, καὶ κατακυριεύσας ἀμφοτέρων, ἴσχυσε κατ' αὐτῶν, ὥστε γυμνοὺς καὶ τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν ἐκ τοῦ

[81] Matth. II, 11.

## Variæ lectiones et notæ.

(30) Textus iste, qui alias est Chrysostomi, ita vitiatus ac deformatus est, ut congruum sensum non reddat. En integram Chrysostomi commentationem in ea verba : *Et loquebantur linguis, et prophetabant :* Ἀπ' αὐτοῦ τοῦ βαπτίσματος προφητεύουσι. Τοῦτο δὲ τὸ Ἰωάννου βάπτισμα οὐκ εἶχε, διὸ καὶ ἀτελὴς ἦν. Ἵνα δὲ τῶν τοιούτων ἀξιωθῶσι, προπαρεσκευασε μᾶλλον αὐτοῦ. Ὥστε τοῦτο ἐβούλετο Ἰωάννης βαπτίζων, πιστεῦσαι εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτόν. *Ab ipso baptismate prophetant. Hoc autem Joannis baptisma non habebat ; ideoque imperfectum erat. Ut porro his digni haberentur, præparavit illos. Itaque hoc volebat Joannes, cum baptizabat, ut crederent in venturum post ipsum.*

Digitized by Google

οἴκου ἐκείνου. Τοῦτο δὲ γνωστὸν ἐγένετο πᾶσιν Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι τοῖς κατοικοῦσι τὴν Ἔφεσον· καὶ ἐπέπεσε φόβος ἐπὶ πάντας αὐτοὺς, καὶ ἐμεγαλύνετο τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Πολλοί τε τῶν πεπιστευκότων ἤρχοντο, ἐξομολογούμενοι καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν. Ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων, συνενέγκαντες τὰς βίβλους, κατέκαιον ἔμπροσθεν πάντων· καὶ συνεψήφισαν τὰς τιμὰς αὐτῶν, καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε· οὕτω κατακράτος ὁ λόγος τοῦ Κυρίου ηὔξανε καὶ ἴσχυεν. Ὡς δὲ ἐπληρώθη ταῦτα, ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ Πνεύματι, διελθὼν τὴν Μακεδονίαν καὶ Ἀχαΐαν, πορεύεσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα, εἰπὼν, ὅτι, Μετὰ τὸ γενέσθαι με ἐκεῖ, δεῖ με καὶ Ῥώμην ἰδεῖν. Ἀποστείλας δὲ εἰς τὴν Μακεδονίαν δύο τῶν διακονούντων αὐτῷ, Τιμόθεον καὶ Ἔραστον, αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν. Ἐγένετο δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τάραχος οὐκ ὀλίγος περὶ τῆς ὁδοῦ. Δημήτριος γάρ τις ὀνόματι, ἀργυροκόπος, ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος, παρείχετο τοῖς τεχνίταις οὐκ ὀλίγην ἐργασίαν. Οὓς συναθροίσας καὶ τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάτας, εἶπεν· Ἄνδρες, ἐπίστασθε ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῖν ἐστι· καὶ θεωρεῖτε καὶ ἀκούετε, ὅτι οὐ μόνον τῆς Ἐφέσου, ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τῆς Ἀσίας ὁ Παῦλος οὗτος πείσας μετέστησεν ἱκανὸν ὄχλον, λέγων, ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ οἱ διὰ χειρῶν γινόμενοι. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῶν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰς οὐδὲν λογισθῆναι· μέλλει δὲ καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς, ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκουμένη σέβεται. Ἀκούσαντες δὲ, καὶ γενόμενοι πλήρεις θυμοῦ, ἔκραζον λέγοντες· Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων. Καὶ ἐπλήσθη ἡ πόλις ὅλη τῆς συγχύσεως· ὥρμησάν τε ὁμοθυμαδὸν εἰς τὸ θέατρον, συναρπάσαντες Γάϊον καὶ Ἀρίσταρχον, Μακεδόνας, συνεκδήμους Παύλου. Τοῦ δὲ Παύλου βουλομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, οὐκ εἴων αὐτὸν οἱ μαθηταί. Τινὲς δὲ καὶ τῶν Ἀσιαρχῶν ὄντες αὐτῷ φίλοι, πέμψαντες πρὸς αὐτὸν παρεκάλουν μὴ ἐκδοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον. Ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλο τι ἔκραζον· ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη, καὶ οἱ πλείους οὐκ ᾔδεισαν τίνος ἕνεκα συνεληλύθεισαν. Ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου προεβίβασαν Ἀλέξανδρον, προβαλλόντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος κατασείσας τῇ χειρὶ ἤθελεν ἀπολογήσασθαι τῷ δήμῳ. Ἐπιγνόντες δὲ ὅτι Ἰουδαῖός ἐστι, φωνὴ ἐγένετο μία ἐκ πάντων, ὡς ἐπὶ ὥρας δύο κραζόντων· Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων. Καταστείλας δὲ ὁ γραμματεὺς τὸν ὄχλον, φησίν· Ἄνδρες Ἐφέσιοι, τίς γάρ ἐστιν ἀνθρώπων, ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος καὶ τοῦ Διοπετοῦς; Ἀναντιῤῥήτων οὖν ὄντων τούτων, εἶπε, δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν, καὶ μηδὲν προπετὲς πράσσειν. Ἠγάγετε γὰρ τοὺς ἄνδρας τούτους, οὔτε ἱεροσύλους, οὔτε βλασφημοῦντας τὴν θεὰν ὑμῶν. Εἰ μὲν οὖν Δημήτριος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται, ἔχουσι πρός τινα λόγον, ἀγοραῖοι ἄγονται, καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν· ἐγκαλείτωσαν ἀλλήλοις. Εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε, ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται. Καὶ γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι

A dit timor super omnes illos, et magnificabatur nomen **286** Domini Jesu. Multique credentium veniebant confitentes et annuntiantes actus suos. Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati; contulerunt libros et combusserunt coram omnibus : et computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Ita fortiter crescebat verbum Dei et confirmabatur. His autem expletis, proposuit Paulus in Spiritu, transita Macedonia et Achaia, ire Jerosolymam, dicens : quoniam Postquam fuero ibi, oportet me et Romam videre. Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheum et Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia. Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via Domini. B Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum quæstum : quos convocans, et eos qui hujusmodi erant opifices, dixit : Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio; et videtis, et auditis, quia non solum Ephesi, sed pene totius Asiæ, Paulus hic suadens avertit multam turbam, dicens, quoniam non sunt dii, qui manibus fiunt. Non solum autem hæc periclitatur nobis pars in redargutionem venire, sed et magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, sed et destrui incipiet majestas ejus, quam tota Asia et orbis colit. His auditis, repleti sunt ira, et exclamaverunt dicentes : Magna Diana Ephesiorum. Et impleta est C civitas confusione, et impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Gaio et Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli. Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt discipuli. Quidam autem et de Asiæ principibus, qui erant amici ejus, miserunt ad eum, rogantes ne se daret in theatrum : alii autem aliud clamabant. Erat enim ecclesia confusa, et plures nesciebant qua ex causa convenissent. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Judæis. Alexander autem, manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo. Quem ut cognoverunt Judæum esse, vox facta una est omnium, quasi per horas duas clamantium : Magna Diana Ephesiorum. Et cum sedasset scriba turbas, dixit : Viri Ephesii, quis enim est homi- D num qui nesciat Ephesiorum civitatem Neocoron esse magnæ Dianæ, et Diopetis? Cum ergo his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, et nihil temere agere. Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestram. Quod si Demetrius, et qui cum eo sunt artifices, habent adversus aliquem causam, conventus forenses aguntur et proconsules sunt : accusent invicem. Si quid autem **287** alterius rei quæritis, in legitima ecclesia poterit absolvi. Nam et periclitamur argui seditionis hodiernæ, cum nullus obnoxius sit (de quo possimus reddere rationem) concursus istius. Et cum hæc dixisset, dimisit ecclesiam.

Digitized by Google

στάσεως περὶ τῆς σήμερον, μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος, περὶ οὗ δυνησόμεθα ἀποδοῦναι λόγον περὶ τῆς συστροφῆς ταύτης. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν.

## CAPUT XXIX.

*Circuitus Pauli : ubi et de morte et resuscitatione Eutychi per orationem Pauli Troade.*

### TEXTUS.

**XX, 1-6.** Postquam autem cessavit tumultus, vocavit Paulus discipulos, et exhortatus eos, valedixit, et profectus est ut iret in Macedoniam. Cum autem perambulasset partes illas, et exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Græciam. Ubi cum fecisset menses tres, factæ sunt illi insidiæ a Judæis navigaturo in Syriam ; habuitque consilium ut reverteretur per Macedoniam. Comitatus est autem eum Sopater Pyrrhi Berœensis, Thessalonicensium vero Aristarchus et Secundus et Gaius Derbeus et Timotheus, Asiani vero Tychicus et Trophymus. Hi cum præcessissent, sustinuerunt nos Troade. Nos vero navigavimus post dies Azymorum a Philippis, et venimus ad eos Troadem in diebus quinque, ubi demorati sumus diebus septem.

### COMMENTARIUS.

Viam hic dicit Christum, vel fidem veram : hæc enim est via, quæ ducit ad regnum cœlorum. Hinc docet, oportere ut ab iis qui in Filium Dei blasphemant, omnino recedant, qui in ipsum credunt. Sudaria et semicinctia. Utraque linea sunt. Verum sudaria capiti imponuntur : at semicinctia in manibus tenere solent, **288** qui oraria gestare non possunt, ut sunt, qui consulares gestant stolas, aut saga, ad abstergendos a facie humores, ut sudorem, salivam, lacrymas et similia. « Tentaverunt autem. » Ipsa hæc vox ostendit, exorcistas illos, non quia crederent in Jesum, sed tentandi tantum causa, aggressos esse exorcizare impura dæmonia in nomine Domini. Quare, velut infideles, ut impurus dixit spiritus, paulo post temeritatis suæ pœnas dedere. Redarguit enim ipsos, et scenam eorum patefecit, vehementer iratus dæmon : quemadmodum, si quis de extremis periclitans, a misero (31) aliquo et ærumnoso coarguatur, omnem in illum furorem effundere conatur. « Contulerunt libros. » Adnotandum quod, quanquam magici libri multi essent pretii, quippe qui pulcherrima vitæ continebant, Christi fideles tamen ea non vendiderint ; sed licet eo loci alii essent, qui eos enumerato pretio comparare sibi voluissent, combusserunt : et hoc, primo quidem, ne quisquam exitialem illam animarum pestem participaret ; deinde ne hac via

## ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

*Περίοδος Παύλου· ἐν ᾗ περὶ θανάτου καὶ ἀναλήσεως Εὐτυχοῦς διὰ προσευχῆς ἐν Τρωάδι.*

### ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον, μεταπεμψάμενος ὁ Παῦλος τοὺς μαθητὰς, καὶ παρακαλέσας ἀσπασάμενός τε, ἐξῆλθε πορεύεσθαι εἰς Μακεδονίαν. Διελθὼν δὲ τὰ μέρη ἐκεῖνα, καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς λόγῳ πολλῷ, ἦλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα. Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς, γενομένης αὐτῷ ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, μέλλοντι ἀνάγεσθαι εἰς τὴν Συρίαν, ἐγένετο γνώμη τοῦ ὑποστρέφειν διὰ Μακεδονίας. Συνείπετο δὲ αὐτῷ ἄχρι τῆς Ἀσίας Σώπατρος Πύρρου Βεροιαῖος· Θεσσαλονικέων δὲ, Ἀρίσταρχος, καὶ Σεκοῦνδος, καὶ Γάϊος Δερβαῖος, καὶ Τιμόθεος· Ἀσιανοὶ δὲ, Τυχικὸς καὶ Τρόφιμος. Οὗτοι δὲ προελθόντες, ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρωάδι. Ἡμεῖς δὲ ἐξεπλεύσαμεν μετὰ τὰς ἡμέρας τῶν Ἀζύμων ἀπὸ Φιλίππων, καὶ ἤλθομεν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν Τρωάδα ἄχρις ἡμερῶν πέντε, οὗ διετρίψαμεν ἡμέρας ἑπτά.

### ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ὁδὸν λέγει τὸν Χριστὸν, ἢ ὁδὸν λέγει τὴν πίστιν τὴν ἀληθινήν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἐντεῦθεν διδάσκει ἡμᾶς, ἀπὸ τῶν βλασφημούντων τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ χωρίζεσθαι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας. Σουδάρια καὶ σιμικίνθια, ἀμφότερα λινώδη εἰσί. Πλὴν τὰ μὲν σουδάρια ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιβάλλεται· τὰ δὲ σιμικίνθια ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσιν οἱ μὴ δυνάμενα ὁράρια φορέσαι, οἷοί εἰσιν οἱ φοροῦντες ὑπατικὰς, ἢ γουβία, πρὸς τὸ ἀπομάττεσθαι τὰς ὑγρότητας τοῦ προσώπου, οἷον ἱδρῶτας, πτύελον, δάκρυον, καὶ τὰ ὅμοια. Δείκνυσιν αὕτη ἡ λέξις, ὅτι οὐχ ὡς πιστεύοντες τῷ Ἰησοῦ οἱ ἐξορκισταὶ ἐξώρκιζον τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου, ἀλλ' ὡς πειράζοντες. Διὸ καὶ ὡς μὴ ὄντες πιστοὶ, ὡς τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμά φησι, τῆς προπετείας δεδώκασι πρὸς ὀλίγον δίκην. Διήλεγξε γὰρ αὐτοὺς, καὶ τὴν σκηνὴν αὐτῶν φανερὰν ἐποίησε, σφόδρα θυμωθεὶς ὁ δαίμων, ὡσὰν εἴ τις περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύων, ὑπό τινος οἰκτροῦ [καὶ ταλαιπώρου] διελέγχοιτο, καὶ πάντα εἰς ἐκεῖνον ἀφιέναι [81] βούλεται τὸν θυμόν. Σημειωτέον δὲ, ὅτι καίτοι πολυτίμους οὔσας τὰς γοητικὰς αὐτῶν βίβλους, ὡς τῶν ἐν βίῳ ἐχουσῶν τὰ κάλλιστα, οἱ εἰς Χριστὸν πιστεύσαντες οὐκ ἐπώλησαν, ἀλλ' ἔκαυσαν· καίτοι ἄλλων ἐκεῖσε τοιούτων ὄντων τῶν θελόντων τὰς βίβλους κτήσασθαι· πρῶτον μὲν, ἵνα μή τις μετάσχῃ τῆς ἀπ' αὐτῶν ψυχοφθόρου

### Variæ lectiones et notæ.

[81] ἀφεῖναι.

(31) Hentenius pro οἰκτροῦ, *misero*, habet ἐχθροῦ, *inimico* ; unde vertit, *velut si quis in extremis periculis positus ab aliquo inimico arguatur*, haud sane recto sensu. At Chrysostomus, cujus est hic textus, habet οἰκτροῦ καὶ ταλαιπώρου, *misero et ærumnoso*, ut nos posuimus ; quo congrua ratio redditur excandescentiæ dæmonis.

Digitized by Google

λύμης· ἔπειτα δὲ, ἵνα μὴ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας κτήσωνταί τι. Ὥσπερ γὰρ τὸ ἀπὸ πορνείας κέρδος ἀπηγόρευται προσάγειν Θεῷ, οὕτως οὐδὲ τὸ ἐκ τῆς αἰτίας ταύτης ἀργύριον τεθῆναι παρὰ τοὺς τῶν ἀποστόλων πόδας δίκαιον ἔκριναν, ἢ εὐαπόδεκτον. « Καὶ τοῦ Διοπετοῦς. » Τὸ εἴδωλον τῆς Ἀρτέμιδος ἐκαλεῖτο Διοπετὲς, ὡς ἐκ τοῦ Διὸς πεπτωκός· ἤτοι τὸ ὄστρακον [ἔλεγον] ἐκεῖνο πάντως [52] Διοπετὲς, τὸ ἐξ οὐρανοῦ πεσὸν παρὰ τοῦ Διὸς πεμφθὲν, ἤτοι καταπτὸν [53], καὶ οὐ γενόμενον ὑπὸ ἀνθρώπου ἄγαλμα τῆς Ἀρτέμιδος, καθὼς ἐμύθευον Ἕλληνες. « Νεωκόρον » δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἱερόδουλον. Κόρημα γάρ ἐστι τὸ σάρωμα, [ἀφ' οὗ καὶ νεωκόρος,] τουτέστι [ὁ τὸν ναὸν] σαρῶν καὶ κοσμῶν. Εἶδος ἦν δικαστῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ [εὐτελῶν]· λέγονται δὲ ἀγοραῖοι καὶ οἱ δικολόγοι.

A quidquam sibi acquirerent. Quemadmodum enim, ne collectum ex fornicatione lucrum Deo offerretur, prohibitum erat; ita neque argentum tali modo comparatum, ut ad pedes apostolorum poneretur, dignum censebant, aut ab illis facile acceptandum, judicabant. « Et Diopetis (32). » Simulacrum Dianæ Diopetes vocabatur, hoc est a Jove delapsum, sive quia testam illam omnes sic vocabant, velut a Jove e cœlo demissam; seu quod statua illa Dianæ e cœlo devolaverit, adeoque ab hominibus facta non fuerit: quod Græci fabulabantur. « Neocoron » autem idem est, ac sacrorum famulam, ædituam. Coremsa enim idem est ac purgatio. Unde Neocoros ille est, qui *naon*, seu templum purgat et ornat (33). « Conventus forenses » erant B in Asia genus judicum inferiorum. Cæterum etiam causidici dicuntur forenses.

Τῷ Σαββάτῳ τῆς ς' ἑβδομάδος.

KEIMENON.

Ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων, συνηγμένων ἡμῶν τοῦ κλάσαι ἄρτον, ὁ Παῦλος διελέγετο αὐτοῖς, μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον· παρέτεινέτε τὸν λόγον μέχρι μεσονυκτίου. Ἦσαν δὲ λαμπάδες ἱκαναὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ, οὗ ἦμεν συνηγμένοι. Καθήμενος δέ τις νεανίας ὀνόματι Εὔτυχος ἐπὶ τῆς θυρίδος, καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ διαλεγομένου τοῦ Παύλου ἐπὶ πλεῖον, κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου κάτω, καὶ ἤρθη νεκρός. Καταβὰς δὲ ὁ Παῦλος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτῷ, καὶ συμπεριλαβὼν αὐτὸν, εἶπε· Μὴ θορυβεῖσθε· ἡ γὰρ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἐστιν. Ἀναβὰς δὲ καὶ κλάσας τὸν ἄρτον καὶ γευσάμενος, ἐφ' ἱκανόν τε ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς, οὕτως ἐξῆλθεν. Ἤγαγον δὲ τὸν παῖδα ζῶντα, καὶ παρεκλήθησαν οὐ μετρίως. Ἡμεῖς δὲ προελθόντες ἐπὶ τὸ πλοῖον ἀνήχθημεν ἐπὶ τὴν Ἄσσον, ἐκεῖθεν μέλλοντες ἀναλαμβάνειν τὸν Παῦλον· οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος, μέλλων αὐτὸς πεζεύειν. Ὡς δὲ συνέβαλεν ἡμῖν εἰς τὴν Ἄσσον, ἀναλαβόντες αὐτὸν ἤλθομεν εἰς Μιτυλήνην. Κἀκεῖθεν ἀποπλεύσαντες, τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμεν ἀντικρυς Χίου· τῇ δὲ ἑτέρᾳ παρεβάλομεν εἰς Σάμον· καὶ μείναντες ἐν Τρωγυλίῳ, τῇ ἐχομένῃ ἤλθομεν εἰς Μίλητον.

Sabbato hebdomadæ sextæ.

TEXTUS.

« Ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, εἰσέλθῃ δὲ καὶ πτωχὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι, ἐπιβλέψητε δὲ ἐπὶ τὸν φοροῦντα τὴν ἐσθῆτα τὴν λαμπρὰν, καὶ εἴπητε, Σὺ κάθου ὧδε καλῶς· καὶ τῷ πτωχῷ εἴπητε· Σὺ στῆθι ἐκεῖ, ἢ κάθου ὧδε ὑπὸ τὸ ὑποπόδιόν μου. » Ἔοικε τὸ δακτυλιοφορεῖν μάλιστα παρ' Ἑβραίοις ἕξιν κεῖσθαι. Ἴσως δὲ ἐρεῖ τις ἐνταῦθα· Εἰ τῆς κατὰ [Χριστὸν] Διαθήκης Ἰάκωβος διδάσκαλος, πῶς νῦν οὐχὶ καταπαύει τὰ τοῦ νόμου, ἀλλὰ μᾶλλον ἐξαίρει, τοὺς ἐν τῇ τοῦ νόμου θρησκείᾳ ἀποδεχόμενος, καὶ μὴ ἐπιτιμῶν τούτοις; Πρὸς ὃν ἐκεῖνο ἐροῦμεν, ὡς εἰσαγωγικώτερον αὐτοῖς νῦν διαλέγεται, καὶ συγκαταβαίνει τῇ τούτων ἀσθενείᾳ, ἵνα μὴ ἐκ θυρῶν ἀνατρέπων τὸν νόμον, ὀπίσω χωρεῖν ποιήσῃ τῇ καινότητι τῶν διδαγμάτων. Οἰκονομικώτερον δὲ μεταχειρισάμενος τὸ πρᾶγμα, καὶ ὑπενδοὺς ὅσον αὐτὸν οὐκ ἔβλαπτεν εἰς τὴν Καινὴν Διαθήκην ταῖς νομικαῖς δεισιδαίαις (τί γὰρ αὐτὸν παρέφερε Σαββατισμὸς, ἢ νηστεία καὶ ἀποχὴ βρωμάτων τῆς κατὰ Χριστὸν πίστεως), καὶ τούτοις τέως προσεκτικωτέρους αὐτοὺς τοῦ ἑαυτοῦ λόγου λαβὼν, οὕτως κατὰ μικρὸν τῶν μὲν ἀφίστασθαι παραινεῖν [*f.* — νεῖ], τῶν τοῦ νόμου, ὡς ἀνωφελῶν, καὶ πρὸς δουλείαν, οὐ πρὸς ἐλευθερίαν μεταχαλούντων, τὴν ἐν Χριστῷ. Σοφῶς τοιγαροῦν ταῖς βραχείαις ὑπαλλαγαῖς χρώμενος, ὅτε μὴ δυσχερεστοῦντας εἶλαι[ *f.* εἶλε] τοῖς λεγομένοις, τότε τὰ προσήκοντα Χριστιανοῖς παρέθηκεν.

Vers. 4. « Et nonne dijudicastis (12) apud vosmetipsos, » Particula copulativa *et* hic abundat (13), est enim tantummodo ex vetusto loquendi more apposita. Cum enim hoc sit consequens præcedentis orationis membrum, superflua est conjunctio. Ita enim se habet : « Si introierit quis in conventum vestrum, » etc. Deinde : « Nonne dijudicastis apud vosmetipsos? » Cum hoc sit alterum periodi membrum, phrasis postulabat, ut absque conjunctione *et* proferretur, ut hujusmodi sensus exsurgeret : Quoniam non, ut oportebat, dijudicastis, « facti estis judices cogitationum pravarum. » Illud autem, « Nonne dijudicastis, » perinde est, ac Judicium vestrum, nulla prius disquisitione facta, an

« [Καὶ] οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς; » Ὁ *καὶ* σύνδεσμος παρέλκει ἐνταῦθα συνήθως ἀρχαϊζούσῃ φράσει, ἐπεὶ ἀποδόσεως οὔσης ἐνταῦθα τοῦ ἄνω εἰρημένου, περιττὸς ὁ σύνδεσμος· ἔστι γὰρ οὕτως· « Ἐάν τις εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν, » καὶ ἑξῆς· εἶτα, « Οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς; » Ἐνταῦθα τῆς ἀποδόσεως οὔσης, ἐκτὸς ἀπαιτεῖ τοῦ, *καὶ* συνδέσμου ἡ φράσις προσενεχθῆ· ἵνα οὕτως ᾖ· Ἐπειδὴ οὐ τὸ δέον ἐκρίνατε, « ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν. » Τὸ δὲ, « Οὐ διεκρίθητε, » ἀντὶ τοῦ, Τὸ διακριτικὸν ὑμῶν διεφθείρατε, μηδεμίαν συζήτησιν ποιήσαντες πρότερον, τὸν πένητα μὲν, σπουδαῖον δὲ, ἢ τὸν πλούσιον μὲν, ῥάθυμον δέ· ἀλλὰ τὸ ἀδιάκριτον ὑμῶν ὑπηγάγετο ὑμᾶς ἐν προσωποληψίᾳ,

Bonifacii Finetti notæ.

(12) Vulgata habet *judicatis*. Aliqui hic vertunt *dijudicati estis in vobismetipsis*, quod διεκρίθητε sit formæ passivæ.

(13) Et hac fortasse de causa a vulgato interprete omissa est.

Digitized by Google

τὸν μὲν ἐπαινέσαι διὰ τὸν πλοῦτον, τὸν δὲ ἀτιμάσαι διὰ τὴν πενίαν. « Καὶ ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν. » Τοῦτ' ἔστιν, ἄδικοι κριταὶ τῇ πονηρίᾳ ἐκ προσωπολημψίας προθέμενοι [*f.* προσθ.]

A pauper strenuus vir esset, aut dives ignavus, corrupistis, et pravum vestrum judicium induxit vos in personarum acceptionem, ut eum quidem honoraretis propter divitias, hunc vero parvi penderetis propter paupertatem. « Et facti estis judices cogitationum pravarum, » hoc est, injusti judices ex iniqua personarum acceptione.

« Ἀκούσατε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί· οὐχ ὁ Θεὸς ἐξελέξατο τοὺς πτωχοὺς τοῦ κόσμου, πλουσίους ἐν τῇ πίστει, καὶ κληρονόμους τῆς βασιλείας, ἧς ἐπηγγείλατο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν; Ὑμεῖς δὲ ἠτιμάσατε τὸν πτωχόν. Οὐχ οἱ πλούσιοι καταδυναστεύουσιν ὑμῶν, καὶ αὐτοὶ ἕλκουσιν ὑμᾶς εἰς κριτήρια; » Ἐπειδὴ ἡ πενία δυσχερές ἐστι τοῖς πολλοῖς καὶ μόνον ἀκουσθῆναι, διὰ τοῦτο εἰπών, « Τοὺς πτωχοὺς, τοῦ κόσμου, » εὐθέως ἐπήνεγκε, « πλουσίους. » Περὶ τί δὲ πλουσίους; Περὶ τὴν πίστιν· καὶ γὰρ οὕτως B ἔχει. Τὸ γὰρ τὸν κόσμον ἀπερίσπαστον τῶν πενήτων, ἐνεργεστέρους αὐτοὺς τῶν πλουτούντων, ἐπειδὰν προσέλθωσι τῇ πίστει, ποιεῖ. Διὸ καὶ ὁ Κύριος τοιούτους μαθητὰς ἐξελέξατο, οὓς καὶ κληρονόμους τῆς βασιλείας ἀνέδειξεν.

« Οὐκ αὐτοὶ βλασφημοῦσι τὸ καλὸν ὄνομα τὸ κληθὲν ἐφ' ὑμᾶς; Εἰ μέντοι νόμον τελεῖτε βασιλικὸν κατὰ τὴν Γραφὴν, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν, καλῶς ποιεῖτε. Εἰ δὲ προσωπολημπτεῖτε, ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου ὡς παραβάται. » Ὄνομα καινὸν, τὸ κατὰ τὸν προφητικὸν λόγον τὸν φάσκοντα· « Τοῖς δουλεύουσί μοι κληθήσεται ὄνομα καινὸν, ὃ εὐλογηθήσεται ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. »

« Ὅστις γὰρ ὅλον τὸν νόμον τηρήσῃ, πταίσῃ δὲ ἐν C ἑνὶ, γέγονε πάντων ἔνοχος. Ὁ γὰρ εἰπὼν, Μὴ φονεύσῃς, εἶπε καὶ, Μὴ μοιχεύσῃς. Εἰ δὲ οὐ μοιχεύσεις, φονεύσεις δὲ, γέγονας παραβάτης νόμου. Οὕτως λαλεῖτε, καὶ οὕτως ποιεῖτε, ὡς διὰ νόμου ἐλευθερίας μέλλοντες κρίνεσθαι. Ἡ γὰρ κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος· καὶ κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως. » — « Πταίσῃ δὲ ἐν ἑνί. » τοῦτ' ἔστιν, τῷ μὴ τελείαν ἔχειν ἀγάπην· τοῦτο γὰρ τὸ κεφάλαιον τῶν καλῶν. Εἰ δὲ τῆς κεφαλῆς ἀπορεῖ, περιττὸν ἅπαν τὸ λοιπὸν σῶμα. Ὅτε [*f.* ὅτι] δὲ περὶ τούτου λέγει, δῆλον ἐκ τῆς προειρημένης κατασκευῆς. Τὸ δὲ, « Οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, » ὑποδείγματος χάριν εἴρηται. Σκόπει δὲ, ὅτι καὶ τὰ ὑποδείγματα ἐκ τοῦ εἰς ἀγάπην συντελοῦντός ἐστι νόμου. Ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν πλησίον, οὗτος οὐ μοιχεύσει, οὐδὲ φονεύσει· ἐχθροῦ γὰρ ταῦτα. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο, οὐδεὶς ἀνθρώπων σωθείη, οὐδενὸς ἔχοντος τοῦ [*f.* τὸ] διὰ πασῶν τῶν ἐντολῶν ἀνελλιπές. Ἀλλ' ὁ ἁγνείαν κατορθωκὼς ἑαυτὸν ὅτε θυμοῦ ἥττηται, καὶ ὁ ἐλεημοσύνην ποιῶν, βασκανίαν ἔχει πολλάκις. Ὥστε οὐ περὶ παντὸς εἴρηται τοῦ κατὰ τὰς ἀρετὰς ἀνελλιποῦς, ἀλλὰ περὶ ἀγάπης, ὡς οὐ χρὴ προσ-

Vers. 5, 6. « Audite, fratres mei dilectissimi: nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, et hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se? Vos autem **331** inhonorastis pauperem. Nonne divites per potentiam opprimunt vos, et ipsi trahunt vos ad judicia? » Quoniam vulgo vel solum paupertatis nomen molestum est, hinc cum dixisset, « Pauperes in hoc sæculo, » statim subjunxit, eos esse « divites. » At qua in re? « In fide; » quod verissimum est. Nam tranquillitas illa, qua pauperes frui solent, utpote sejuncti a negotiis hujus mundi, eos plerumque operosiores et ferventiores divitibus, cum ad fidem accesserint, facit. Quamobrem et Dominus tales discipulos elegit, quos et hæredes regni cœlestis declaravit.

Vers. 7-9. « Nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod invocatum est super nos? Si tamen legem perficitis regalem, secundum Scripturas: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, benefacitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini redarguti a lege, quasi transgressores. » Nomen novum, juxta prophetam dicentem [17], « Qui mihi serviunt, vocabitur illis nomen novum, quod benedicetur super omnem faciem terræ (14). »

Vers. 10-13. « Quicunque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit et, Non occides. Quod si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini, et sic facite, sicut per legem libertatis incipientes judicari. Judicium enim sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam. Superexaltat autem misericordia judicium. » — « Offendat autem in uno: » quia scilicet integram non habet charitatem: ea enim est caput bonorum operum. Sublato autem capite, inutile ac superfluum est reliquum corpus. Quod vero de hac re loquatur, manifestum est ex eo quod superius astruit. Illud, « Non mœchaberis, Non occides, » D exempli causa dictum est. Et animadverte, quod etiam exempla allata sunt ex iis præceptis, quæ charitatem concernunt. Qui enim diligit proximum, neque mœchabitur, neque occidet; inimici enim propria sunt ista. Et sane, si hoc non ita se haberet, nemo salvus foret, cum nemo sit, cui non aliquid desit de observantia mandatorum (15): si-

[17] Psal. LXII, 2.

## Bonifacii Finetti notæ.

(14) Videtur commentator verba Scripturæ memoriter, adeoque non omnino accurate citasse: nullibi enim ea, prout referuntur, reperire potui. Exstant tamen nonnulla Is. c. LXII.

(15) Caute est hic legendus auctor iste: neque enim dubitandum, aliquos esse qui, Dei gratia roborati, omnia Dei præcepta, quantum satis est ad lethale vitandum peccatum, custodiant. Leves autem transgressiones ab æterna salute non excludunt.

Digitized by Google

quidem qui, ex. c. castitatem custodit, quandoque vincitur ab ira: et qui eleemosynam facit, invidus est non raro. Quare non omni præscribitur, ut defectum nullum in virtutibus habeat, sed ne charitatem, per personarum acceptionem diminute exerceat, sed integre. Hoc autem etiam de aliis virtutibus dicere possumus. Qui enim non perfecte temperantiam, vel justitiam **332** servat, sed imminute, totum virtutis corpus graviter lædit. Per totam igitur legem intelligenda est hic lex charitatis, quæ præcipuus scopus apostoli est. Legem vero libertatis vocat eam, quæ a personarum acceptione libera est: siquidem acceptor personarum, non liber est, sed servus: « A quo enim quis superatus est, hujus et servus est [18]. »

A ωπολημπτοῦντα ἐλλιπῶς αὐτὴν ἀνύειν, ἀλλ' ὁλοτελῶς. Τοῦτο δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν φαμεν. Ὡς γὰρ μὴ διὰ τέλους τῶν σωφρονικῶν, ἢ τῶν δικαίων ἀντίσχηται, ἀλλ' ἐλλιπέστερον χρήσεται [*f.* — σηται], οὗτος χωλεύων περὶ τὴν μεταχείρισιν τῷ παντὶ τῆς ἀρετῆς ἐλυμήνατο σώματι. Ὅλον οὖν τὸν νόμον τὸν περὶ τῆς ἀγάπης ἀκουστέον, περὶ ἧς προηγουμένως αὐτῷ ὁ σκοπός. Νόμον δὲ ἐλευθερίας τὸν ἀπροσωπόληπτόν φησι· ὁ γὰρ προσωπολήπτης οὐκ ἐλεύθερος, ἀλλὰ δοῦλος. ὯΙ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται.

Vers. 14. « Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides salvare eum? » Si proximo nostro offensas remiserimus, atque cum indigentibus bona nostra communicaverimus, etiam misericordia Dei nos benigne suscipiet in die, qua discutiet quæcunque a nobis in hac vita perpetrata fuerint. Magnum enim et præclarum est istud facinus. Quemadmodum e contra, gravis condemnatio erit iis, qui erga ejusdem consortes naturæ benigne affecti non fuerint. Eos enim, qui erga eos, qui in ipsos peccaverunt, immites fuerint, mali illius servi condemnatio comprehendet, eaque retributio, quæ in Oratione Dominica subindicatur, in qua rogamus Deum, ut « nobis dimittat, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris [19]: » et immisericordibus (seu iis qui dure se habent erga indigentes corporalis alicujus consolationis) « judicium sine misericordia fiet, » — « Superexaltat autem misericordia judicium. » — « Misericordes » enim, juxta Domini sententiam, « misericordiam consequentur [20]. » Aliunde vero etiam in fidelibus aliquando misericordia in pauperes veniam obtinere valuit (16), ut ex historia Danielis cognoscimus. Quid igitur in fidelibus hominibus præstare non poterit? Sane mihi videtur misericordia perinde se habere, ac in athletis oleum, quod ex arboribus colligitur: istud namque illitum athletis, præstat illis, ut suorum adversariorum prehensiones elabantur, adeo ut teneri ab ipsis non possint. Ita et in judicio, si quam habuerimus in pauperes misericordiam, ea præstabit nobis, ut dæmonum impetus, atque insultus effugere valeamus.

B « Τί τὸ ὄφελος, ἀδελφοί μου, ἐὰν πίστιν λέγῃ τις ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχῃ; Μὴ δύναται ἡ πίστις σῶσαι αὐτόν; » Τῶν εἰς ἑαυτοὺς ἁμαρτημάτων ἀφέντας ἡμᾶς τοῖς πλησίον, καὶ τὴν τῶν ὑπαρχόντων ἡμῶν μετάδοσιν κοινωνοῦντας τοῖς ἐνδεέσιν, ὁ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἔλεος ἡμᾶς ἐν τῇ τῶν βεβιωμένων ἀναλήψεται διαγωώσει· μέγα γὰρ τὸ διόρθωμα· ὥσπερ ἀπεναντίας βαρὺ τὸ κατάκριμα τοῖς μὴ πρὸς τὸ ὁμοφυὲς εὐσυνειδότως διατεθεῖσιν. Ἐπί τε γὰρ τῶν εἰς ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν πλησίον πλημμεληθέντων ἀσυμπαθῶς διαγενομένων, τὸ τοῦ πονηροῦ δούλου κατάκριμα περιστοιχήσει, μετὰ καὶ τοῦ ἐν τῇ εὐχῇ ἀνταποδόματος. Καὶ γὰρ ἀφιέναι ἡμῖν ἐκεῖ ἡ αἴτησις πρὸς Θεὸν, « καθὼς καὶ ἡμεῖς » τοῖς εἰς ἡμᾶς πλημμελήσασιν « ἀφίεμεν. » Καὶ τοῖς ἀνηλεῶς, ἤτοι σκληρῶς, πρὸς τοὺς χρῄζοντας σωματικῆς παραμυθίας διακειμένοις, « ἀνηλεὼς ἡ κρίσις ἀπαντήσεται. » — « Κατακαυχᾶται δὲ ἔλεος κρίσεως. » — « Οἱ γὰρ ἐλεήμονες, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν, « ἐλεηθήσονται. » Ἄλλως τε, καὶ [*f. add.* εἰ] εἰδωλολάτραις ὁ εἰς τοὺς πένητας ἔλεος ἄφεσιν οἶδε πορίζειν, ὡς ἐν τῷ Δανιὴλ ἠκούσαμεν, τί οὐκ ἂν ἐργάσαιτο ἐπὶ πιστῶν ἀνθρώπων; Τοιοῦτο δέ μοι δοκεῖ οὗτος ὁ ἔλεος διαπράττεσθαι, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐν σταδίοις ἀθλούντων, τὸ ἀπὸ τῶν δένδρων ἔλαιον· ἐπαλειφόμενον γὰρ τοῖς ἀθληταῖς, διολισθαίνειν δίδωσι τὰς τῶν ἀντιπάλων λαβάς· οὕτως καὶ ἐν τῇ κρίσει, ὁ εἰς τοὺς πένητας ἡμῶν ἔλεος, τὰς τῶν δαιμόνων ἐπιφορὰς διαδιδράσκειν παρέξεται.

Vers. 15, 16. « Si autem frater et soror nudi sint, et indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis, Ite in pace, calefacimini, et saturamini, non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid prodest? » Observa spiritualem sensum. Non enim dixit tantummodo, « Si fidem habeas, » sed « Quid prodest? » ac si diceret: Ostende mihi opus, ob quod talem tibi appellationem adjudicem: hoc est enim opus fidei. Quod ait igitur, hujusmodi est: Si quis opere non osten-

D « Ἐὰν δὲ ἀδελφὸς, ἢ ἀδελφὴ γυμνοὶ ὑπάρχωσι, καὶ λειπόμενοι ὦσι τῆς ἐφημέρου τροφῆς, εἴπῃ δέ τις αὐτοῖς ἐξ ὑμῶν· Ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, θερμαίνεσθε καὶ χορτάζεσθε, μὴ δότε δὲ αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος, τί τὸ ὄφελος; » Σκόπει πνευματικὴν σύνεσιν. Οὐ γὰρ εἶπε μόνον, « Ἐὰν πίστιν ἔχῃς, » ἀλλὰ, « Τί τὸ ὄφελος; » ὥσπερ εἰ ἔλεγε· Δεῖξόν μοι τὸ πρᾶγμα ἀφ' οὗ [σοι] τὴν προσηγορίαν ταύτην λογίσομαι. Τοῦτο γὰρ τῆς πίστεως ἔργον. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐὰν μὴ ἔργῳ δείξῃ τις

[18] II Petr. II, 19. [19] Matth. VI, 12. [20] Matth. V, 7.

Bonifacii Finetti notæ.

(16) Intellige quoad pœnam temporariam.

Digitized by Google

ὅτι πιστεύει τῷ Θεῷ, περιττὴ καὶ ἡ κατηγορία τοῦ πιστὸν λέγεσθαι. Οὐ γὰρ ὁ ἁπλῶς λέγων ἑαυτὸν εἶναι τοῦ Κυρίου, οὗτός ἐστι πιστὸς, ἀλλ' ὁ οὕτως ἀγαπῶν τὸν Κύριον ὡς διὰ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν καὶ θανάτου κατατολμῶν [*f.* -μᾶν]· καὶ ὅτι οὗτος τῶν προκειμένων ὁ σκοπὸς, τὰ ὑποδείγματα δηλοῦσιν. Ἀβραὰμ γὰρ, φησὶν, ἔργῳ ἔδειξεν ὅτι ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, ἀνενεγκὼν εἰς ὁλοκάρπωσιν τὸν πρωτότοκον. Ὁμοίως δὲ καὶ Ῥαὰβ πιστεύσασα κατεφρόνησε θανάτου.

A dat, se credere Deo, superfluum etiam est se appellare fidelem. Non enim qui nude dicit, se esse Domini, is fidelis est; sed qui Deum **333** ita diligit, ut propter fidem in ipsum etiam mortem subire paratus sit. Et quod hujusmodi sit propositorum scopus, exempla, quæ afferuntur, declarant. Abraham enim, inquit, opere ostendit, se credidisse Deo, cum obtulit in holocaustum primogenitum suum. Similiter et Raab, cum credidisset, mortem contempsit.

« Οὕτω καὶ ἡ πίστις, ἐὰν μὴ ἔργα ἔχῃ, νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν. Ἀλλ' ἐρεῖ τις· Σὺ πίστιν ἔχεις; κἀγὼ ἔργα ἔχω. Δεῖξόν μοι τὴν πίστιν σου ἐκ τῶν ἔργων σου, κἀγὼ δείξω σοι ἐκ τῶν ἔργων μου τὴν πίστιν μου. Σὺ πιστεύεις ὅτι εἷς Θεός ἐστι· καλῶς ποιεῖς· καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίττουσι. » Οὐκ ἀντιφάσκει ταῦτα τῷ μακαρίῳ Παύλῳ· κατὰ δύο γὰρ σημαινομένων τοῦ τῆς πίστεως ὀνόματος φερομένου ἐπί τε τῆς ἁπλῆς τοῦ φαινομένου συγκαταθέσεως. Πίστιν γὰρ εἰώθαμεν καὶ τοῦτο λέγειν, καθὸ καὶ τοὺς δαίμονας ἔγνωμεν πιστεύειν εἰς Χριστὸν, ὅτι Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ· καὶ πάλιν τὴν ἐκ διαθέσεως ἐπακολούθησιν μετὰ βεβαίας συγκαταθέσεως [τῷ τῆς πίστεως προσρήματι καλούντων ἡμῶν,] ὁ θεῖος Ἰάκωβος τὴν ἁπλῆν συγκατάβασιν νεκρὰν εἶναί φησι [πίστιν] ὡς ἀμοιροῦσαν τῶν ἀναζωπυρούντων ἔργων. Παῦλος δὲ αὐτὴν ἐκ διαθέσεως λέγει πίστιν, ἥτις μάλιστα οὐκ ἐστέρηται ἔργων· οὐκ ἂν γὰρ αὕτη διακένῳ σεμνοῦ ἔργων ἐγγένοιτο. Οὐδὲ γὰρ Ἀβραὰμ ἔτυχε ταύτης μὴ πρότερον διηγωνισμένος τὴν πατρικὴν ἀπώσασθαι ἀσθένειαν, ᾧτινι ἀγωνίσματι ἡ πίστις ἐπαθλον ἐβραβεύετο. Ἀλλ' ἔργων ταύτην προέκρινεν ὁ Παῦλος τῶν κατὰ νόμον σαββατισμῶν, καὶ περιτομῆς, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγνισμῶν. Δύο γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων ὁρᾶται τὰ σημαινόμενα. Ἔργα γὰρ καὶ τὰ τὴν πίστιν βεβαιοῦντα λέγεται, ὧν ἀμοι-

Vers. 17-19. « Sic et fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Sed dicet quis, Tu fidem habes, et ego opera habeo: ostende mihi fidem tuam ex operibus; et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Tu credis, quod unus est Deus: bene facis: et dæmones credunt, et contremiscunt. » Non sunt ista contraria divo Paulo. Cum enim nomen fidei duo significare valeat: nam et simplicem mentis rei apparenti assensum interdum significat; fidem namque et hoc dicere solemus (qua ratione et dæmones credere novimus, quod Christus sit Filius Dei); et rursus consecutionem ex affectione simul cum firmo assensu, fidei nomine appellamus: sanctus Jacobus simplicem illum assensum fidem « mortuam » appellat, utpote vivificantibus operibus destitutam. Paulus autem eam quæ ex affectione est, vocat fidem, quæ sane non est operibus vacua (17): neque enim illa honestis operibus vacuo ingeneraretur (18). Nam neque Abraham hanc consecutus est, antequam certasset ad paternam repellendam imbecillitatem (19), cui certamini fides in præmium data est (20). Hanc vero Paulus fidem præposuit operibus, nempe sabbatismis, circumcisioni, reliquisque Mosaicæ legis observantiis. Quandoquidem etiam operum nomen duo significat: nam et opera dicuntur illa quæ fidem

B

C

## Bonifacii Finetti notæ.

(17) *Fidem ex affectione* (seu animi dispositione) vocat hic commentator fidem quæ a theologis *formata* dicitur, quamque S. Paulus (*Gal.* v, 6) ait *per charitatem operari*. Fidem hujusmodi operibus vacuam esse non posse, perspicuum est.

(18) De eo quod ordinarie contingit, loqui hic puto auctorem istum. Ordinarie enim fides vera non innascitur iis qui recte et juxta rationis præscripta non vivunt; prava enim vivendi ratio validissimus fidei obex esse solet.

(19) Per *paternam imbecillitatem* intelligo parentum amorem, quem superare debuit Abraham, ut Dei mandato *egrediendi de terra et cognatione sua* (*Gen.* xii, 1) obtemperaret. Editus sub nomine Œcumenii commentarius pro ἀσθενείαν, *imbecillitatem*, vel *infirmitatem*, habet, et fortasse melius, ἀθείαν, *impietatem*: quæ si admittatur lectio, respexisse videtur hic auctor ad eam, quæ multorum est, opinionem, nempe, Tharem patrem Abrahæ, imo juxta nonnullos, ipsum Abrahamum aliquando, idolis serviisse. Quo supposito, quid sibi velit cum ait, Abrahamum non prius consecutum esse fidem, quam ad *paternam impietatem repellendam certaverit*, perspicuum est. Nescio autem quid Hentenius legerit, cum vertit: *Quo* (certamine) *paterna cognatione expelleretur:* non enim video quomodo hæc Græca verba, quæ in textu Græco e regione ejus versionis leguntur (Edit. Par. 1631), τὴν πατρικὴν ἀπώσασθαι ἀθείαν, talem interpretationem recipere possint.

(20) Si commentator de prima Abrahæ fide loquitur, præmium proprie dictum hic intelligere non potest, sed tantummodo, quod cuidam congruitati, seu congruæ dispositioni correspondet: non enim verum ullum meritum fidem, imo nec charitatem, præcedere potest. Si vero de uberiore aliqua fide, seu præcedentis fidei augmento Abrahæ ob certamen *ad repellendam* sive *imbecillitatem*, sive *impietatem paternam* concesso loquatur, potuit id quidem præmii rationem habere; id tamen haud conficit, fidem in homine bonis operibus vacuo ingenerari non posse, ad quod probandum exemplo Abrahæ uti videtur commentator. Verum, utut mens ipsius hoc loco se habeat, illud omnibus ratum esse debet, fidem justificantem in adultis neque bonis operibus vacuam permanere, neque absque bonis operibus et animi præparatione, seu absque proposito, bona opera suo tempore, et pro data occasione exercendi ingenerari posse. Et sic intelligendus, quanquam fortasse haud satis accurate se explicet, hic commentator.

D

Digitized by Google

confirmant : et opera dicuntur observantiæ legis Mosaicæ, sine quibus, et Abraham olim, et omnes credentes in Christum justificantur. Etenim, quod fidem in immundo progigni non possit (loquor autem de fide operum) quis contradixerit? Nam neque unguentum in fœculento vase quis reconderet ; neque in immundo homine ingenerabitur unquam fides Dei. Non igitur contrarii sibi invicem sunt **334** sancti apostoli, sed in diverso significato versantes, quisque juxta significatum suum, quod propositum sibi erat, prosequitur.

VERS. 20. « Vis autem nosse, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est? » Inanem vocat eum, qui de sola fide gloriatur, utpote qui bonorum operum substantia vacuus est.

VERS. 21-23. « Abraham pater noster, nonne ex operibus justificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides, quoniam fides cooperabatur operibus illius ; et ex operibus fides consummata est. Et impleta est Scriptura dicens, » etc. Abrahamum uterque proponit in exemplum ejus, quod de fide asserit : ille quidem ut ostendat, fidem operibus præstare ; hic vero ut opera fide meliora esse evincat argumento ex eodem Abrahamo desumpto. Dictum vero est superius, quod circa duplex significatum ambo versantes, quisque sumit id quod ad propositum suum inservit. Cæterum nonnulli ex Patribus ita hac de re censuerunt, nempe, Abrahamum variis distinctum temporibus utriusque fidei imaginem esse ; videlicet et ejus, quæ ante baptismum est, quæ opera non requirit, sed solam fidem et confessionem salutis, et verbum quo justificamur credentes in Christum ; et ejus, quæ baptismum subsequitur, quæque conjuncta operibus est. Hac ratione sibi contrarius neutiquam apparet is, qui in utroque locutus est Spiritus sanctus : cum una quidem fides per solam confessionem justificat baptizatum, si statim discedat e vita (huic enim non adsunt opera, sed satis ipsi est mundities per baptismum comparata) ; altera vero a baptizato exigat etiam bonorum operum exhibitionem. Cui rei et Paulus consentit alio loco, docens, fidem post baptisma perfectionem, quæ ex operibus consurgit, requirere ; cum nempe sit [21] : « Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. » Charitas autem multarum virtutum exercitio opus habet, ut adimpleatur. « Credidit autem Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam, et amicus (21) Dei appellatus est [22]. » Justitiæ quidem ex sola fide imago fuit Abraham, cum credidit, idque « reputatum est illi ad justitiam. » Ejus autem quæ ex operibus est, cum filium obtulit supra

A ροῦσα πίστις νεκρὰ καταλείπεται· ἔργα πάλιν καὶ τὰ τοῦ νόμου, ὧν καὶ χωρὶς Ἀβραὰμ, καὶ πάντες οἱ κατὰ Χριστὸν δικαιοῦνται. Ἐπεὶ ὅτι πίστις οὐκ ἂν ἀκαθάρτῳ προσγένοιτο (λέγω δὲ τὴν τῶν ἔργων πίστιν), τίς ἀντερεῖ; Οὔτε γὰρ βορβόρου πλήρει ἀγγείῳ μῦρον ταμιευθείη, οὔτε ἀκαθάρτῳ ἀνθρώπῳ πίστις ἐγγένοιτο Θεοῦ. Οὐκ ἄρα διάφοροι ἑαυτοῖς οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, ἀλλὰ περὶ τὸ διάφορον τοῦ σημαινομένου στρεφόμενοι πρὸς τὴν χρείαν ἕκαστος τοῦ σημαινομένου τὸ προτεθὲν αὐτῷ διεξάγει.

« Θέλεις δὲ γνῶναι, ὦ ἄνθρωπε κενὲ, ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν; » Κενὸν ἐκάλεσε τὸν ψιλῇ τῇ πίστει αὐχοῦντα μόνον, [μηδὲν] τῆς διὰ τῶν ἔργων ὑποστάσεως κεκτημένον εἰς πλήρωσιν.

B « Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη ἀνενέγκας Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον; Βλέπεις, ὅτι ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη; Καὶ ἐπληρώθη ἡ Γραφὴ ἡ λέγουσα. » Τὸν Ἀβραὰμ ἀμφότεροι εἰς ὑπόδειγμα τοῦ τῆς πίστεως λόγου ἐπάγονται· ὁ μὲν, τὴν πίστιν τῶν ἔργων κρείττω δεικνὺς δι' ὑποδείγματος τοῦ κατὰ τὸν Ἀβραὰμ· ὁ δὲ, πάλιν τὰ ἔργα τῆς πίστεως. Καὶ εἴρηται μὲν ἀνωτέρω, ὡς περὶ τὸ διττὸν τοῦ σημαινομένου ἑκάτερος στρέφεται, τὸ συντελοῦν αὐτῷ πρὸς τὴν ἀπόδειξιν. Τινὲς μέντοι τῶν Πατέρων καὶ οὕτως περὶ τούτου ἔγνωσαν. Φασὶ γὰρ τὸν Ἀβραὰμ τοῖς χρόνοις διαστελλόμενον, ἑκατέρας πίστεως εἶναι εἰκόνα· καὶ τῆς πρὸ τοῦ βαπτίσματος μὲν τῆς μὴ ἐπιζητούσης ἔργα, εἰ μὴ τὴν C πίστιν μόνην καὶ τὴν ὁμολογίαν τῆς σωτηρίας, καὶ τὸ ῥῆμα ᾧ δικαιούμεθα οἱ πιστεύοντες εἰς Χριστόν· καὶ τῆς μετὰ τὸ βάπτισμα πίστεως τῆς συνεζευγμένης τοῖς ἔργοις. Οὕτως οὐκ ἐναντίον φαίνεται τὸ ἐν τούτοις λαλῆσαν ἑαυτῷ Πνεῦμα· ἀλλὰ τοῖ; [*f.* τῆς] μὲν δι' ὁμολογίας μόνης δικαιούσης τὸν προσιόντα, εἰ παραχρῆμα ἀπηλλάγη τοῦ βίου (τούτῳ γὰρ οὐ πάρεισιν ἔργα, ἀλλ' ἦν αὐτῷ ἱκανὸν ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος κάθαρσις)· τῆς δὲ, τὸν εἰδὼ [*f.* ἤδη] βεβαπτισμένον ἀπαιτούσης καὶ ἀγαθῶν ἔργων ἐπίδειξιν. Τούτῳ δὲ καὶ Παῦλος συμφωνεῖ ἑτέρωθι λέγων οὕτω, καὶ διδάσκων τὴν μετὰ τὸ βάπτισμα πίστιν τὴν διὰ τῶν ἔργων τελείωσιν ἀπαιτεῖν, δι' ὧν φησιν· « Οὔτε περιτομή, οὔτε ἀκροβυστία τι ἰσχύει, ἀλλὰ D πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη. » Ἡ δὲ ἀγάπη πολλῆς σοφίας δεῖται εἰς τὸ πληρωθῆναι. « Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, καὶ φίλος Θεοῦ ἐκλήθη. » Τῆς μὲν ἐκ μόνης πίστεως δικαιώσεως εἰκὼν [ἦν] Ἀβραάμ· [ὅτε] ἐπίστευσε, « καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην· τῆς δὲ ἐξ ἔργων, ὅτε τὸν υἱὸν ἀνήνεγκεν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Καὶ γὰρ οὐ μόνον τὸ ἔργον ἐποίει, ἀλλὰ καὶ τῆς πίστεως οὐκ ἀπέστη τῆς ἐν Ἰσαὰκ, ὅτι μέλλει

[21] Galat. vi, 15. [22] Galat. iii, 6.

## Bonifacii Finetti notæ.

(21) Codex noster pro φίλος, *amicus*, habet δοῦλος, *servus* ; quod expungere non dubitavi, tanquam meram librarii aberrationem, cum nec Millius ullam hic agnoscat lectionis varietatem ; et Commentarius sub nomine Œcumenii editus habeat φίλος, non δοῦλος.

Digitized by Google

τὸ σπέρμα αὐτοῦ πληθύνεσθαι ὡς τὰ ἄστρα, λογι- A σάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρει αὐτὸν ὁ Θεός. Ὅμως καὶ τὸν Δαβὶδ ὁ Παῦλος προκομίζει μάρτυρα. Ἤδει γὰρ τῷ θείῳ Πνεύματι Δαβὶδ τὴν μέλλουσαν ἐν Χριστῷ παρέσεσθαι κατὰ καιροὺς πίστιν. Διό φησι· « Μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν. »

« Ὁρᾶτε, ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνης. » — « Ἐξ ἔργων, » οὐ τῶν ἐκ τοῦ νόμου, ὡς εἴρηται ἤδη, οἷον περιτομῆς καὶ τῶν τοιούτων, ἀλλὰ τῶν ἐξ ἀρετῆς, δικαιοσύνης καὶ τῶν ὁμοίων.

« Ὁμοίως δὲ καὶ Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ὑποδεξαμένη τοὺς ἀγγέλους, καὶ ἑτέρᾳ ὁδῷ B ἐκβαλοῦσα; Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστι, οὕτω καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι. »

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

« Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, ἀδελφοί μου, εἰδότες ὅτι μεῖζον κρῖμα ληψόμεθα. » Εἰπὼν ἀνωτέρω καὶ διδάξας, τὴν πίστιν μὴ διάκενον ἔργων σπουδαίων κεκτῆσθαι τοὺς πιστοὺς, μετέβη ἐφ' ἕτερον ἴσον τούτου παράγγελμα. Καὶ γάρ τινες διδάσκειν ἐπιχειροῦσιν, ἃ μὴ κατώρθωσαν αὐτοί. Καί φησιν, ὅτι « μεῖζον τὸ κρῖμα » τῶν τοιούτων μετὰ τοῦ μηδὲν κερδαίνειν. Ὁ γὰρ τὰ μὴ προσόντα διδάσκων, ὡς ὄντα αὐτῷ, κατάκριτος, ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ γλώττης ὀλισθαίνων· καὶ βεβαιῶν τοῦτο ἐκ περιστάσεώς φησιν· Εἰ γὰρ καὶ ἄλλως ἡ γλῶσσα πέφυκεν ὀλισθαί- C

altare: nam non solum opus implevit, sed etiam non descivit a credendo, quod per Isaac multiplicandum foret semen ejus sicut astra, reputans quod etiam ex mortuis suscitare illum Deus posset. At vero Paulus etiam Davidem in testem producit. Noverat enim David futuram aliquando in **335** Christo fidem. Quare ait: « Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum [33]. » (22)

Vers. 24. « Videtis quoniam ex operibus justificatur homo, et non ex fide tantum. » Ex operibus, non quæ sunt legis, ut jam dictum est, ex. gr. ex circumcisione et similibus; sed ex operibus justitiæ aliarumque virtutum.

Vers. 25. « Similiter et Raab meretrix, nonne ex operibus justificata est, suscipiens nuntios, et alia via ejiciens? (23) Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est; ita et fides sine operibus mortua est. »

## CAPUT III.

Vers. 1. « Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes, quoniam majus judicium sumitis » (24). Cum superius docuisset fideles, ne fidem honestis operibus vacuam haberent, ad aliud æqualis momenti documentum transitum facit. Sunt enim nonnulli, qui ea, quæ ipsi minime fecerunt, docere aggrediuntur. Ait igitur, hujusmodi hominibus districtius judicium imminere, et aliunde eos nihil lucrari. Qui enim docet ea, quæ ipse non habet, tanquam si haberet, condemnatione dignus est, utpote qui ex proprio suo ore

[33] Psal. xxxi, 2.

## Bonifacii Finetti notæ.

(22) Hæc expositio est Cyrilli Alexandrini, ex ejus in Epistolam ad Romanos commentario, qui editus non est, desumpta. Quam habet tum Catena Vindobonensis, sed non ascripto nomine Cyrilli, tum similis Catena Oxoniensis (præmisso Cyrilli nomine), ut constat ex excerptis quæ *Anecdotis* suis *Græcis* tom. IV inseruit Joannes Christoforus Wolfius, pastor Hamburgensis. Quoniam vero dictus Cyrilli Comment. editus non est, et aliunde ista expositio paulo fusior in utraque dicta Catena habetur, eam integram si retulero, rem studioso lectori haud ingratam me facturum spero. Ita igitur se habet in Cat. Vindob.: Ἐπειδὴ ὁ μακάριος Ἰάκωβος τὸν Ἀβραὰμ λέγει ἐξ ἔργων δεδικαιῶσθαι ἀνενεγκόντα Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον· ὁ δὲ Παῦλος λέγει αὐτὸν ἐκ πίστεως δεδικαιῶσθαι· οὕτω τὴν δοκοῦσαν ἐναντιότητα νοητέον, ὅτι πρὸ μὲν τοῦ ἔχειν τὸν Ἰσαὰκ ἐπίστευσε, καὶ μισθὸν ἔλαβε τὸν Ἰσαάκ, ὅμως καὶ ὅταν ἀνήνεγκε τὸν Ἰσαὰκ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, οὐ μόνον τὸ ἔργον ἐποίει ὃ προσετάγη, ἀλλὰ καὶ τῆς πίστεως οὐκ ἀπέστη, ὅτι ἐν Ἰσαὰκ μέλλει τὸ σπέρμα αὐτοῦ πολυπληθύειν· ὡς τὰ ἄστρα, λογισάμενος ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγείρει δυνατὸς ὁ Θεός. Ὅμως ὁ Παῦλος μάρτυρα τῶν ἰδίων λόγων καὶ συλλήπτορα ποιεῖται τὸν μακάριον Δαβὶδ ἄνδρα διαβόητον ἐν εὐσεβείᾳ, καὶ σοφῶς διασκευάζει ὡς λαλῶν ἐν Πνεύματι τὴν ἐπὶ πίστεως ἄφεσιν, καὶ διαγγέλλει πᾶσιν ἀνθρώποις. Ἤδει γὰρ ἐν Χριστῷ παρεσομένην κατὰ καιροὺς [διό φησι· « Μακάριος ἀνὴρ ᾧ οὐ μὴ λογίσεται Κύριος ἁμαρτίαν »]. Γέρας οὖν ἔχει τὴν δικαίωσιν ὁ πίστει τιμῶν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ Δεσπότην. *Quoniam B. Jacobus ait, Abrahamum ex operibus justificatum fuisse, cum Isaacum filium suum in sacrificium obtulit; Paulus vero asserit, eum justificatum esse ex fide; apparens hæc contrarietas ita explananda: quod videlicet Abraham, priusquam Isaacum haberet, crediderit, et in præmium fidei Isaacum ipsum acceperit: et cum eumdem obtulit, non solum præceptum opus effecerit, verum etiam a fide non defecerit, qua credebat, quod per Isaac multiplicandum foret semen ejus sicut astra cœli, recogitans quod etiam mortuum suscitare eum Deus posset. Cæterum Paulus etiam Davidem, virum utique pietate illustrem, producit verborum suorum testem et assertorem, qui sapienter astruit, utpote in Spiritu sancto loquens, remissionem peccatorum per fidem, et annuntiat omnibus hominibus. Eam quippe noverat aliquando per Christum futuram. Quare ait: « Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum. » Qui itaque fide Deum ac Dominum omnium honorat, justificationem in præmium habet.*

(23) Huic commati Cat. Vindob. hæc appingit verba, quæ Severiani Gabalensis episcopi esse constat ex Cat. Oxon. apud laudatum Wolfium in *Anecd. Græc.*: Ἄκουε τῆς Γραφῆς μαρτυρούσης αὐτῆς Ῥαὰβ τὰ κατορθώματα. Ἦν ἐν πορνείῳ μαργαρίτης, ἐν βορβόρῳ πεφυρμένος χρυσὸς, ἐν πηλῷ διεῤῥιμμένον ἄνθος, ἀσεβείας ἀκάνθαις κεχωσμένον· εὐσεβὴς ψυχὴ ἐν ἀσεβείας χώρᾳ διακέκλειστο. *Audi Scripturam Raab de bonis operibus attestantem. Erat igitur illa in prostibulo margarita, in cœno commistum aurum, in luto jacens pietatis flos spinis circumseptus: pia demum anima in impietatis loco conclusa.*

(24) Text Gr. habet ληψόμεθα, *recipiemus.*



Digitized by Google

reus esse convincitur. Quod ut magis confirmet, subdit : si cum lingua nativa lubricitate sua, aut ex negligentia labitur, is, qui ea sic utitur, non effugit judicium (ait enim Salomon: « Propter peccata labiorum ruina proximat malo [21]»), qui fieri potest, ut qui deliberate lingua sua peccat, docens id quod experientia non didicit, inevitabilem pœnam effugiat?

A

Vers. 2. « In multis enim offendimus omnes. » Scilicet, per attentionis defectum negligenter vitam ducentes. « Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens etiam circumducere totum corpus. » Neminem ab omni crimine liberum vivere posse, ex linguæ lubricitate evincit : et ex hoc neminem perfectum esse demonstrat. Quis enim lingua sua non **336** aliquando peccavit? Si autem quis linguæ suæ lubricitatem superaverit, quomodo totum corpus suum recte gubernare non poterit? Qui enim id, quod ad labendum pronius est, vicit, multo magis ejus, quod in lapsum segnius tendit, dominabitur.

B

Vers. 3. « Vide (25), equorum (26) frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, et omne corpus illud circumferimus. » Similitudinibus confirmat id quod dixit : « Potens etiam circumducere totum corpus, » ex equorum frenis et gubernaculis navium. Illud autem « Vide » idem est ac, considera. Illud vero « equorum frena » ita construendum inverso paululum verborum ordine : in ora equorum mittimus frena : si enim ita non construatur oratio, intelligi non potest, cujus hic est sensus : Considera, quod in ora equorum frena immittimus, et naves parvo gubernaculo, quemadmodum et equos modico freno, quo volumus, ducimus, sic igitur et lingua recta ratione gubernanda est, quamvis sit « mundus » seu « universitas iniquitatis, » prout a vulgaribus hominibus adhibetur. Scilicet per mundum hic multitudinem intelligit. (27) Vel ita: quamvis sit mundus, seu ornamentum (28), quod naturam humanam ornat; hac enim nobis invicem cogitationes nostras communicamus (nam et in hac significatione aliqui volunt hic mundum accipere), attamen juxta vulgaris turbæ usum, nocet, « commaculans » quandoque « totum corpus, et inflammans integram rotam nativitatis, et inflammata a gehenna. »

C

D

[21] Prov. XII, 13.

Νεῦν ἐξ ἀπροσεξίας, ὧν καὶ τὸ κρῖμα οὐκ ἀποδιδράσκει· ὁ ταύτην κεκτημένος (ὡς ὁ Σολομὼν διδάσκει· « Δι' ἁμαρτίαν χειλέων ἐμπίπτει εἰς παγίδα ἁμαρτωλός ») · ἦπου ἂν ὁ ἐκ προνοίας ἁμαρτάνων, διδάσκων τῇ γλώσσῃ, ἃ μὴ τῇ πείρᾳ μεμάθηκεν, ἀποφύγῃ τὴν ἀδιάδραστον δίκην;

« Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. » Ἐξ ἀπροσεξίας ἀμελῶς διακείμενοι τῷ βίῳ. « Εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνήρ, δυνάμενος χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα. » Τὸ ἀδιάζευκτον τοῦ μή τινα ἐκτὸς ἁμαρτίας βιοῦν ἀνθρώπων ἀπὸ τοῦ τῆς γλώσσης εὐολίσθου πιστοῦται· ἐκ τούτου δὲ καὶ τὸ μηδενὶ προσεῖναι τὸ τέλειον παρίστησι. Τίς γὰρ οὐχ ἥμαρτεν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ; Εἰ δὲ τοῦ εὐολίσθου περιγένηται τῆς γλώσσης ἑαυτοῦ τις, πῶς οὐχὶ καὶ ὅλον οὗτος ἱκανὸς τὸ σῶμα περιάγειν καλῶς; Ὁ γὰρ τοῦ πρὸς τὸ πταίειν εὐκόλου κρατήσας, σχολῇ γε ἂν εἰ τοῦ νωθεστέρου μὴ κυριεύῃ.

« Ἴδε, τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν μετάγομεν. » Παραδειγματικὴ πίστις αὕτη τοῦ, « Δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα, » ἀπὸ τῶν ἵππων τῶν χαλινῶν, ἀπὸ τῶν πηδαλίων τῶν πλοίων. Καὶ ἔστι τὸ μὲν, « Ἴδε, » ἀντὶ τοῦ, σκόπει. Τὸ δὲ, « τῶν ἵππων τοὺς χαλινούς, » οὕτω συντακτέον, ἀναστρέφοντα τὴν σύνταξιν, εἰς τὰ στόματα τῶν ἵππων ἐμβάλλομεν τοὺς χαλινούς. Εἰ γὰρ μὴ οὕτω συνταγείη, ἀδιανόητός ἐστιν ὁ λόγος· Ἴδε, τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς ἐμβάλλομεν, καὶ τὰ πλοῖα μικρῷ πηδαλίῳ, ὡς καὶ τοὺς ἵππους διὰ μικροῦ χαλινοῦ, ὅπου θέλομεν, μετάγομεν. Οὕτως οὖν καὶ ἡ γλῶσσα μεταγέσθω τῷ ὀρθῷ λόγῳ, κἂν γὰρ « κόσμος » ἐστὶ « τῆς ἀδικίας, » οἱονεὶ πρὸς τὸν συρφετὸν ὄχλον ἐκφερομένη καὶ βλέπουσα (κόσμον γὰρ ἐνταῦθα τὸ πλῆθος λέγει)· ἢ καὶ ὅτι κἂν κόσμος ἐστὶν ἤτοι κοσμοῦσα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν (ταύτῃ γὰρ ἀλλήλοις κοινωνοῦμεν τῶν ἑαυτῶν νοημάτων, ἐπεὶ καὶ οὕτω τινὲς βούλονται τὸν κόσμον λαμβάνειν πρὸς σημασίαν), ἀλλ' οὖν πρὸς τὸν δημώδη ὄχλον φερομένη, ἀδικεῖ, « σπιλοῦσα » ἐοῦ ὄντε « ὅλον τὸ σῶμα, καὶ φλογίζουσα ὅλον τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης. » Ὅμως οὐ χαλεπὸν μεταχειρίσασθαι ταύτῃ

## Bonifacii Finetti notæ.

(25) Ita codex noster; habet enim ἴδε, quod proprie *vide* vel *aspice* significat, quamquam a multis per *ecce* explicetur. Cum nostro codice alii multi optimæ notæ consentiunt. Usitatus textus Græcus habet ἰδού, *ecce*, modico discrimine: at Vulgatum interpretem legisse oportet εἰ δὲ, cum verterit *si autem*.

(26) Vulgata habet *equis*, et quidem optime ad claritatem. Ipse autem pressius ad textum Græcum, qui habet ἵππων in genitivo, posui *equorum* ob eam, quæ sequitur, commentatoris animadversionem.

(27) Hæc expositio spectat ad versiculum 6 qui postea sequitur. Videtur vero ea sicut quæ sequuntur usque ad v. 4 a sciolo aliquo librario aliunde desumpta, et hic intempestive inserta.

(28) Mundus Græce dicitur κόσμος, quæ vox ex suo etymo *ornamentum* significat. Quare S. Jacobi verba quæ habet de lingua v. 6 sequente ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας, æque verti possunt, *mundus* seu *universitas* (ut habet Vulgata) *iniquitatis*, et *ornamentum iniquitatis*; unde oritur duplex expositio, quæ hic et inferius proponitur.

Digitized by Google

πρὸς τὸ εὐλόγως κινεῖσθαι, καὶ ὡς ἂν μεταχειριζόμενος βούλεται. Εἰ γὰρ « πᾶσα φύσις θηρίων ἑρπετῶν τε καὶ πετεινῶν καὶ ἐναλίων δεδάμασται καὶ δαμάζεται τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ· » ἆρα τὴν γλῶσσαν, ὅτι « ἀκατάσχετον κακόν, » ὅτι « μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου, οὐδεὶς ἀνθρώπων δύναται δαμάσαι, » οὐκ ἂν εἴποιμι. Εἰ γὰρ ἀδάμαστος καὶ οὕπω πρὸς τὸ κρεῖττον μεταγομένη, πῶς ἐν « αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, » καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους; Ἰδοὺ πρὸς τὸ βούλημα μετάγεται τοῦ χρωμένου. Ἀλλ' « οὐ χρή, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι. » Εἰ γὰρ δι' αὐτῆς εὐλογοῦμεν, ἆρα τοὺς κατ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας ἀνθρώπους οὐκ αἰσχυνόμεθα καταρᾶσθαι; Ἄδικον ἵν' ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. Οὐκοῦν πλέον « τῆς κόρης φύλαττε » τὴν γλῶσσαν. Ἵππος ἐστὶ βασιλικὸς ἡ γλῶσσα. Ἂν μὲν οὖν ἐπιθῇς αὐτῇ χαλινὸν, καὶ διδάξῃς βαδίζειν εὔρυθμα, ἐπαναπαύσεται αὐτῇ καὶ καθεῖται ὁ βασιλεύς. Ἂν δὲ ἀχαλίνωτον ἀφῇς φέρεσθαι καὶ σκιρτᾷν, τοῦ διαβόλου ὄχημα γίνηται.

« Ἰδοὺ καὶ τὰ πλοῖα, τηλικαῦτα ὄντα, καὶ ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα, μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου, ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος βούληται. » Ἔτι ταῦτα περὶ τοῦ μὴ δεῖν ὡς ἔτυχε τὴν γλῶσσαν κινεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τὰ κρείσσω μεταφέρειν. Ὡς γὰρ ἵππου θράσος χαλινῷ [ἀνακόπτομεν], καὶ πλοίου ὁρμὴν πηδαλίῳ [μεταφέρομεν]· οὕτω καὶ τὴν γλῶσσαν εἰς τὸ εὖ ἔχειν μεταφέρειν [ὀφείλομεν]. Τὸ γὰρ, « οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα, » τοῦτο σημαίνει, ὅτι οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα ὀφείλει μετάγεσθαι τῷ ὀρθῷ λόγῳ· μικρὰ γὰρ οὖσα μεγάλα ποιεῖ· διὸ καὶ μεγάλην ἡμῖν ἀνάπτει πυρὰν, ἐπεὶ αὐτὴ πῦρ. Καὶ τίνα αὕτη ποιεῖ; Κοσμεῖ τὴν ἀδικίαν διὰ τῆς τῶν ῥημάτων εὐγλωττίας καὶ δεινότητος· σπιλοῖ τὸ σῶμα, πείθουσα ταῖς προσαγωγείαις τὰ γύναια· φόνους δι' ἁπάτης ἐργάζεται· ἐπιορκίαις τὰ ἀλλότρια καρποῦται· « Καὶ φλογίζει τὸν τροχὸν τῆς γενέννης· καὶ φλογίζεται » καὶ αὕτη « ὑπὸ τῆς γεέννης· » ὡς δῆλον ἀπὸ τοῦ πλουσίου τοῦ ἀποτηγανιζομένου τὴν γλῶσσαν. Εἰ μὲν οὖν, « τῆς γεέννης, » ἔχει, ὥς τινα τῶν ἀντιγράφων ἔχει, οὕτω τὸν λόγον ἀναπτυκτέον. Εἰ δὲ, « τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, » τοιαύτης τυγχάνει τῆς λύσεως· « τροχὸν τῆς γενέσεως, » τὴν ζωὴν ἡμῶν φησιν. Φλογίζουσα οὖν « τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, » σπιλοῖ τὴν ζωήν. Τοῦτον γὰρ καὶ ὁ Μελῳδὸς στέφανον ὠνόμασεν, εἰπών [πρὸς τὸν Θεόν· « Εὐλόγησον τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου »]. Στέφανος δὲ καὶ τροχὸς οὐ διενηνόχασι κατὰ τὸ σχῆμα τὸ κυκλικόν. Τροχὸς δὲ καὶ ὁ βίος, ὡς εἰς ἑαυτὸν ἀνελιττόμενος.

A Verum difficile non est, eam ita dirigere, ut recta ratione moveatur, et eo modo, qui utenti libet. Si enim « omnis natura bestiarum et serpentium et volucrum et marinorum domita est, et domatur a natura humana : » quod linguam, utpote « inquietum malum » ac « plenam veneno mortifero, nullus hominum domare possit, » ego quidem non asseram. Si enim indomabilis est, neque unquam ad meliorem usum traducitur, quomodo per « ipsam modo benedicimus Deum et Patrem, » modo proximo maledicimus? Ecce igitur quomodo ad voluntatem utentis movetur. At « non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. « Si enim per ipsam benedicimus, quomodo non veremur maledicere? Nefas est, ut ex eodem ore egrediatur benedictio et maledictio (29). Igitur magis quam « pupillam oculi custodi » linguam tuam. Equus regius est lingua : si igitur ei frenum injeceris et docueris **337** concinne ambulare, considebit et quiescet super eam rex. Si autem absque freno eam ferri ac lascivire dimiseris, vehiculum diaboli fiet.

B

C

Vers. 4. « Ecce et naves, cum magnæ sint, et a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis voluerit. » Etiam ista spectant ad docendum, quod non oporteat inconsiderate linguam movere, sed ad meliora transferre. Quemadmodum equi audaciam freno coercemus, et navis impetum gubernaculo dirigimus ; ita et linguam ad recte se habendum adducere debemus (30). Illud enim, « ita et lingua, » significat, quod eodem modo etiam lingua recta ratione gubernanda sit : quanquam enim parva sit, magna tamen facit, ideoque magnum nobis incendit rogum : quoniam et ipsa ignis est. Et quid præterea ? Ornat iniquitatem verborum fuco et elegantia ; maculat corpus, suadens mulierculis virorum accessum ; homicidia per dolum patrat ; perjuriis aliena rapit ; inflammat rotam gehennæ « et inflammatur » et ipsa « a gehenna » : ut patet ex divite, cujus lingua [cruciabatur in flamma. Et quidem, si sacer textus habeat « rotam gehennæ, » ut in quibusdam exemplaribus legitur (31), hoc modo dictum illud est explicandum. Si autem legendum sit, « rotam geneseos, seu nativitatis » hanc recipit interpretationem : « Rotam nativitatis » dicit vitam : atque adeo, « inflammat rotam nativitatis, » perinde est, ac vitam maculat. Hanc enim et Psalmographus coronam nominavit dicens ad Dominum [28] : « Benedicas coronæ anni benignitatis tuæ. » Corona scilicet et rota inter se convoniunt quoad formam orbicularem. Rota quædam est etiam vita, utpote quæ in sese velut rota revolvitur.

D

[28] Psal. LXIV, 12.

## Bonifacii Finetti notæ.

(29) Quæ sequuntur verba usque ad v. 4 sunt S. Jo. Chrysostomi, quæ habet ille hom. 51, alias 52, *in Matthæum*, exstantque tom. VIII postremæ edit. Paris., p. 527. Referuntur etiam in Cat. Vindob.

(30) Textum hunc ex Catena Vindobonensi supplevimus.

(31) Nempe v. 6, ubi Vulgata habet *rotam nativitatis*, in Græcis exemplaribus lectio varia reperitur. Quædam enim habent τροχὸν τῆς γεέννης, *rotam gehennæ*, alia et multa plura, τροχὸν τῆς γενέσεως, *rotam geneseos* seu *nativitatis*.

Digitized by Google

VERS. 5. « Ita et lingua modicum quidem membrum est, et magna exaltat. Ecce, quantus (32) ignis quam magnam silvam incendit. » — « Ita et lingua, » hoc est, eodem modo etiam lingua moveri debet juxta rationem : « modicum enim est membrum ; » attamen magna, scilicet vel mala, vel bona, operatur. Illud enim « Magna exaltat » idem est ac magna opera præstat.

A « Οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ καὶ μεγαλαυχεῖ. Ἰδοὺ ὀλίγον πῦρ, ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει. » Ἀντὶ, Τοῦτον τὸν τρόπον καὶ ἡ γλῶσσα ὀφείλει κινεῖσθαι κατὰ τρόπον. « Μικρὸν γάρ μέλος ἐστὶν, » ἀλλὰ μεγάλα ἐργάζεται, κακὰ δηλαδὴ καὶ καλά· τὸ δὲ, « Μεγαλαυχεῖ, » ἀντὶ τοῦ, μεγάλα ἔργα ἔχει.

VERS. 6. « Et lingua ignis est, mundus (33) iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, et inflammat rotam nativitatis nostræ inflammata a gehenna. » Ordo orationis hic est : Ita et lingua mundus iniquitatis, ignis est. Sicut enim ignis omnia destruit; sic et illa. Per mundum autem quidem hic multitudinem intelligunt, quemadmodum et in eo loco [16] : « Et B mundus eum non cognovit. » Mundus itaque est etiam **338** lingua, hoc est multitudo, seu universitas iniquitatis (34).

« Καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας. Οὕτως ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν ἡ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα, καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, καὶ φλογιζομένη ἀπὸ τῆς γεέννης. » Τὸ ἑξῆς· Οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα οὖν ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας πῦρ ἐστιν. Ὡς γὰρ τὸ πῦρ ἀφανίζει πάντα, οὕτω καὶ αὐτή. Κόσμον δέ τινες ἐνταῦθα τὸ πλῆθος λέγουσιν, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ, « Ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. » Κόσμος οὖν καὶ ἡ γλῶσσα, τοῦτ' ἔστι πλῆθος ἀδικίας.

VERS. 7, 8. « Omnis enim natura bestiarum et volucrum et serpentium et marinorum (35) domatur et domita est a natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest : inquietum (36) malum, plena veneno mortifero. » Confirmatio hæc ad superius dicta referenda est. Cum enim dixisset et docuisset, quod per frenum et gubernaculum, etsi in sese parva, nihilominus, si recte adhibeantur, magna et præclara fiant, ac subjunxisset, ita et linguam oportere recta ratione moderari ; nunc allatis exemplis ostendit, se neutiquam impossibilia præcipere, perinde ac si diceret : Reponet fortasse quispiam : Tametsi lingua modicum membrum sit, cum tamen magna seu bona, seu mala operetur, nequaquam se regi patietur, ut volumus. At si bestias a natura sua alienas domat homo, multo magis membrum suum ab ipso domari posse, dicendum est. Quocirca illud : « Linguam autem nullus hominum domare potest, » non assertive, sed per interrogationem dictum esse, putandum est, ut iste sit sensus : Si homo ferocia animalia mansuefacit, ac tractabilia facit, cur linguam suam domare non poterit? Ita sane legendum. Si enim illud asserendo protulisset, haud videretur congrue ea postea usus adhortatione : « Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. » Si enim impossibile est, linguam ad rectam normam dirigere, perperam ad id hortaretur : qui enim impossibilia suadet, incassum suadet. Illud autem « Incoercibile malum » enuntiative dictum intelligendum est.

« Πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων καὶ ἑρπετῶν, πετεινῶν τε καὶ ἐναλίων, δαμάζεται καὶ δεδάμασται τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ. Τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι. Ἀκατάσχετον κακόν· μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου. » Τὰ τῆς αἰτιολογίας ταύτης πρὸς τὰ ἄνω εἰρημένα ἀκουστέον. Εἶπὼν γὰρ καὶ διδάξας διὰ τοῦ χαλινοῦ, διὰ τοῦ πηδαλίου, ἃ μικρὰ μέν ἐστι, μεγάλα δὲ κατορθοῖ καλῶς κινούμενα, καὶ ἐπενέγκας, ὅτι οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα ὀφείλει μετάγεσθαι τῷ ὀρθῷ λόγῳ, δείκνυσι διὰ τῶν παρόντων ὡς οὐκ ἀδύνατα προστάσσει διὰ τῶν ὑποκειμένων ὑποδειγμάτων. Ὥσπερ εἰ ἔλεγεν· Ἀλλ' ἐρεῖ τις, ὅτι κἂν μικρὸν μέλος ἡ γλῶσσα, ἀλλ' οὖν μεγάλα ἐργαζομένη καλὰ καὶ κακὰ, οὐκ εὐπειθής ἐστι πρὸς ἃ βουλόμεθα. Οὐδὲν τοῦτο πρὸς ἀπολογίαν. Εἰ γὰρ ἀνοίκεια τῇ ἑαυτοῦ φύσει δαμάζει ὁ ἄνθρωπος θηρία, πολλῷ μᾶλλον τὸ ἑαυτοῦ μέλος. « Οὐδεὶς ἀνθρώπων δύναται δαμάσαι, » μὴ κατὰ ἀπόφανσιν ἀναγνωστέον, ἀλλὰ κατ' ἐπαπόρησιν· ἵνα ᾖ οὕτως· Εἰ τὰ ἀτίθασσα [θηρία] ἄνθρωπος [τιθασσεύει καὶ] χειροήθη ποιεῖ, ἆρα τὴν ἑαυτοῦ γλῶσσαν οὐ μὴ δαμάσει; Οὕτως ἀναγνωστέον. Εἰ γὰρ κατὰ ἀποφανσιν, οὐκ ἂν δόξῃ καλῶς πρὸ τῶν κεχρῆσθαι τῷ νουθετήματι· λέγω δὲ τῷ, « Οὐ χρὴ, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι. » Εἰ γὰρ ἀδύνατον τὴν γλῶσσαν μεταρυθμίσαι, [ὁ] ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖν [παραινῶν] οὐκ ἀσφαλῆ τὴν παραίνεσιν ποιεῖ, φήσειέν τις. Τὸ δὲ, « Ἀκατάσχετον κακόν· μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου, » κατὰ ἀπόφανσιν προσεκτέον.

VERS. 9-12. « In ipsa benedicimus Deum et Patrem, et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet, fratres mei,

« Ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. Οὐ χρὴ, ἀδελφοί μου,

[16] Joan. I, 10.

## Bonifacii Finetti notæ.

(32) Græcus habet ὀλίγον, *modicus*.

(33) Vulgatus interpres vertit, *universitas*, ad sensum magis quam ad vocem respiciens.

(34) Cum hic proprio in loco exponatur quid sit *mundus iniquitatis*, profecto quæ ante v. 4 præcessit expositio ascititia esse debet.

Digitized by Google

ταῦτα οὕτω γίνεσθαι. Μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν; Μὴ δύναται, ἀδελφοί μου, συκῆ ἐλαίαν; ποιῆσαι, ἢ ἄμπελος σῦκα; Οὕτως οὐδὲ μία πηγὴ ἁλικὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ δύναται. » Καὶ τοῦτο κατὰ ἐπαπόρησιν ἀκουστέον· ἐντρέποντος γάρ ἐστι τοὺς ἀκροατάς· ὡς καὶ τὸ ἑφεξῆς τὸ, « Ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. » Εἰ γὰρ εὐλογεῖν πάντας κελευόμεθα « (Λοίδοροι γὰρ βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι,) » ἆρα οὐκ αἰσχύνῃ τῷ αὐτῷ ὀργάνῳ χρῆσθαι ὑπουργῷ κακίας καὶ ἀγαθωσύνης; Οὐδεὶς τῶν σωφρονούντων τῷ αὐτῷ ὀργάνῳ βόρβορον διατarάξειε καὶ μύρον. Προσεύχῃ; Μὴ καταρῶ τοῦ ἐχθροῦ. Εὐχὴ γὰρ καὶ κατάρα πολὺ τὸ μέσον ἔχουσιν. Εἰ μὴ ἀφήσει [*f.* —σεις] τῷ λελυπηκότι, οὐδὲ ἀφεθήσεταί σοι· ἀλλὰ καταρώμενος σεαυτὸν ἀλώσῃ [ἡνίκα εὔχῃ ἀφεθῆναί σοι τὰ ὀφειλήματα, καθὼς ἂν καὶ αὐτὸς ἀφῇς τοῖς σεαυτοῦ ὀφειλέταις].

Vers. 5. « Qui reddent rationem ei, qui paratus est judicare vivos et mortuos. » Sensus est : Ii, qui vos conviciis insectantur « rationem reddent ei, qui vivos et mortuos judicabit. » Judicantur enim etiam mortui, ut ex Domini ad inferos descensu patet. Illuc enim post mortem suam profectus ipse, non secus ac supra terram fecerat, prædicavit. Prædicavit autem non sermone, sed opere. Quemadmodum vero, cum in mundo versaretur, ejus prædicatio, iis quidem qui ad ipsum agnoscendum comparati erant, in justificationem, iis vero qui ipsum agnoscere noluerunt, in condemnationem cessit; sic et apud inferos detentis contigit : iis enim qui secundum carnem vixerant, judicium, iis autem qui spiritualem, seu ornatam virtutibus, vitam duxerant, gloriam et salutem attulit. Quare Judex vivorum et mortuorum recte dicitur. *Aliter.* Mortuos hic appellat eos inter gentiles, qui enumeratis supra criminibus occisi erant : de quibus optat apostolus, ut aliquando conversi rectam « rationem reddere » possint « ei, qui paratus est judicare vivos et mortuos. » « Vivos, » rursus justos, « mortuos » autem peccatores vocat : quibus divinum Verbum in suo in hunc mundum adventu evangelizavit regnum cœlorum. Et quidem peccatores qui ejus mandata amplexi sunt, judicant semetipsos velut homines « carne, » hoc est, hac in vita carnem suam condemnant, **375** et jejuniis, humisterniis, lacrymis, aliisque afflictationibus castigant, ut vivant secundum Deum spiritu, memores apostolicæ illius sententiæ [63] : « Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renovatur de die in diem. »

Vers. 6. « Propter hoc enim et mortuis evangelizatum est. » Vetusti quidam Patres hocce dictum : « Mortuis evangelizatum est, » ita interpretati sunt, ac si nullam cum aliis connexionem haberet; non considerantes, quod, cum causam contineat, ad id, quod præcedit, referre ipsum oporteat. « Mortui » igitur, inquiunt, duo hominum genera in Scriptura dicuntur : vel ii scilicet, qui peccatis immortui sunt, qui neque unquam vitam habere poterunt; vel qui Christi morti conformes affecti sunt, mundo quidem, seu mundanis affectibus mortui, viventes autem Christo soli; uti et Paulus ait [64] : « Quod nunc vivo, in carne, in fide vivo Filii Dei. » Sic itaque aiunt : Ii qui hac ratione Christo commortui sunt, in carne seipsos ob anteriorem vitam desidiose et negligenter

[61] Psal. LXIV, 7. [62] Psal. XCII, 2. [63] I Cor. IV, 16. [64] Galat. II, 20.

Digitized by Google

actam condemnant : adeoque vivunt « spiritu. » hoc est, vitam Christi Domini exemplo conformem ducunt : eorum namque, quæ antea gesserunt, improbatio eos erga præsentia, et quæ præ manibus habent, alacriores facit. Ita illi quidem. Quæ, tametsi recte se habere quis putaverit, hoc tamen defectu laborant, quod cum toto contextu haud cohæreant. Cum enim de iis qui in inferis conclusi erant, præmissum fuerit, et « his qui in carcere erant spiritibus prædicasse, » ad istud etiam referre oportet præsentem, qua causa afferatur, propositionem, et non eam velut si sola prolata foret, considerare. Quare dicimus, quod cum proxime dixisset, « Ei, qui paratus est judicare vivos et mortuos, » contra quod illud opponi poterat, quod ignotum videretur, ubi cum viventes, tum mortui judicandi essent, rem hanc confirmat eo, quod dixerat, et « his qui in carcere erant, spiritibus prædicasse, » et prædicationem illam ad « judicium, » hoc est, ad condemnationem cessisse : iis namque, qui vitæ probe transactæ conscii erant, confestim bonitati illius, qui inibi apparuit, adhærescentibus; illi, qui pravam vitam se duxisse mominerant, summo inibi repleti sunt pudore, atque condemnationem suam receperunt. Hoc igitur est judicem esse mortuorum. « Vivorum » autem, cum Dominus ad mortalem hanc vitam venit, ejus præsentia ad condemnationem plerisque fuit ; nam, cum boni ad ipsum doctrinæ ipsius percipiendæ causa accurrerent, mali veritatem clausis sponte oculis repulerunt. Quamobrem Dominus protulit illud [66] : « In judicium ego in hunc mundum veni, » hoc est, in condemnationem. **376** « Ut judicentur quidem secundum homines in carne, vivant autem secundum Deum spiritu. » Integer hic textus hunc habet sensum : Domino ad inferos descendente, ii quidem qui in mundo carnaliter vixerant, condemnati sunt : qui autem spiritualem vitam egerant, aut cum Domino revixerunt (quandoquidem « multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt [66] ; ») aut certe optima spe recreati sunt. Cæterum in verbis iis « judicentur, » ac « vivant » futurum pro præterito usurpatum est (quæ temporum mutatio in Scriptura haud infrequens est), scilicet pro, judicati sunt, vixerunt. « Omnium autem finis appropinquavit : » hoc est cum eorum qui in vita, tum eorum, qui apud inferos justificati sunt : quandoquidem in secundo Domini adventu quisque quod illi debetur, recipiet. Si vero quispiam sit, qui Domini in inferno prædicationem despiciat, quasi nihil mortuis in inferno detentis prodesse possit, juxta illud [67] : « In inferno autem quis confitebitur tibi ? » næ ille cum prædicationem in inferno factam erasse nimis intelligit, tum « confessionem non laudem Dei, » sed rerum occultarum prolationem esse putat ; non percipiens, quo sensu

προτέρᾳ ἀμελεῖ ζωῇ καὶ ῥᾳθύμῳ. Τοῦτο δὲ ζῆν αὐτούς ἐστι πνεύματι, τοῦτ' ἔστι, τῇ κατὰ Χριστὸν ζωῇ. Ἡ γὰρ τῶν προτέρων κατάγνωσις εὐθυμοτέρους αὐτοὺς περὶ τὰ νῦν καὶ μετὰ χεῖρας ποιεῖ. Κἀκεῖνοι μὲν οὕτως. Εἰ δὲ καὶ καλῶς ἔχειν ταῦτά τις ἐρεῖ, ἀλλ' οὔπω καὶ τοῦ παντὸς ἐξέχεται τὸ εἰρημένον. Εἰρημένου γὰρ ἀνωτέρω περὶ τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ, ὅτι κἀκείνοις « τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασιν ἐκήρυξε, » πρὸς τοῦτο δέον καὶ ἀναφέρειν τὸν παρόντα μετὰ αἰτίας εἰσαγόμενον λόγον, καὶ μὴ ὡς νῦν μόνον εἰρημένων ἐπισκοπεῖν. Ὅθεν ἐροῦμεν, ὡς ἐπειδὴ προσεχῶς εἶπε · « Τῷ ἑτοίμως ἔχοντι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, » τὸ δὲ ἀνθυποφερόμενον ἦν τούτοις · Καὶ ποῦ ζῶντες, ποῦ δὲ νεκροὶ κρίνονται; ἐπιφέρει τοῦ λόγου τὴν πίστιν ἀφ' ὧν ἀνωτέρω εἰρήκει, ὅτι καὶ « τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασιν ἐκήρυξε, » καὶ τὸ κήρυγμα τοῦτο εἰς « κρίσιν » ἐγένετο, ἤτοι κατάκρισιν · τούτων, τῶν μὲν ἑαυτοῖς συνειδότων χρηστὸν βίον, τῆς τοῦ φανέντος ἐκεῖσε, κ. τ. λ., χρηστότητος, συναπτομένων εὐθύς· τῶν δὲ πονηρῶν αὐτόθεν αἰσχύνης πεπληρωμένων, καὶ τὴν ἑαυτῶν καταδίκην ἐκδεχομένων. Τοῦτο μὲν οὖν τὸ κριτὴν εἶναι νεκρῶν. Τὸ δὲ, « ζώντων, » ἐλθόντος τοῦ Κυρίου εἰς τὸν φθαρτὸν τοῦτον βίον, τὴν παρουσίαν ἐσχήκασιν ἄνθρωποι τούτου κατάκρισιν · τῶν μὲν ἀγαθῶν προσδραμόντων αὐτῷ εἰς μαθητείας [*f.* — αν]. τῶν δὲ κακῶν ἀποδεισαμένων, καὶ ἑκόντι μυσάντων πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Διὸ καὶ εἴρηται τὸ, « Εἰς κρῖμα ἐγὼ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, » ἤτουν εἰς κατάκριμα. Οὕτω μὲν οὖν ζώντων κριτὴς καὶ νεκρῶν ὁ Χριστός. « Ἵνα κριθῶσι μὲν κατὰ ἀνθρώπους σαρκὶ, ζῶσι δὲ κατὰ Θεὸν πνεύματι. » Τὸ, « κριθῶσι σαρκὶ, » τὸ ὅλον νόημα οὕτως · Τοῦ Κυρίου τοῖς ἐν τῷ ᾅδῃ ποιήσαντος, οἱ μὲν ἐν τῷ κόσμῳ σαρκικῶς ζήσαντες κατεκρίθησαν · οἱ δὲ πνευματικῶς, ἔζησαν ἢ τῇ μετὰ τοῦ Κυρίου ἀναβιώσει (πολλὰ γὰρ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη), ἢ τῇ εὐελπιστίᾳ. Τὸ δὲ, « κριθῶσι » καὶ « ζῶσι » κατὰ ἀντιχρονίαν εἴληπται ἀντὶ παρῳχημένων, μέλλων, ὃ τῇ θείᾳ Γραφῇ σύνηθες. Ἀντὶ γὰρ τοῦ, ἔζησαν καὶ ἐκρίθησαν. « Πάντων δὲ τὸ τέλος ἤγγικε · » τοῦτ' ἔστι, καὶ τῶν κατὰ ζωὴν δικαιωθέντων, καὶ τῶν κατὰ τὸν ᾅδην. Ἐν γὰρ τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ τὸ ἀποκείμενον ἑκάστῳ τελεσθήσεται. Εἰ δέ τις τὸ ἐν τῷ ᾅδῃ τοῦ Κυρίου κήρυγμα ἀθετεῖ, φάσκων μηδὲν τοῖς ἐν τῷ ᾅδῃ τοῦτο λυσιτελεῖν τεθνεῶσιν, κατὰ τὸ, « Τίς ἐν τῷ ᾅδῃ ἐξομολογήσεταί σοι; » οὗτος καὶ τὸ κήρυγμα τὸ ἐν τῷ ᾅδῃ παχέως ἐπακούσεται, καὶ τὴν « ἐξομολόγησιν οὐκ αἶνον Θεοῦ, » ἀλλ' ἐξαγόρευσιν λογίζεται, ἀνήκοος ὢν τοῦ, « Οὐχ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε, Κύριε. » Ἔστι δὲ τὸ, « Ἐν τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; » τοιοῦτο · Ἐξομολόγησίς ἐστιν εὐχαριστία πρὸς Θεὸν, ἐφ' οἷς τις δυσχερῶν ἀπηλλάγη. Ἐπεὶ οὖν ἐν τῷ παρόντι βίῳ πάντα τὰ πρακτὰ συντελεῖται ἐνεργούμενα (ἀποθανοῦσι γὰρ πάντα [ἀργὰ]), εἰκότως ὡς μή τινος τούτων ἐνεργουμένου ὑπὲρ ὧν τις ἀπαλλαγεὶς ἐξομολογήσεται,

[66] Joan. IX, 39. [66] Matth. XXVII, 52. [67] Psal. VI, 6.

Digitized by Google

εἴρηται τὸ, « Ἐν τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι ; » A dictum sit [66] : « Non mortui laudabunt te, Domine ? Confessio itaque est gratiarum actio Deo, cum quis ab aliqua molestia liberatus est. Porro cum tempus operandi hac vita finiatur, (mortui enim ab omni vacant opere,) profecto cum nihil illic contingat, ob quod quis liberatus confiteatur, merito dictum est : « In inferno quis confitebitur tibi ? »

« Πάντων δὲ τὸ τέλος ἤγγικε. Σωφρονήσατε οὖν, καὶ νήψατε εἰς τὰς προσευχάς. Πρὸ πάντων δὲ τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες, ὅτι ἡ ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν. Φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους ἄνευ γογγισμοῦ. » — « Τέλος, » ἀντὶ τοῦ, συμπλήρωσις, συντέλεια. « Τέλος » φησὶν « ἤγγικέναι πάντων· » τοῦτο δὲ ἀληθεῖ λόγῳ ἐστὶν ὁ Χριστός· ἡ πάντων γὰρ τελειότης αὐτός ἐστιν· ἀλλ' οὐχ ὡς Ἕλληνες ληροῦσιν, οἱ μὲν τὴν ἡδονὴν φάσκοντες τέλος, ὡς Ἐπίκουρος· οἱ δὲ τὴν ἐπιστήμην, ἤτοι θεωρίαν, ἢ ἀρετήν. Ἐπὶ [*f.* ἐπεὶ] τοίνυν ἡ πάντων τελειότης Χριστὸς παραγέγονε, καὶ αὐτοὶ ταύτῃ τῇ B τελειότητι, φησὶ, συμμορφούμενοι, ἀνελλιπεῖς ἑαυτοὺς ἐν παντὶ δείξατε, ἐν σωφροσύνῃ, ἐν νήψει προσευχόμενοι. Νηφόντων γὰρ ἡ προσευχὴ ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους ἀγάπῃ. Ταύτην δὲ Παῦλος « πλήρωμα » εἶπε νόμου· οὗτος δὲ « ἁμαρτίας » δυναμένην « καλύπτειν. » Ὁ γὰρ εἰς τὸν πλησίον ἔλεος τὸν Θεὸν ἡμῖν ἵλεων ποιεῖ. Εἰπὼν δὲ « ἀγάπην, » ἐπάγει καὶ τὰ τῇ ἀγάπῃ συνακολουθοῦντα, τὴν « φιλοξενίαν, » ἣν « ἄνευ γογγυσμοῦ » ἐκτελεῖν κελεύει. Ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐπορουμένοις ἑκάστῳ χαρίσματι τῷ μὴ ἔχοντι ἀδελφῷ κοινωνεῖν, οἷον ὁ λόγον ἔχων διδασκαλικὸν (τοῦτο γὰρ τὸ, « ὡς λόγια Θεοῦ, » δηλοῖ), τῷ χρῄζοντι τούτου. Ὁ χορηγίαν ἔχων τροφῶν τῷ μὴ ἔχοντι ἐπιδιδόναι, μὴ μικροψύχως, ἀλλ' ὡς ἡ δύναμις « παρέχει τῆς ἀπὸ Θεοῦ χορηγίας. Ταῦτα C δὲ παραινῶ, φησὶν, « ἵνα ἐν πᾶσιν » εἴτε ἔθνεσιν, ἢ καὶ τοῖς ἐγγὺς ὑμῶν, « δοξάζηται ὁ Θεός. »

VERS. 7-9. « Omnium autem finis appropinquavit. Estote itaque prudentes, et vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes : quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales invicem sine murmuratione. » Ponitur « finis » pro complemento, seu consummatione. Porro « finem omnium appropinquasse, » ait, qui est Christus : ipse enim omnium perfectio est : et non ut gentiles effutiunt, quorum alii voluptatem, ut Epicurus, alii scientiam seu contemplationem, alii virtutem ultimum finem esse arbitrantur. Quoniam igitur omnium perfectio ac finis Christus advenit, inquit, et vos huic conformati perfectioni, exhibete vosmetipsos in omni virtute absque defectu, in sobrietate et vigilantia orantes (vigilantium enim est oratio) in « mutua charitate. » Hanc Paulus quidem « plenitudinem legis » vocat ; hic autem apostolus ait [67], eam « peccata operire » posse : siquidem misericordia quæ in proximum exercetur, Deum nobis propitium reddit. Ut vero de « charitate » mentionem fecit, subjungit ea, quæ illam comitari solent : ut est « hospitalitas » quam « sine murmuratione » exercendam præcipit ; sicut etiam, ut ii, qui aliquo abundant dono, illud cum **377** fratre non habente libenter communicent : ut si quis doctrinam possidet (hoc enim illud, « ut sermones Dei » significat), eum, qui indigens est, ipsa participet. Sic qui alimentis abundat, ei qui caret, partem faciat ; et non quidem parce, sed juxta facultatem, quam illi Deus suppeditavit. Hoc autem, inquit, vobis ideirco suadeo, « ut ab omnibus, » sive gentiles sint, sive propinqui, « honorificetur Deus. »

« Ἕκαστος καθὼς ἔλαβε χάρισμα ἀπὸ Θεοῦ, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διακονοῦντες, ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος Θεοῦ. Εἴ τις λαλεῖ, ὡς λόγια Θεοῦ· εἴ τις διακονεῖ, ὡς ἐξ ἰσχύος ἧς χορηγεῖ ὁ Θεός· ἵνα ἐν πᾶσιν ὁ Θεὸς δοξάζηται διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. » Τῶν γὰρ ἐφ' ἡμῖν κειμένων, καὶ ὧν ἐσμεν κύριοι, μὴ ποιεῖν, τοῦτο πάσης ἀδικίας ἔχει γραφήν. Οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς τῶν χρημάτων κτήσεως μόνης, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων φυσικῶν πλεονεκτημάτων ἐχόντων, ὑπόχρεώς ἐστι παρέχειν τῷ μὴ ἔχοντι. Ὅτι καὶ αὐτὸς μὴ ἔχων παρὰ Θεοῦ ἔλαβεν, ἵνα παρέχῃ τῷ μὴ ἔχοντι. D

VERS. 10, 11. « Unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei : si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus : ut in omnibus honorificetur Deus, per Jesum Christum : cui est gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen. » Nam quæ in nostra potestate omnimode sunt, ea non facere summæ injustitiæ species est. Non enim ii tantum qui pecunias possident, sed quicunque naturali aliquo dono præcellunt, illud cum non habente communicare debent : quandoquidem etiam ipse, cum non haberet, accepit utique ut indigentibus distribueret.

« Ἀγαπητοί, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει, πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γενομένῃ [*vulg.* γιν.], ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος· ἀλλὰ καθὸ [*vulg.* καθὼς] κοινωνεῖτε τοῖς τοῦ Κυρίου παθήμασι, χαίρετε· ἵνα καὶ ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῆς δόξης αὐτοῦ χαρῆτε ἀγαλλιώμενοι. » Οὕτω διαταξάμενος περὶ τῶν προσεχῶς εἰρημένων, ἐπεί τινας ἐώρα διὰ τὰς ἐπαγομένας αὐτοῖς θλίψεις σκανδαλιζομένους, ἅτε ἐν τῷ νόμῳ τοῖς

VERS. 12, 13. « Charissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis sit, quasi novi aliquid vobis contingat. Sed communicantes Christi passionibus, gaudete, ut et in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exsultantes. » Cum ita circa præcedentia constituisset, quoniam perspiciebat, nonnullis offendiculo esse eas, quas patiebantur, afflictiones, eo præsertim quod in lege iis, qui Deo serviunt,

[66] Psal. cxiii, 17. [67] Rom. xiii, 10.

Digitized by Google

prospera ac imperturbata vita promittatur ; licet superius, cum servis præcepta daret, ejusmodi homines breviter consolatus esset, nihilominus nunc ad eumdem finem fusiore utitur sermone, inquiens : « Charissimi » (qua compellatione statim significat, hæc illis non tanquam odio habitis, sed potius velut impense dilectis usu venire). « Nolite peregrinari, » hoc est, ne miremini. Deinde, quod « explorationem per ignem » appellat afflictiones, aperte indicat, eas ipsis nonnisi ad eorum probationem, seu periclitandi eos causa, a Deo immitti. Hujusmodi autem experimentum eum de quo capitur, non secus ac ignis aurum, vel argentum, probatissimum ac, summe æstimabilem reddit. Subjungit vero, quod omnium beatissimum est, nempe, eos qui ista perpetiuntur, conformes fieri Christo Domino et Magistro : adeoque, si nunc cum ipso variis efficiuntur ignominiis, postea, in futuro sæculo, cum ipso quoque glorificandos esse. Hæc summa verborum apostoli.

A δουλεύουσι τῷ Κυρίῳ ἐπαγγελίαν ἀνενοχλήτου βίου κειμένην· καὶ ἄνω μὲν διὰ βραχέων, ἡνίκα τοῖς δούλοις ἐνομοθέτει, τὴν περὶ τούτου παράκλησιν ἐποιήσατο, νῦν δὲ διεξοδικώτερον τῷ λόγῳ κέχρηται, καί φησιν· « Ἀγαπητοί· » εὐθὺς διὰ τοῦ ὀνόματος σημαίνων, ὡς οὐ μισουμένοις, ἀλλ' ὡς ἄγαν ἀγαπωμένοις ταῦτα συμβαίνει. « Μὴ ξενίζεσθε » δὲ, ἀντὶ τοῦ, μὴ θαυμάζετε. Εἶτα καὶ « πύρωσιν » τὰς θλίψεις εἰπὼν, ἐνέφηνεν, ὡς διὰ δοκιμασίαν αὐτοῖς αὗται ἐπάγονται. « Ἡ δὲ δοκιμασία περισπούδαστον τὸ δοκιμαζόμενον ἀποτελεῖ, ὡς καὶ τὸν χρυσὸν καὶ ἄργυρον. Τούτοις δὲ τὸ μακαριώτερον ἁπάντων ἐπενέγκας, τὸ τοὺς ταῦτα πάσχοντας, ἐναμίλλους εἶναι Χριστῷ τῷ διδασκάλῳ, καὶ μετ' αὐτοῦ τοὺς νῦν ἠτιμωμένους, ἵνα καὶ συνδοξασθῶσιν αὐτῷ B κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα, τὸ πᾶν ἐν τούτοις καταπαύει τοῦ σκοποῦ. »

Vers. 14,15. « Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis : quoniam quod est honoris, gloriæ, et virtutis Dei, et qui est ejus Spiritus, super vos requiescet. » Quoniam Christiani appellamini. « Per illos quidem blasphematur; **378** per vos autem glorificatur. Nemo autem vestrum patiatur, ut homicida, aut fur, aut maledicus. » Subaudiendum qui, ante ea verba, « Per illos quidem blasphematur. » Nempe Spiritus sanctus per impios quidem maledictis allicitur, « per vos autem collaudatur. » Quomodo? Quia, cum illi vos false accusent, eis quidem ignominia, vobis autem gloria affunditur.

« Εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, μακάριοι· ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται. » Ἐν τῷ Χριστιανοὶ καλεῖσθαι. « Κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται. Μὴ γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεύς, ἢ λοίδορος, ἢ κλέπτης, ἢ κακοποιός. » Προσυπακουστέον τὸ, ὅπερ, « Κατ' αὐτοὺς μὲν βλασφημεῖται, » τὸ τοῦ Θεοῦ δηλονότι Πνεῦμα, κατὰ μὲν τοὺς ἀσεβεῖς, βλασφημεῖται, « κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται. » Πῶς; Ὅτι ψευδῶς ὑμῶν κατηγορούντων αὐτῶν. Ἐκείνοις μὲν καταχεῖται αἰσχύνη, ὑμῖν δὲ δόξα.

C

Vers. 15, 16. « Vel ut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat : glorificet autem Deum in isto nomine. » Alienorum appetitor hic dicitur, qui aliena curiosius indagat, ut calumniandi occasionem habeat : quod est scelesti, dolosi et ad omne malum comparati animi.

« Ἢ ὡς ἀλλοτριοεπίσκοπος. Εἰ δὲ ὡς Χριστιανός, μὴ αἰσχυνέσθω· δοξαζέτω δὲ τὸν Θεὸν ἐν τῷ μέρει τούτῳ. » — « Ἀλλοτριοεπίσκοπος, » ὁ τὰ ἀλλότρια περιεργαζόμενος, ἵνα ἀφορμὴν λοιδορίας ἔχῃ. Τοῦτο δὲ μιαρᾶς καὶ κακούργου ψυχῆς, καὶ πρὸς πᾶν ἑτοίμης κακόν ἐστι.

Vers. 17, 18. « Quoniam tempus est, ut incipiat judicium a domo Dei. Si autem primum a nobis, qui finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio. Et si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt ? »—« Judicium » hic non condemnatio ? nem, sed discussionem et indagationem vocat. Terret autem eos, ut a torpore, in quo vivebant, excitet. Idcirco subdit : « Si igitur primum a nobis » discussio incipiet eorum, quæ viventes egimus; qualem putamus futurum eorum finem, qui non crediderunt ?« Incipit autem judicium a domo Dei : » nam secundum magnum Basilium, naturaliter eorum qui nobis familiarissimi sunt, offensas ægerrime ferimus. Omnium vero familiarissimi Deo sunt fideles, qui domum ejus, hoc est, Ecclesiam replent. Quamobrem dicebat Salvator[70] : Primum « dicet his, qui a dextris ejus erunt. » Judicium vero hic, seu discussionem, vocat afflictiones, quæ fidelibus inferuntur ab impiis : quod eventurum

« Ὅτι ὁ καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρῖμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ πρῶτον ἀφ' ὑμῶν, τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ τοῦ Θεοῦ Εὐαγγελίῳ; Καὶ εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται; » — « Κρῖμα » νῦν οὐ τὸ κατάκριμα, ἀλλὰ τὴν ἐξέτασιν λέγει, τὴν ἔρευναν. Ἐμφόβους δὲ αὐτοὺς ποιεῖ, τοῦ ῥᾳθύμου βίου αὐτοὺς ἀπανιστῶν. Διὸ καὶ ἐπιφέρει· Εἰ οὖν « πρώτη ἀφ' ὑμῶν » ἐξέτασις τῶν βεβιωμένων, τί χρὴ τέλος νομίζειν [τῶν ἀπειθησάντων]; Ἄρχεται δὲ πρῶτον ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ· κατὰ γὰρ τὸν μέγαν Βασίλειον, φυσικῶς τοῖς οἰκειοτάτοις ἡμῶν χαλεπαίνομεν, ὅταν εἰς ἡμᾶς ἐξαμαρτάνωσιν. Οἰκειότατοι δὲ Θεῷ, οὐκ ἄλλοι, ἢ οἱ πιστοί, οἱ συμπληροῦντες αὐτοῦ τὸν οἶκον, ἤτοι τὴν Ἐκκλησίαν. Διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ ἔλεγε· Πρῶτον « ἐρεῖ τοῖς ἐκ δεξιῶν. » — « Κρῖμα » δὲ ἐνταῦθα, τὸν ἔτασμὸν, τὰς θλίψεις λέγει τὰς ἀπὸ τῶν ἀσεβῶν ἐπενεχθείσας τοῖς πιστοῖς. Ὃν καὶ ὁ Κύριος προκατήγγειλε τὴν ἐπαγωγήν. Ἰρηκώς· « Παραδώσου-

[70] Matth. xxv, 34.

Digitized by Google

σιν ὑμᾶς εἰς συνέδρια, » καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα ὡς παραμυθούμενος αὐτοὺς ἐπιφέρει· Εἰ οὖν ὑμῶν οὕτως ὄντων οἰκειοτάτων αὐτῷ, οὐ φείδεται, ἐννοήσατε τί τέλος ἔσται τοῖς ἀσεβέσι· καὶ [πιστοῦται τοῦτο ἀπὸ τῆς Γραφῆς·] « Εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται; » Τοιοῦτον δέ ἐστιν, ὃ λέγει· Εἰ ὁ δίκαιος κόπῳ καὶ μόχθῳ τῆς σωτηρίας τυγχάνει « (Βιαστὴ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, » καὶ διὰ πολλῶν θλίψεων αὐτῆς τις τυγχάνει), οἱ ἄνετον βίον καὶ ἀπολαυστικὸν ζῶντες, τίνων τεύξονται; Κατὰ τὸν μέλλοντα δὲ αἰῶνα, τὸ περὶ τῶν ἀσεβῶν ἀκουστέον. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς « πάσχοντες κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, » μὴ ῥᾳθυμῶμεν, ἀλλ' « ὡς πιστῷ Κτίστῃ παρατιθώμεθα τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐν ἀγαθοποιΐᾳ. »

« Ὥστε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ὡς πιστῷ Κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐν ἀγαθοποιΐᾳ. » — « Θέλημα τοῦ Θεοῦ » ἤ [ὅτι] οὐκ ἔξω τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας τὰ ἡμέτερα πάθη, δηλῶν, ἀλλ' οἷον δοκίμιον ταῦτα ὑπ' ἐκείνου ἡμῖν βραβευόμενα, ἢ ὅτι ὡς ὑπὲρ τοῦ θελήματος αὐτοῦ πάσχοντες, αὐτῷ παραχωρῶμεν καὶ τὴν ἔκβασιν. Πιστὸς γὰρ οὗτος, οἱονεὶ ἀψευδής, κατὰ τὰς ἐπαγγελίας αὐτοῦ, καὶ οὐκ « ἐάσει ἡμᾶς ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα πειρασθῆναι. » Πῶς δὲ δεῖ Θεῷ παρατιθέναι ἑαυτόν; « Ἐν ἀγαθοποιΐᾳ, » [φησί. Τί δὲ τοῦτο;] Τὸ ἐν ταπεινοφροσύνῃ ἀνατιθέναι ἑαυτὸν, μὴ μέγα ἐφ' οἷς πάσχει τις φρονῶν, ἀλλ' ὅσῳ μείζω δοκεῖ πάσχειν, τοσούτῳ ἀχρεῖον λογιζέσθω ἑαυτὸν, λέγων πρὸς Κύριον· « Δίκαιος εἶ ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἐποίησας ἡμῖν. » — « Ἀσεβὴς » δὲ καὶ « ἁμαρτωλὸς » [ταύτῃ] διαφέρουσιν. « Ἀσεβὴς » γάρ, ὁ ἔξω πάντη Θεοῦ· « ἁμαρτωλὸς » δὲ, ὁ τῆς εἰς Θεὸν πίστεως ἀντεχόμενος, καταφρονῶν δὲ τοὺς νόμους αὐτοῦ. Δύναται δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς εἶναι. Ὁ γὰρ τὴν ἀνομίαν ἐργαζόμενος πάντως καὶ ἀσεβεῖ, μὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ ἁμαρτάνειν εἶναι λογιζόμενος.

A prædixit Dominus, cum discipulis suis ait : « Tradent vos in conciliis [71], » etc. Deinde veluti eos consolaturus subdit : Si vobis, quanquam adeo familiares illi estis, non parcit; considerate, ecquis impiorum futurus sit finis. « Et si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt? » Nempe, si justus nonnisi labore et angustiis salutem suam consequitur ([72] « Regnum enim cœlorum vim patitur, » seu multis afflictionibus comparatur), qui inertem et voluptuosam vitam ducunt, seu impii quique, quid in futuro sæculo pro malefactis suis recipient? Quapropter et nos, qui Dei voluntate adversa patimur, inertiæ nos atque desidiæ non tradamus, sed recte faciendo, Deo tanquam fideli Conditori commendemus animas nostras.

B Vers. 19. « Itaque et hi qui patiuntur, secundum voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas suas in benefactis. » — « Secundum voluntatem Dei, » ait, vel ut insinuet, adversa quæ patimur, non absque Dei providentia nobis accidere, quin ab ipso ad nostri explorationem et exercitium **379** immitti; vel ut quemadmodum ejus voluntate nos patimur, ita quoque ipsi afflictionum nostrarum exitum permittamus. Fidelis enim est ille, utpote veracissimus in promissionibus : adeoque non « patietur nos tentari supra id quod possumus [73]. » Quomodo vero oportet semetipsum commendare? « In benefactis, » inquit. Quid autem est hoc? Cum humilitate se Deo committere, ne quis propter ea C quæ patitur, alte de se sapiat : sed quo majora pati videtur, eo se magis inutilem et ad quodcumque bonum ineptum reputet; dicaturque Domino [74] : « Justus es, Domine, in omnibus quæ fecisti nobis. » Differunt autem ab invicem impius ac peccator. Impius enim est, qui omnino Deum abnegat. Peccator vero, qui retenta fide in Deum, mandata ejus contemnit. Potest autem idem esse et impius et peccator : qui enim iniqua operatur, utique etiam impie agit : siquidem cum peccat, perinde se habet, ac si Deum nullum esse existimaret.

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

« Πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ὑμῖν παρακαλῶ ὁ συμπρεσβύτερος καὶ μάρτυς τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων, ὁ καὶ τῆς μελλούσης ἀποκαλύπτεσθαι δόξης κοινωνός. Ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ, ἐπισκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλὰ ἑκουσίως κατὰ D Θεόν· μηδὲ αἰσχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως· μηδὲ ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γενόμενοι [*vulg.* γιν.] τοῦ ποιμνίου. Καὶ φανερωθέντος τοῦ Ἀρχιποίμενος, κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον. Ὁμοίως δὲ καὶ [*vulg. om.* δὲ καὶ] νεώτεροι ὑποτάγητε πρεσβυτέροις. » Περὶ « ταπεινοφροσύνης » προκειμένου αὐτῷ διαλαβεῖν, ἣν καὶ προανεκρούσατο, « ἐν ἀγαθοποιΐᾳ, » εἰπών. « Συμπρεσβύτερον » δὲ ἑαυτὸν καλεῖ, ἢ διὰ τὴν ἡλικίαν, ἢ διὰ τοῦ ἐπισκόπου τὴν τιμήν. Πρεσβυτέρους γὰρ καὶ τοὺς ἐπισκόπους καὶ ἡ τῶν Πράξεων βίβλος καλεῖ·

## CAPUT V.

Vers. 1-5. « Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro, consenior et testis Christi passionum : qui et ejus, quæ in futuro revelanda est, gloriæ communicator. Pascite qui in vobis est, gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum : neque turpis lucri gratia, sed voluntarie : neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit Princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. » Cum propositum esset Petro de « humilitate, » quam antea tetigerat, dicens : « in benefactis, » disserere; se « conseniorem » vocat, vel propter ætatem, vel propter honorem episcopatus : quandoquidem et in libro Actuum apostolorum episcopi dicuntur presbyteri, hoc est seniores, seu

[71] Matth. x, 17. [72] Matth. xi, 12. [73] I Cor. x, 13. [74] Dan. III, 27

Digitized by Google

majores natu. Deinde ut eminentiam suam, et humilitatis tantummodo gratia se « conseniorem » vocasse, ostenderet, præcellentiam suam pandit in eo situm, quod « testis Christi passionum » esset ; perinde ac si diceret : Si ego, qui talium visionum vobis interpres sum, haud dedignor, memetipsum « conseniorem » vestrum appellare ; profecto æquum non est, ut vos supra eos, qui sub vobis ministrant, efferamini. Quare et Dominus de humilitatis cultu disserens ait [75] : « Si ego lavi pedes vestros Dominus et Magister, » etc. Addit vero : « Qui et ejus, quæ in futuro revelanda est, gloriæ communicator, » seu consors, ut humilitatis excellentiam demonstraret : quemadmodum et Paulus ait [76] : « Cum Christus apparuerit, tunc et nos apparebimus in gloria. » Porro « non coacte » gregem Dei, pascit ille, qui tanquam « formam » bene operandi subditis suis **380** semetipsum proponens, discipulos habet se mutuo incitantes ad imitationem Magistri. Ac « turpis lucri » captator non est ille, qui supra subjectos sese arroganter non effert, sed humiliter cum ipsis versatur : seu qui nec pretiosa vestimenta, nec sumptuosam mensam, cujusmodi arrogantia expetit, et turpe lucrum subministrat, requirit. « Clerum » vocat sacrum cœtum. Addens autem : « Forma facti gregis, » non coacte pascendum docet. In eo autem : « Et cum apparuerit Princeps pastorum, » illud « et » particula causalis hic est, posita pro, « ut » ; adeoque sensus hujusmodi est : « Ut cum apparuerit Princeps pastorum, percipiatis incorruptibilitatis coronam. Omnes autem invicem subjecti, humilitatem innectite : quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. » Illud, « Innectite, » (6) idem hic valet ac involvite, circumdate, assumite, complectamini.

A εἶτα βουλόμενος τὸ ὑπερέχον ἑαυτοῦ παραστῆσαι, καὶ ὅτι ταπεινοφροσύνης ἕνεκεν « συμπρεσβύτερον » ἑαυτὸν λέγει· ἐπάγει τὸ ἀξίωμα ἑαυτοῦ, τὸ, « μάρτυς τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων · » οἱονεὶ λέγων, ὅτι· Εἰ ἐγὼ ὁ τῶν τοιούτων ὑμῖν θεαμάτων ὑφηγητὴς, οὐκ ἀπαξιῶ « συμπρεσβύτερον » ἐμαυτὸν καλεῖν, οὐδὲ ὑμεῖς δίκαιον κατεπαίρεσθε [f. δίκαιοι κατεπαίρεσθαι] τῶν ὑφ' ὑμᾶς τελούντων. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Κύριός φησι περὶ ταπεινοφροσύνης λέγων · « Εἰ οὖν ἐγὼ ὁ Κύριος καὶ Διδασκάλος, ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας. » Τὸ δὲ, « κοινωνὸς τῆς [μελλούσης] ἀποκαλύπτεσθαι δόξης, » προστίθησιν, ἵνα παραστήσῃ τὸ τῆς ταπεινοφροσύνης ἐξαίρετον, ὡς καὶ Παῦλός φησιν · « Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ, τότε καὶ ἡμεῖς φανερωθησόμεθα. » — « Μὴ ἀναγκαστῶς » δὲ οὗτος B [ποιμανεῖ,] ὃς « τύπον » ἑαυτὸν ἀγαθοεργίας τοῖς ὑφ' ἑαυτὸν προτιθεὶς, τοὺς μαθητευομένους [ἔχει] πρὸς ζῆλον τοῦ Διδασκάλου κατεπειγομένους ἀλλήλων · μὴ « αἰσχροκερδῶς » δὲ, ὁ μὴ δι' ἀλαζονείας προῖών καὶ κατεπαιρόμενος τῶν ὑποκειμένων, ἀλλ' ἐν εὐτελείᾳ διαζῶν, εἴ τις ἱματίων πολυτελῶν, καὶ τραπέζης ὁμοίας οὐκ ἐπιζητεῖ, ἃ τὴν ἀλαζονείαν καὶ τὴν ἀπὸ τῆς αἰσχροκερδείας χορηγίαν ποιεῖ. « Κλῆρον » δὲ τὸ ἱερὸν σύστημα καλεῖ, προστιθεὶς δὲ τὸ, « τύποι γενόμενοι τοῦ ποιμνίου, » τὸ ἀναγκαστῶς μὴ ποιμαίνειν φησίν. Ἐν δὲ τῷ, « [Καὶ] φανερωθέντος τοῦ Ἀρχιποίμενος, » ὁ, « καὶ, » αἰτιολογικὸς σύνδεσμός κεῖται, ἀντὶ τοῦ, ἵνα γάρ, ἔστι τὸ, « καὶ, » ἵνα « φανερωθέντος τοῦ Ἀρχιποίμενος, κομιεῖσθε τὸν » τῆς ἀφθαρσίας « στέφανον. » — « Πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι, τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε · ὅτι ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. » Τὸ, « Ἐγκομβώσασθε, » ἀντὶ τοῦ, ἐνειλήσασθε, περιβάλεσθε · ἢ ἀναβάλεσθε, ἀναστείλασθε. C

**Vers. 6,7.** « Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore suo (7). Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. » — « Tempus suum, » hoc est opportunum hic dicit ; quemadmodum et David, cum ait [77] : « Quod fructum suum dabit in tempore suo. » Addit autem « in tempore suo, » quia de exaltatione loquitur in futuro sæculo habenda ; quæ sola invariabilis ac perpetua est. Exaltatio namque, quæ in hoc sæculo obtinetur, nec secura, neque stabilis est ; quippe quæ citius quam advenit, evanescit. At humilitate veram exaltationem comparari, et ipse Dominus diserte docet his verbis [78] : « Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. » Et [79] : « Si quis vult primus esse, erit omnium novissimus. » Innuit autem per illud, « in tempore suo, » ut diximus, etiam in futuro sæculo promitti humilibus exaltationem. Stabilitatem enim et immobilitatem res

« Ταπεινώθητε οὖν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ἵνα ὑψώσῃ ὑμᾶς ἐν καιρῷ, πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιῤῥίψαντες ἐπ' αὐτὸν, ὅτι αὐτῷ μέλει περὶ ὑμῶν. » — « Καιρὸν » τὸν ἐπιτήδειόν φησιν, ὡς καὶ ὁ Δαβίδ · « Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ · » πρόσκειται δὲ τὸ, « ἐν καιρῷ · » πρὸς γὰρ τὴν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ὕψωσιν παραπέμπεται, ἥτις καὶ [μόνη ὕψωσις] ὡς ἀναλλοίωτος καὶ διαιωνίζουσα. Ἡ γὰρ ἐνταῦθα ὕψωσις οὐκ ἀσφαλὴς, οὐδὲ βεβαία, ἀλλὰ θᾶττον ἢ ὑψωθῆναι ταπεινουμένη. Τῆσδε ταπεινώσεως, τῆς τὸ ὕψος ποιούσης, καὶ αὐτὸς ὁ Κύριός φησι · « Πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται · καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται · » καὶ, « Ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω πάντων ἔσχατος. » Ἠνίξατο δὲ [διὰ τοῦ, « ἐν καιρῷ, »] ὡς ἔφημεν, καὶ τὸ εἰς τὸν μέλλοντα αἰῶνα ἐπαγγέλλεσθαι τὴν ἀπὸ τῆς ταπεινώσεως ὕψωσιν. Ὁ γὰρ τῶν ἀναλλοιώτων καιρὸς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Εἶτα τὸ δέος ἀφαιρῶν τὸ τῆς ταπεινώσεως, φησὶ · Μὴ δέ-

[75] Joan. XIII, 14. [76] Coloss. III, 4. [77] Psal. I, 3. [78] Luc. XIV, 11, XVIII, 14. [79] Marc. IX, 34.

Bonifacii Finetti notæ.

(6) Vulg. habet, *insinuate*.

(7) Vulg., *in tempore visitationis*.

Digitized by Google

ἦθοι, πᾶσαν τὴν μεριμνάν σου ἐπὶ Κύριον ῥίψας. Γούτῳ γὰρ μέλει, ἤτοι φροντὶς ἀπόκειται τούτων ἁπάντων.

A quæque nonnisi in futuro sæculo sortientur. Deinde ut trepidationem tolleret, quam humilitas excitare solet. Ne timeatis, inquit, sed omnem sollicitudinem vestram in eum projicite : quoniam ipsi cura est et sollicitudo de his omnibus.

« Νήψατε, γρηγορήσατε · ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίῃ. Ὃ ἀντίστητε στερεοὶ τῇ πίστει. » Τοὺς νοητῶς ὑπνοῦν εἰωθότι (τοῦτο δέ ἐστι τὸ περὶ τὰ μάταια κεχηνέναι), καὶ ἀπὸ τούτων τὸ νηφάλιον καταβαρύνουσι τῶν ψυχῶν, τὸ πονηρὸν τῆς ἀπογνώσεως ἐπιπηδᾷ θηρίον. Τοῦτο οὖν ἀσφαλιζόμενος ὁ Χριστοῦ μαθητής, ἐγρηγορέναι ἀεὶ παραινεῖ, καὶ φυλάττεσθαι τὸν τῶν ζιζανίων σπορέα, μήπως καθεύδουσιν ἡμῖν [ἤτοι ἀμελῶς καὶ ῥᾳθύμως διαβιοῦσι,] λάθοι πονηροὺς ἐπισπείρας λογισμούς, καὶ τῆς ὄντως ἀποβουκολήσας ζωῆς. Οὐ γὰρ παύεται, φησὶν, « ὡς λέων ὠρυόμενος » περιέρχεσθαι, « ζητῶν τίνα καταπίῃ. » Περὶ τῆς τοιαύτης δὲ ἀνενδότου ἐπιβουλῆς καὶ Ἰουστῖνος ὁ ἅγιος μάρτυς, καὶ τῆς ἐπιμελοῦς αὐτοῦ πανουργίας τὴν αἰτίαν παρατιθέμενος, φησὶν, ὡς ὁ διάβολος πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας, οὐκ ἦδει τρανῶς οὕτω τῆς ἑαυτοῦ τιμωρίας τὴν δύναμιν, τῶν θείων προφητῶν αἰνιγματωδῶς αὐτὴν διαγορευσάντων (ὡς Ἡσαΐας, ὑπὸ προσώπῳ τοῦ Ἀσυρίου πᾶσαν τὴν κατὰ τὸν διάβολον δραματουργίαν ἐκτραγῳδῶν ἐπεκάλυψεν) · ἐν οἷς δὲ τοῦ Κυρίου παραγενομένου, τῷ διαβόλῳ σαφῶς ἀποκεῖσθαι καὶ ἑτοιμασθῆναι τὸ αἰώνιον πῦρ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἦσθετο, οὐ παύεται τοῖς πιστοῖς ἐπιβουλεύειν, πολλοὺς ἔχειν βουλόμενος κοινωνοὺς τῆς ἑαυτοῦ ἀποστάσεως · ὡς ἂν μὴ μόνος αἰσχύνοιτο ἀνεχόμενος, ψυχρᾷ ταύτῃ καὶ βασκάνῳ συγκροτούμενος παραμυθίᾳ. « Εἰδότες, τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ἐν κόσμῳ ἀδελφότητι ὑμῶν ἐπιτελεῖσθαι » Ὡς ἔοικε, πολλαῖς ταῖς διὰ Χριστὸν θλίψεσι κατείχοντο [οὗτοι] πρὸς οὓς ὁ Πέτρος ταῦτα γράφας, καὶ ἄνω καὶ κάτω τῆς Ἐπιστολῆς τοῦτο πραμυθεῖται · καὶ μὲν, διὰ τοῦ κοινωνοὺς αὐτοὺς γίνεσθαι τῶν τοῦ Κυρίου παθημάτων, καὶ τῆς ἀποκαλυπτομένης δόξης κληρονόμους· ἐνταῦθα δὲ, διὰ τοῦ μὴ μόνους πάσχειν, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς κατὰ τὸν κόσμον πιστούς.

B ne dormientibus, hoc est negligenter segniterque viventibus nobis, pravas cogitationes clam superseminet, **381** quibus a vera vita repellamur. Nunquam enim, inquit, cessat ille « tanquam leo rugiens circumire quærens quem devoret. » De hisce irrequietis diaboli insidiis sanctus Justinus Martyr, solertis adeo ejusdem nequitiæ causam explicans, ita ait : Diabolus ante Domini adventum non adeo clare ac manifeste supplicii sui vim ac conditionem noverat; quod prophetæ nonnisi ænigmatice illud descripserunt (velut Isaias qui eam in persona regis Assyrii universam diaboli tragœdiam repræsentans, quadantenus occultavit). At cum, Domino in terris peregrinante, diabolus sibi ac angelis suis æternum ignem decretum et paratum esse, perspicue intellexit, non cessat exinde fidelibus insidias struere, multos defectionis suæ socios habere cupiens, ne solus damnationis ignominiam sustineat; sibi plaudens, si vel hanc frigidam et invidam consolationem consciscere sibi possit (8). « Scientes eamdem passionem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. » Multi, ut videtur, ex illis, ad quos hæc scribit Petrus, afflictionibus propter Christum premebantur. Illinc et in principio et in fine Epistolæ eos solatur : inibi quidem ea ratione, quod si nunc consortes sunt passionum Christi, erunt etiam gloriæ, quæ revelanda est, cohæredes; hic vero, quod non illi soli paterentur, sed cuncti, qui per orbem dispersi sunt, fideles.

C

« Ὁ δὲ Θεὸς πάσης χάριτος, ὁ καλέσας ὑμᾶς εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ δόξαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὀλίγον παθόντας, αὐτὸς καταρτίσαι ὑμᾶς, στηρίξαι, σθενώσαι, θεμελιώσαι. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. » Καὶ ἀρχόμενος τῆς Ἐπιστολῆς, τὸν Πατέρα ἔλεγε διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐλεῆσαι ἡμᾶς · καὶ νῦν τελειῶν, τὸν αὐτὸν Πατέρα καλέσαι διὰ τοῦ Υἱοῦ διδάσκει · τοῦτο γὰρ αὐτοῖς σκοπὸς, τὸ

D Vers. 10, 11. « Deus autem omnis gratiæ qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria et imperium, in sæcula sæculorum. Amen. » Et in exordio Epistolæ Patrem per Filium misereri dixit, et nunc eam absolvens, docet eumdem Patrem per Filium ad « æternam gloriam vocare : » scopus enim

## Bonifacii Finetti notæ.

(8) Integrum hoc Justini fragmentum refertur in appendice II ejusdem Operum edit. Paris. an. 1742, velut desumptum ex Joannis Antiocheni patriarchæ libro, cui titulus Ἐκλογὴ κεφαλαίων ἀθροισθέντων ἐκ διαφόρων βιβλίων, *Delectus capitum delectorum ex variis libris*. Simile quid ex deperdito Justini libro *contra Marcionem* refert S. Irenæus lib. v, n. 26.

Digitized by Google

apostolorum erat hocce mysterium prædicare, quanquam hic simul cum exhortatione hoc facit.

μυστήριον κηρύξαι, εἰ καὶ μετὰ παραινέσεως τοῦτο ποιοῦσι.

Vers. 12. « Per Silvanum fidelem fratrem vobis, ut arbitror, breviter scripsi, obsecrans et contestans, hanc esse veram gratiam Dei, in qua statis. Salutat vos, quæ est in Babylone Selecta, et Marcus filius meus. Salutate invicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus, qui estis in Christo Jesu. Amen. » Fidelis supra modum erat « Silvanus » iste, et in prædicatione Evangelii fervidissimus. Quare et Paulus ipsius meminit, et eum adjutorem sibi assumit in Epistolis simul cum Timotheo, scribens [80]: « Paulus, et Silvanus, et Timotheus. » — « Babylonem » hic Romam appellat ob splendorem, quo etiam Babylon multo tempore illustris fuit. « Selectam » vocat Dei Ecclesiam, quæ Romæ erat. De « Marco » evangelista hic loquitur; **382** quem « filium » nominat, utique secundum Spiritum, non secundum carnem: cui etiam Evangelii conscribendi munus imposuit. Cum vero Paulus scribat: « Salutate invicem in osculo sancto; » iste « in osculo, » ait, « charitatis, » idem significans: noverat enim etiam Paulus charitatem in Domino omnibus virtutibus, ac ipsi quoque propter Christum martyrio, præstare. Is igitur « osculum sanctum » illud intelligit, quod in Deo et propter Deum datur: hic autem illud vocat « osculum charitatis, » ejus scilicet quæ vera dilectio est. Quocirca etiam subdit: « Pax vobis omnibus, qui estis in Christo Jesu. » Non autem communem seu humanam pacem hic intelligit, sed eam, quam Christus Dominus ad passionem perrecturus dedit, dicens [81]: « Pacem relinquo vobis: » statimque hujus a communi pace discrimen subjungens: « Non quomodo, » ait, « mundus dat: » non enim propter naturalem affectionem colenda pax vobis est, sed per conjunctionem in sancta charitate, sicque inimicorum ictus excipiendi. Cæterum ubique discipuli in fine, velut quoddam sigillum, addunt orationem: quo sinceram ac genuinam sanctitatem suam patefaciunt. At vero fuerunt nonnulli ante nos, qui supradictum Marcum verum Petri filium fuisse asserere non dubitarunt, non alio nixi fundamento, præterquam quod Lucas in Actis apostolorum narrat [82], Petrum, e carcere, in quem ab Herode conjectus fuerat, ab angelo mirabiliter eductum, et ab eo dimissum, « venisse ad domum Mariæ matris Joannis, qui cognominatus est Marcus: » venisse scilicet eum volunt, tanquam ad propriam domum, et ad legitimam uxorem suam.

« Διὰ Σιλουανοῦ ὑμῖν τοῦ πιστοῦ ἀδελφοῦ, ὡς λογίζομαι, δι' ὀλίγων ἔγραψα, παρακαλῶν καὶ ἐπιμαρτυρῶν, ταύτην εἶναι ἀληθῆ χάριν τοῦ Θεοῦ, εἰς ἣν ἑστήκατε. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι [Ἐκλησία] συνεκλεκτὴ, καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἀγάπης. Εἰρήνη ὑμῖν πᾶσι τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν. » Πιστὸς ὑπερβαλλόντως ὁ Σιλουανὸς οὗτος, καὶ περὶ τὸ κήρυγμα προθύμως ἀγωνιζόμενος, ὅπουγε καὶ Παῦλος αὐτοῦ μνημονεύει, καὶ συνεργὸν μετὰ Τιμοθέου ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς παραλαμβάνει, « Παῦλος, γράφων, καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος. » — « Βαβυλῶνα » δὲ τὴν Ῥώμην ὀνομάζει, διὰ τὸ περιφανὲς, ὃ καὶ ἡ Βαβυλὼν πολλῷ χρόνῳ ἔσχηκεν· « ἐκλεκτὴν » δὲ τὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ συστᾶσαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν. « Μᾶρκον » τὸν εὐαγγελιστὴν λέγει, ὃν καὶ υἱὸν, κατὰ Πνεῦμα, οὐ [κατὰ] σάρκα καλεῖ. Τούτῳ δὲ καὶ τὸ Εὐαγγέλιον γράψαι ἐπέτρεψε. Τοῦ Παύλου δὲ, « Ἀσπάζεσθε· ἀλλήλους, γράφοντος, ἐν φιλήμασι ἁγίῳ, » οὗτος, « ἐν φιλήματι, » φησὶν, « ἀγάπης, » ταὐτὸν ἐκείνῳ λέγων. Ἐπίσταται γὰρ καὶ Παῦλος τὴν κατὰ Κύριον ἀγάπην μείζω πασῶν τῶν ἀρετῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ κατὰ Χριστὸν μαρτυρίου. Ἐκεῖνος μὲν οὖν, « φίλημα ἅγιον, » τὸ ἀφωρισμένον ἐν Θεῷ λέγει· οὗτος δὲ, « ἀγάπης φίλημα, » τῆς ὄντως ἀγάπης· διὸ καὶ ἐπάγει· « Εἰρήνη ὑμῖν πᾶσι τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· » οὐ τῆς κοινῆς εἰρήνης λέγων, τῆς κατὰ ἀνθρώπους, ἀλλὰ εἰρήνης αὐτοὺς τυχεῖν εὔχεται, ἧς αὐτοὺς καὶ ὁ Χριστὸς πρὸς πάθος χωρῶν ἠξίωσε, λέγων· « Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν· » καὶ ἐπαγαγὼν τὸ διάφορον, « Οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσιν. » Οὐ γὰρ δι' ἐμπάθειαν εἰρηνευτέον, ἀλλὰ διὰ τὸ συνδεδεμένους ὑμᾶς τῇ ἀγάπῃ, οὕτω τὰς ἀπὸ τῶν ἀντιπάλων ἐκδέχεσθαι βολάς. Πανταχοῦ δὲ, ὥσπερ σφραγῖδα, ἐπιτιθέντες οἱ τοῦ Κυρίου μαθηταὶ [τὴν] ἐπὶ τέλει εὐχὴν, τὸ γνήσιον τῆς αὐτῶν ἐμφαίνοντες ἁγιότητος, τινὲς ἐτόλμησαν τῶν πρὸ ὑμῶν [f. ἡμ.], [καὶ σαρκικὸν] υἱὸν ἀποφῆναι τοῦτον τὸν Μάρκον τοῦ [θείου] Πέτρου, τεκμηρίῳ χρησάμενοι τῷ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων εἰρημένῳ λουκᾷ, ὅτι οὗτος ὁ Πέτρος δι' ἀγγέλου Θεοῦ τῆς φυλακῆς ἐκβληθεὶς παραδόξως, ἐν ᾗ ἔβαλεν αὐτὸν Ἡρῴδης, τοῦ χρηματισμοῦ τοῦ ἀγγέλου ἀφεθεὶς, « εἰς τὴν οἰκίαν ὥρμησε [τῆς] μητρὸς Ἰωάννου τοῦ ἐπικληθέντος Μάρκου· » [ὡς] εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν ἐπανελθὼν καὶ τὴν νομίμην σύζυγον.

*Petri apostoli Epistola prima Catholica, quæ scripta est ab urbe Roma, constat versiculis* 256.

*Πέτρου ἀποστόλου Ἐπιστολὴ Α' Καθολικὴ ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης· στίχων σιϛ'.*

[80] I Thess. I, 2. [81] Joan. XIV, 27. [82] Act. XII, 12.

Digitized by Google

# ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

## ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΕΤΡΟΥ

## ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

—

# THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

## EXPOSITIO IN EPISTOLAM II S. PETRI.

—

### Ὑποθεσις της δευτερας επιστολης Πετρου.

Ἐπειδὴ καὶ ταύτην πάλιν αὐτὸς ὁ Πέτρος ἐπιστέλλει τοῖς ἤδη πιστεύσασιν. Ἔστι δὲ ἡ Ἐπιστολὴ ὑπόμνησις τῶν πρώτων. Εἰδὼς γὰρ, ταχεῖαν αὐτοῦ ἔσεσθαι τὴν ἀνάλυσιν τοῦ σώματος, ἐσπούδασε πάντας ὑπομνῆσαι περὶ ὧν κατηχήθησαν τῆς διδασκαλίας. Καὶ πρῶτον μὲν περὶ τῆς πίστεως ἐξηγεῖται, δεικνὺς αὐτὴν ἀπὸ τῶν προφητῶν εὐηγγελίσασθαι [*f.* -λίσθαι], καὶ ὅτι αἱ προφητεῖαι, αἱ περὶ τοῦ Σωτῆρος, οὐκ εἰσὶν ἀνθρώπιναι, ἀλλὰ παρὰ Θεοῦ ἐλαλήθησαν. Ἔπειτα παραγγέλλει, μὴ προσέχειν τοῖς ἀπατῶσι, λέγων ἔσεσθαι αὐτῶν τὴν ἀπώλειαν, ὥσπερ καὶ τῶν παραβάντων ἀγγέλων γέγονε. Προμηνύει δὲ ἐν τῇ Ἐπιστολῇ, ἡμέρας ἔσεσθαι, ἐν αἷς ἐμπαίκται περιπατήσουσι, καὶ θελήσουσιν ἀπατᾷν τινας, λέγοντες, μάτην λέγεσθαι παρ' ἡμῶν τὴν παρουσίαν τοῦ Σωτῆρος, διὰ τὸ ἀεὶ λέγεσθαι, καὶ μήπω παραγενέσθαι. Ἀπὸ τούτων οὖν καὶ μάλιστα ἀπέχεσθαι παραγγέλλει, διδάσκων μὴ ὀλιγωρεῖν ἐν τοῖς χρόνοις. Πάντα γὰρ τὸν χρόνον μηδὲν εἶναι ἐνώπιον Κυρίου, διὰ τὸ καὶ τὴν μίαν ἡμέραν ὡς χίλια ἔτη εἶναι, καὶ τὰ χίλια ἔτη ὡς ἡμέρα μία. Ἔσεσθαι δὲ ταχέως τὴν ἡμέραν Κυρίου διαβεβαιοῦται, καὶ ἀποδείκνυσι, καὶ ἐντέλλεται ἑτοίμους τε εἶναι πάντας εἰς αὐτὴν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, καὶ ἀγαπᾷν τὰ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου Παύλου γραφέντα, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς διαβάλλουσιν αὐτά, διὰ τὸ καὶ πάσας τὰς θείας Γραφὰς διαβάλλειν αὐτούς. Ὑπομνήσας οὖν καὶ διδάξας πάντας προειδέναι τὰ πράγματα, παραινεῖ μὴ ἐκπίπτειν τοῦ σκοποῦ τῆς πίστεως· καὶ οὕτω τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

### Κεφαλαια της αυτης Β' επιστολης.

α'. *Περὶ κλήσεως τῆς ἐν πίστει ἔργοις βεβαιουμένης τοῖς τῆς ἀρετῆς, καὶ ἐλπίδος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν.*

β'. *Παραγγελία εἰς ὑπόμνησιν τῆς διδασκαλίας*

### ARGUMENTUM SECUNDÆ EPISTOLÆ PETRI.

A 383

Hanc etiam Epistolam Petrus ad eos, qui jam crediderant, scripsit. Est autem repetitio quædam illorum quæ antea dixerat. Sciens enim dissolutionem corporis, sui jam imminere, satagit, ad memoriam omnibus revocare doctrinam, qua imbuti fuerant. Et primo quidem de fide disserit, ostendens, eam a prophetis prænuntiatam fuisse, atque prophetias quæ de Christo Salvatore sunt, non humano spiritu, sed Dei nutu et afflatu editas esse. Deinde monet, ne deceptoribus fidem habeant, dicens, eos perituros, sicuti angeli prævaricatores periere. Prædicit etiam tempus futurum, in quo impostores circumeuntes quærant aliquos decipere, dicendo, in vanum prædicari Salvatoris adventum, quippe qui semper prædicatur, et nunquam advenit. Præcipitque, ut ab hujusmodi hominibus solertissime caveamus, neve animo propter temporis diuturnitatem concidamus: eo quod apud ipsum una dies est tanquam mille anni, et mille anni tanquam una dies. Cæterum, prope esse diem Domini affirmat ac demonstrat; mandatque, ut omnes ad illam per bona opera parati sint: ac ut acquiescant iis quæ Paulus apostolus scripsit: neque aurem præbeant iis qui illa calumniantur; cum ejusmodi homines etiam reliquas Scripturas similiter calumnientur. Demum, cum omnes commonuisset, ac rebus suis providere docuisset, hortatur, ne a fidei scopo aberrent. Quo Epistolæ huic finem imponit.

B

C

### CAPITA SECUNDÆ HUJUS EPISTOLÆ.

1 *De vocatione per fidem operibus virtutum, ac spe futurorum bonorum firmanda.*

2. *Adhortatio ad doctrinam receptam memoria*

Digitized by Google

*probe tenendam post suum ex hac vita discessum : et quomodo in monte Thabor Dei vocem Christo Domino attestantem audierit.*

*3. Prædictio de dolosa hæreticorum insurrectione, eorum impietate, et futuro supplicio.*

*4. Repetitio de hæreticorum hominum malitia. Ubi etiam 1° quod Christus Dominus in fine hujus sæculi repente venturus sit. 2° Quod idcirco omni virtute ornatos nos esse, oporteat.*

*μετὰ τὴν ἀνάλυσιν αὐτοῦ. Καὶ ὅπως ἐν ὄρει Θαβὼρ τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ Χριστοῦ ἐπήκουσε φωνῆς.*

*γ'. Πρόρρησις ἀπατηλῆς ἐπαναστάσεως αἱρετικῶν, ἀσεβείας δὲ αὐτῶν καὶ μελλούσης κολάσεως.*

*δ'. Ἐπανάληψις περὶ κακίας ἀνθρώπων αἱρετικῶν. Ἐν ᾧ α' ὅτι αἰφνιδίως ἥξει ὁ Χριστὸς ἐπὶ συντελείᾳ τοῦδε τοῦ αἰῶνος· β' ὥστε δεῖν ἐυτρεπίζεσθαι πάσῃ ἀρετῇ.*

# ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΔΕΥΤΕΡΑ

## ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΠΕΤΡΟΥ

# EPISTOLA SECUNDA

## SANCTI PETRI APOSTOLI.

### 384 CAPUT PRIMUM.

VERS. 1. « Simon Petrus servus et apostolus Jesu Christi iis, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem in justitia Dei nostri et Salvatoris Jesu Christi. » Nomen « Simon » abbreviatio quædam est nominis Simeon : qua ratione ex Metrodorus fit Metras, ex Menadoro Menas, et ex Theodosius Theudas. In ipso vero initio Epistolæ excitat et provocat fidelium animos, ut apostolorum circa prædicationem studium æmulentur ac æquent. Fas enim non est eos qui æqualem sortiti sunt gratiam, ulli eorum inferiores esse, quibus æquales declarati sunt. Ubique vero eos excipit pace, quam et Christus dedit postquam surrexit a mortuis, et cum abiret ad Patrem, clamans[1] : « Pax vobis. » Et in ecclesiis rogamus, nobis dari « angelum pacis. » Et sacerdos hanc ab altari populo impertit : quoniam illa mater est omnium bonorum. Quapropter discipulis suis præcepit, ut hanc primum darent, quotiescunque domos ingrederentur.

VERS. 2. « Gratia vobis et pax adimpleatur in cognitione Dei, et Christi Jesu Domini nostri. » Verba sic ordinanda sunt : « Vobis, qui in cognitione Dei, et Christi Jesu æqualem fidem sortiti estis, per justitiam Dei nostri, gratia et pax adimpleatur. »

VERS. 3. « Quomodo omnia nobis divinæ virtutis suæ, quæ ad vitam et pietatem donata sunt, per cognitionem ejus, qui vocavit nos propria glo-

### 384 ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

« Συμεὼν Πέτρος καὶ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Τοῦ « Συμεὼν, » τὸ Σίμων ὁποκορισμός ἐστιν, ὡς καὶ τοῦ Μητρόδωρος τὸ Μητρᾶς, καὶ τοῦ Μηνόδωρος τὸ Μηνᾶς, καὶ τοῦ Θεοδόσιος τὸ Θευδᾶς. Ἐκ προοιμίων δὲ ἀνίστησι τὰ φρονήματα τῶν πιστευόντων, καὶ τὰς ψυχὰς, εἰς τὴν ἴσην αὐτοὺς διεγείρων πρὸς τὸ κήρυγμα σπουδὴν τοῖς ἀποστόλοις. Οἱ γὰρ ἰσότιμον χάριν λαχόντες, οὐκ ἂν δίκαιον [*f.* δίκαιοι] ὑστερεῖν τινος τούτων, ὧν ἴσοι πεφήνασι. Πανταχοῦ δὲ τῇ εἰρήνῃ αὐτοὺς περικροτεῖ, ἣν καὶ ὁ Χριστὸς παρέσχεν ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπιὼν πρὸς τὸν Πατέρα, « εἰρήνην ὑμῖν » βοῶν. Καὶ ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας ἡμεῖς τὸν « ἄγγελον τῆς εἰρήνης » εὐχόμεθα δοθῆναι. Καὶ ὁ ἱερεὺς ταύτην παρέχει τῷ λαῷ ἀπὸ τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, ὅτι αὕτη μήτηρ πάντων τῶν ἀγαθῶν. Διὸ καὶ ὁ Κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς παρήγγειλε, ταύτην πρώτην παρέχειν εἰς τὰς οἰκίας.

« Σπίλοι καὶ μῶμοι, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις
αὐτῶν, συνευωχούμενοι ἡμῖν, ὀφθαλμοὺς ἔχοντες
μεστοὺς μοιχαλίδος καὶ ἀκαταπαύστου ἁμαρτίας,
δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους, καρδίαν γεγυμνα-
σμένην πλεονεξίας ἔχοντες, κατάρας τέκνα, κατα-
λιπόντες τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, ἐπλανήθησαν, ἐξακολου-
θήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ τοῦ Βοσὸρ, ὃς μισθὸν
ἀδικίας ἠγάπησεν. Ἔλεγξιν δὲ ἔσχεν ἰδίας παρα-
νομίας· ὑποζύγιον ἄφωνον, ἐν ἀνθρώπου φωνῇ
φθεγξάμενον, ἐκώλυσε τὴν τοῦ προφήτου παραφρο-
νίαν. » Τὸ ἑξῆς οὕτως· « Σπίλοι καὶ μῶμοι· καρ-
δίαν γεγυμνασμένην ἔχοντες πλεονεξίας » (τοῦτ' ἔστι D
διὰ πλεονεξίας γεγυμνασμένην), « κατάρας τέκνα,
συνευωχούμενοι ἡμῖν· ὀφθαλμοὺς ἔχοντες πλήρεις
μοιχαλίδος καὶ ἀκαταπαύστου ἁμαρτίας, δελεάζουσι
ψυχὰς ἀστηρίκτους· » ἃς καὶ Παῦλος ἐκάλεσε γυναι-
κάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις· οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι
« καταλιπόντες εὐθεῖαν ὁδὸν, ἐπορεύθησαν τῇ ὁδῷ
τοῦ Βαλαὰμ τοῦ Βοσὸρ, » καὶ ἑξῆς. Αἱ φωναὶ αὐτῶν
« εἰσὶ πηγαὶ ἄνυδροι, νεφέλαι ὑπὸ λαίλαπος ἀφανι-
ζόμεναι, » καὶ ἑξῆς. Καὶ τίνος χάριν « ὁ ζόφος »
αὐτοῖς « ἀπόκειται » εἰς. τὸν μέλλοντα αἰῶνα; Διὰ
τὴν ὑπέρογκον αὐτῶν ματαιότητα, δι' ἧς δελεάζουσι
τοὺς πρὶν ἐν πλάνῃ ἀναστραφέντας, καὶ ὄντως ταύ-

hunt. Percipientes mercedem injustitiæ, voluptatem existimantes diei delicias. » Quidam hoc ita exponunt : Velut bruta animantia naturalia, in corruptela ipsorum peribunt : hoc est, nihil differentes a jumentis, quæ ad corruptelam tantummodo nascuntur. « Ut bruta autem animantia, » hoc est, solo sensu, non mente et ratione viventes, et idcirco rebus corruptibilibus facile capti, atque ira et concupiscentia acti, « in his quæ ignorant, » seu in congrua ipsis ignorantia, maledicta fundentes, condigna corruptela interibunt, « percipientes mercedem injustitiæ, » quam scilicet sibi sponte accerserunt. « Voluptatem existimantes diei delicias, » hoc est, maxime desiderabilem, veram ac perquam amabilem lætitiam et voluptatem in quotidiana gutturis fruitione sitam esse reputantes. Animadvertendum vero sacram Scripturam, ea quæ nobis velut animabilibus insunt, cum ea vituperat, brutis animantibus assimilare; ut cum ait : « Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis [13]. » — « Nolite fieri sicut equus et mulus [14]. » — « Equi amatores, et emissarii facti sunt [15]. » Et : « Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ [16]. » Quæ cum ait, non naturas commutari vult, sed naturales eorum inclinationes, ut declinemus, hortatur. Cum autem salutare quid **394** suadet, ex melioribus similitudinem accersit. Sic ait : « Estote misericordes, sicut Pater vester qui in cœlis est [17]. » Neque hic naturas commutandas censet, sed hortatur, ut ad id, quantum vires nostræ ferre possunt, enitamur.

Vers. 13-16. « Coinquinationes et maculæ deliciis affluentes, in conviviis suis luxuriantes vobiscum. Oculos habentes plenos adulterii, et incessabilis delicti. Pellicientes animas instabiles, cor exercitatum avaritia habentes, maledictionis filii. Derelinquentes rectam viam, erraverunt secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amavit. Correptionem vero habuit suæ vesaniæ : subjugale mutum animal, hominis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam. » Ordo verborum est : « Coinquinationes et maculæ : cor exercitatum malitia habentes, maledictionis filii, convivantes, in suis conviviis luxuriantes, oculos habentes plenos adulterii, et incessabilis seu perpetui delicti, pelliciunt animas instabiles » (quas et Paulus mulierculas peccatis oneratas vocat [18]) « et hi quidem, relicta via recta, abierunt via Balaam filii Bosor, » etc. Voces eorum « sunt fontes sine aqua, et nebulæ turbinibus agitatæ, » seu disjectæ. Sed quam ob causam « caligo tenebrarum » illis in futurum sæculum « reservatur? » Scilicet ob tumidissimam eorum vanitatem : qua eos, qui errorem, in quo antea versati sunt, effugerant, pelliciunt, ac inescant impudicitiis ac desideriis carnalibus, ut

[13] Psal. XLVIII, 13. [14] Psal. XXXI, 9. [15] Jerem. V, 8. [16] Matth. X, 16. [17] Luc. VI, 36. [18] II Tim. III, 6.

Digitized by Google

velut canes ad vomitum suum revertantur. Quæ vero hic interjecta sunt, eorum vanitatem enuntiant ac confirmant. Sensus autem est : Nihil, inquit, puri habentes, sed tanquam labes in candida veste, ita illi in pura Ecclesiæ conversatione submati, cum aliquos obviam habent, si possint eos sive viros, sive mulieres conversatione sua impudicos reddere, id in deliciis habent, quod suam ipsorum lasciviam explendi sic copiam nanciscantur. Ii etiam vos convivio libenter excipiunt, non propter charitatem, ut alios bonorum suorum participes faciant, sed quia hujusmodi tempus ad feminarum deceptionem opportunum putant : nam oculos suos non in aliud quam in adulteras intendunt, ac defixos semper retinent : adeoque peccantes, ut maledictionis filii, instabiles debilesque animas pelliciunt atque inescant. Cor namque ipsorum in nullo alio, præterquam in impurarum voluptatum, vel divitiarum aviditate exercitatum est. Et ob utrumque horum a via, quæ ad vitam ducit, procul aberrant : quare idem, quod olim Balaamo filio Bosor accidit, perpetiuntur. Nam et ille munera et mercedem iniquitatis amavit : sed reprehensionem suæ iniquitatis sortitus **395** est a muto jumento, quod humana loquens voce, prophetæ dementiam inhibuit [19]. Ex quo discimus Balaamum, postquam semel a Deo prohibitus est ad Balaacum ob tumidam suam passionem quam insana impostura alebat, accedere, ad ipsum iterato pergere contendisse ; sed Dei timore ac terroribus in via perterritum, verba benedictionis effundere compulsum fuisse. Prophetæ enim quæ loquuntur, scientes loquuntur ; et idcirco is propheta appellatus est, quod sciebat quid diceret : neque ignorans, casu dicere meliora elegit. Igitur benedictio illa non insanæ cujusdam divinationis, sed divinæ virtutis opus fuit.

Vers. 17-19. « Hi sunt fontes sine aqua, et nebulæ turbine exagitatæ, quibus, caligo tenebrarum reservatur. Superba enim vanitatis loquentes pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt, qui in errore conversantur. Libertatem illis promittentes, cum ipsi servi sint corruptionis : a quo enim quis superatus est, hujus et servus est. » Cum multa per digressionem dixisset (inter quæ et exemplum Balaami proposuit), denuo ad impurissimos Gnosticos sermonem convertit, eosque « fontibus sine aqua » assimilat, quippe qui puram ac salutarem evangelicæ prædicationis aquam amiserant : tum etiam nubibus eos comparat, quæ a contrario vento feruntur, quem idcirco « turbinem » seu procellam vocat, quandoquidem exagitat et perturbat quæ defert. Non sunt itaque, inquit, nubes pellucidæ, cujusmodi sunt sancti, sed plenæ caligine. At cur ita? Causam ipse affert, quia, inquit, etiam « superba » ex « vanitate » loquuntur : pellicientes per carnalem concupiscen-

[19] Num. XXII, 28 seqq.

A την ἀποφυγόντας, ἐν ἀσελγείαις καὶ ἐν ἐπιθυμίαις σαρκὸς, ὡς κύων ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα ἐπιστρέψαι. Τὰ δὲ μεταξὺ, τῆς ματαιότητος τούτων ἐξαγγελτικὰ καὶ πιστωτικά. Ὁ δὲ νοῦς οὗτος· Οὐδὲν, φησὶν, ἔχοντες καθαριότητος ἐχόμενον, ἀλλ' ὡς σπίλοι ἐν ἱματίῳ καθαρῷ τῇ ἀκραιφνεῖ πολιτείᾳ ἐπιφυόμενοι, ἐπειδὰν ἀπατήσωσί τινας καὶ δυνηθῶσιν ἀσελγεῖς ἄνδρας τοὺς συνόντας καὶ γυναῖκας παρασκευάσαι, τρυφὴν ἡγοῦνται τὸ πρᾶγμα, ἀποπληροῦντες τὴν ἑαυτῶν ἀσέλγειαν. Ἀλλὰ καὶ συνευωχούμενοι ὑμῖν, οὐ δι' ἀγάπην, φησὶ, καὶ τὸ μεταλαμβάνειν ἀλῶν τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ καιρὸν εὑρίσκειν τοῦτον ἐπιτήδειον τῆς πρὸς γυναῖκας ἀπάτης. Οὗτοι γὰρ ὀφθαλμοὺς ἔχοντες, οὐδὲν ἄλλο βλέπουσιν, ἢ μοιχαλίδας· καὶ ἐν τούτῳ ἀκαταπαύστως βλέποντες καὶ B ἁμαρτάνοντες, ὡς κατάρας τέκνα, ψυχὰς δελεάζουσιν ἀστηρίκτους. Ἡ γὰρ καρδία αὐτῶν πρὸς οὐδὲν ἄλλο, ἢ πρὸς πλεονεξίαν ἐξήσκηται [ἤτοι ἀσελγείας, ἢ καὶ κτημάτων, δι' ἅπερ] ἀμφότερα καταλιπόντες τὴν κατευθύνουσαν αὐτοὺς πρὸς σωτηρίαν ὁδὸν, ἐπλανήθησαν ταύτης, ταὐτὸ παθόντες [τῷ] « Βαλαὰμ τοῦ Βοσόρ· » ἐπεὶ κἀκεῖνος διὰ δωροδοκίαν καὶ μισθὸν ἀδικίας ἠγάπησεν. Ἔλεγξιν δὲ ἔσχε τῆς ἰδίας παρανομίας ὑποζύγιον ἄφωνον, ὃ ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον, ἐκώλυσε τὴν τοῦ προφήτου παραφροσύνην. Ἀφ' οὗ μανθάνομεν ὅτι διὰ τὸ φυσιῶδες αὐτοῦ πάθος ὁ Βαλαὰμ, ὅπερ διὰ τῆς μανιώδους αὐτοῦ μαγγανείας ἔτρεφεν, ἅπαξ κωλυθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τὸ δεύτερον φιλονείκως πρὸς τὸν Βαλὰκ πορευθῆναι ἠπείγετο· καὶ τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ πεδηθεὶς, καὶ τοῖς C κατὰ τὴν ὁδὸν δείμασι, τὸ ῥῆμα τῆς εὐλογίας οὐ παρεποίησεν· ὅπερ οὐ τῆς μαντείας ἦν. Οἱ γὰρ προφῆται ἐπιστάμενοι φθέγγονται ἃ φθέγγονται. Ὅθεν καὶ προφήτην αὐτὸν ἐκάλεσεν, ὡς ἐπιστάμενον ἃ λέγει. Οὐ γὰρ ἂν ἐν ἐκλογῇ γέγονε τῶν κρειττόνων, ἀγνοῶν ἃ φθέγγεται. Οὐ τῆς μαντείας τοίνυν ἡ εὐλογία, ἀλλὰ τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ.

« Οὗτοί εἰσι πηγαὶ ἄνυδροι, νεφέλαι ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται. Ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι, δελεάζουσιν εἰς [*vulg.* ἐν] ἐπιθυμίας σαρκὸς, ἐν ἀσελγείαις, τοὺς ὄντως ἀποφεύγοντας [*vulg.* ἀποφυγόντας] τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους. Ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς. ὯΙ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται. » Μεταξυλογήσας πολλὰ, ἐν οἷς τὸ τοῦ Βαλαὰμ προήγαγεν ὑπόδειγμα, ἐπανέλαβε πάλιν τὸν περὶ τῶν ἀκαθάρτων Γνωστικῶν λόγον. Καὶ ἀπεικάζει αὐτοὺς « πηγαῖς ἀνύδροις, » ὡς ἀπολωλεκότας τὸ τοῦ κηρύγματος καθαρὸν καὶ πότιμον ὕδωρ τῆς ζωῆς· ἀλλὰ καὶ νεφέλαις αὐτοὺς παραβάλλει ὑπὸ πνεύματος ἐλαυνομέναις, τοῦ ἐναντίου· διὸ καὶ « λαίλαπα » αὐτὸ ἐκάλεσεν, ὡς συστρέφων [*f.* —φον] καὶ συνταράσσων [*f.* —σσον] τὸ ἐλαυνόμενον. Οὐκ εἰσὶν οὖν, φησὶ, νεφέλαι διαυγεῖς, ὥσπερ οἱ ἅγιοι, ἀλλ' ὁμίχλαι ζόφου μεσταί· καὶ διατί, ἐπήγαγε τὴν αἰτίαν, ὅτι καὶ « ὑπέρογκα » ἐκ « ματαιότητος »

Digitized by Google

φθέγγονται, δελεάζοντες διὰ τῆς σαρκικῆς ἐπιθυμίας A ἐν ταῖς ἀσελγείαις τοὺς ἀληθῶς ἀποφυγόντας καὶ καθάπαξ τοὺς πρὶν ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους, εἶτα ὑπὸ Κυρίῳ πραττόμενοι. Ἀλλὰ καὶ δοῦλοι, φησίν, ὄντες αὐτοὶ τῆς προειρημένης ἀκαθαρσίας, ἣν « καὶ φθορὰν δικαίως καλεῖ, ἐλευθερίαν τοῖς ἀπατωμένοις ἐπαγγέλλονται· δ.ὸ καὶ λογισμὸν ἐπάγει θαυμάσιον, ὅτι δοῦλοι ὄντες τῆς ἁμαρτίας. « Ὧ γάρ τις ἥττηται » πάθει, « τούτῳ καὶ δεδούλωται. Αὐτοὶ ἐλευθερίαν ἄλλοις ἐπαγγέλλονται. Τοῦτο δὲ πλατύτερον διὰ τῶν ἑξῆς γνωσθήσεται.

« Εἰ γὰρ ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τούτοις δὲ πάλιν ἐμπλακέντες ἡττῶνται, γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων. Κρεῖττον γὰρ ἦν αὐτοῖς, μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν B τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσιν, ἐπιστρέψαι εἰς τὰ ὀπίσω ἀπὸ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς. Συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας· Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸν ἴδιον ἐμετὸν, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. » Δύο κατασκευάζει διὰ τῶν προειρημένων, ὅτι καὶ τῷ ἡττωντι ἀνάγκη τὸν ἡττώμενον δουλεύειν, καὶ ὅτι οἱ μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας πάλιν ἐνεχόμενοι τοῖς προτέροις, χείροσι τῶν προτέρων περιέπεσον κακοῖς. Τούτοις δὲ καὶ τὴν παροιμίαν ἐπάγει συνήγορον. Ἔστι δὲ ὁ λόγος οὕτως· Εἰ γὰρ ἐπιγνώσει τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου, τούτοις πάλιν ἐμπλακέντες ἡττῶνται αὐτῶν, πάντως που καὶ δουλεύουσιν αὐ- C τοῖς, καὶ χεῖρον τῶν πρὸ τῆς ἐπιγνώσεως περὶ τὴν δουλείαν τούτων γεγόνασι, κατασπουδάζοντος αὐτοὺς τοῦ Σατανᾶ χείροσι περιενεχθῆναι. Διὸ καὶ ὁ Ἀπόστολός φησιν, ὅτι [ ἐπειδὴ ] τοῦτο ἀπόκειται τοῖς παλινῳδίαν τῶν κακῶν ᾄδουσι, κρεῖττον ἦν αὐτοῖς μηδὲ ἐπιγνῶναι, ἢ ἐπιγνόντες [ *f.* -τας ] χείροσιν ἀλῶναι, ἐπεὶ καὶ κύων ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα ἐπιστρέφων, βδελυκτότερος, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὗς ἀποκυλισθῆναι ζητοῦσα, [*f. add.* εἰ ] ἐν βορβόρῳ τοῦτο ποιεῖ, ῥυπαρωτέρα τῶν προτέρων ῥύπων φαίνεται.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

« Καὶ [ *vulg. om.* καὶ ] ταύτην ἤδη, ἀγαπητοὶ, δευτέραν ὑμῖν γράφω ἐπιστολὴν, ἐν αἷς διεγείρω ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν, μνησθῆναι τῶν D προειρημένων ῥημάτων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ὑμῶν ἐντολῆς τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ. » Ἐκ τούτου μανθάνομεν δύο τὰς πάσας εἶναι τοῦ Πέτρου Ἐπιστολάς. Τὸ δὲ, « ἐν αἷς διεγείρω ὑμῖν, » οὕτως ἐστὶν· Ἐν αἷς ἐπιστολαῖς, οἱονεὶ δι' ὧν ἐπιστολῶν « διεγείρω τὴν ἐν ὑμῖν εἰλικρινῆ διάνοιαν. » Καθαρᾶς γὰρ διανοίας, τῶν ἤδη ἀκουσθέντων ἢ ἀποτεθέντων σωτηρίων μνησθῆναι, καὶ διεγερθῆναι πρὸς ἐπανάληψιν τῆς τούτων ἐργασίας πᾶσῃ δυνάμει καὶ προθυμίᾳ. Ἀπετέθη δὲ διὰ προφητικῶν καὶ ἀποστολικῶν κηρυγμάτων. Διὸ καὶ Παῦλός φησιν· « Ἐποικοδομούμενοι ἐπὶ τῷ θεμελίῳ

tiam ad impudicitatem eos qui vere effugerant, seu qui, cum olim in errore versarentur, ad Deum conversi erant. Verum et servi ii cum sint, inquit, prædictæ immunditiæ (quam et recte corruptionem vocat), libertatem tamen iis quos decipiunt, promittere audent. Rationem vero addit mirabilem cur servi ipsi sint, quia scilicet, « a quacunque quis » affectione « superatus est, ejus et servus est. » Sed hoc ex iis, quæ inferius dicentur, manifestius fiet.

Vers. 20-22. « Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi, his rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam justitiæ, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Contigit enim eis illud veri **396** proverbii : Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti. » Duo ex prædictis astruit. Nempe primum, necesse esse cum qui victus est, victori servire suo : deinde in pejora mala prolabi eos, qui post agnitam veritatem prioribus rursus erroribus implicantur. Ad quorum confirmationem Salomonis proverbium adducit [20]. Orationis autem series ita se habet : Illi, qui cognitione Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi mundi inquinamenta aliquando effugerant, si denuo iis irretiti superantur, non solum eisdem omnimode serviunt, sed etiam dæmone adjutente ut prolabantur in pejora, deteriore quam antea servitute premuntur. Quare ait : Quandoquidem tanta pernicies manet eos, qui pessimam malorum cantilenam recantant, melius futurum fuisset illis si veram viam agnovissent nunquam, quam ea semel agnita, pejoribus malis obnoxios fieri ; nam et canis ad vomitum suum rediens, fit abominabilior, et sus iterum revoluta cœno, sordidior quam prius fuerat, apparet.

## CAPUT III.

Vers. 1, 2. « Hanc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem, ut memores sitis eorum, quæ prædixi, verborum a sanctis prophetis, et apostolorum vestrorum, præceptorum Domini et Salvatoris. » Ex his verbis discimus, duas tantum Epistolas Petrum scripsisse. « In quibus excito, » etc., hoc est, in quibus epistolis, vel per quas epistolas « vestram excito sinceram mentem. » Sinceræ enim mentis est, eorum quæ audita et deposita sunt meminisse, et ad ea iterum prompte et alacriter perficienda excitari. Deposita vero ea sunt per propheticas et apostolicas prædicationes. Quare et Paulus ait : « Superædificati supra fundamentum apostolorum et prophetæ-

[20] Prov. xxvi, 11.

Digitized by Google

rum [21]. » Omnes enim isti adventum Domini annuntiarunt : neque sane testibus hujusmodi fides negari jure potest. Sed cur, inquit, dico apostolos et prophetas ? Quoniam isti cum primum, tum secundum ipsius Domini et Salvatoris nostri adventum annuntiarunt. Orationis autem structura ita se habet : « Ut memores sitis verborum a sanctis prophetis prædictorum, et præceptorum apostolorum vestrorum et mandatorum Domini et Salvatoris Jesu Christi. » Quam vero ob causam memoriam horum excitandam præcipiat, subjungit, nempe, quoniam ii qui ad ductum concupiscentiæ suæ vivunt, cernentes nonnullos Domini adventum, quem ipse etiam Dominus prædixit, metuentes, et hac de causa inhonestam eorum vitam abominantes, **397** præsertim vero cum non statim post verba experientia sequeretur, sed hæc ob salutem differatur eorum qui in electorum libro conscripti sunt, fideles impudenter invaluerunt, ut eos decipiant.

Vers. 3 5. « Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores juxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes : Ubi est promissio adventus ejus ? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ. Latet enim eos, hoc volentes. » Quia secundus Domini adventus non statim ac promissus est, contigit (differtur scilicet ob multorum salutem, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ) ; hinc « illusores » homines verbis adoriuntur eos qui fideles sunt, ut decipiant, dicentes : « Ubi est promissio adventus ejus ? » At propterea quod promissum unum nondum ob dictam rationem impletum est, velle omnibus ejus dictis diffidere, latisque ab ipso hominum improborum persuasione non parere mandatis, absonum plane et injustum est. Hæc vero illius temporis Gnostici, seu Naaseni, et Lampetiani, et Euchitæ effutiebant. Quos omnes « hoc latere volentes, » ait ; sponte enim ad veritatis lumen oculos claudebant. At quid eos latet ? Quod scilicet, quemadmodum olim, cum cœli et terra, juxta Mosaicam mundi conditionis historiam, ex aqua (ait enim, Deum imperasse, ut « fieret firmamentum in medio aquarum [22] : » similiter etiut terra ex aquis « appareret, » in quibus antea demersa jacebat) repente ac præter opinionem diluvium supervenit : ita et nunc statutum est ut per ignem fiat universi destructio, cum quo et impii peribunt. Cum enim duo sint præcipua mundi hujus elementa, aqua et ignis, e quibus duo alia, aer et terra, esse suum accipiunt : ille quidem ex aquis evaporatis, hæc vero ex iisdem concretis, tam evaporationem quam concretionem causante igne (quod nullatenus incredibile est, quandoquidem hac a Deo conditore vi natura ignis donata est), cumque jam semel per aquas, tempore scilicet diluvii, impiis exitium illatum fuerit, necesse plane est, inquit, ut alius etiam

[21] Ephes. II, 20. [22] Gen. I, 6.

A τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν. » Πάντες γὰρ οὗτοι τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν κατήγγειλαν· καὶ οὐκ ἔστιν ἀπιστεῖν τοσούτοις μάρτυσι. Καὶ τί, φησὶ, λέγω προφήτας καὶ ἀποστόλους ; Ὅτι κατήγγειλαν καὶ τὴν πρώτην καὶ τὴν δευτέραν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν. Καὶ ἔστιν [ἡ σύνταξις] οὕτως· Μνησθῆναι τῶν προειρημένων ῥημάτων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ὑμῶν ἐντολῆς, ὑπὸ τῆς ἐντολῆς τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος. » Κατὰ κοινοῦ γὰρ ἡ, « ὑπό. » Καὶ διὰ τί τὴν μνήμην ταύτην ἀναζωπυρῆσαι παρακελεύεται, ἐπάγει, ὅτι οἱ ἐμπαθῶς ζῶντες κατὰ τὰς οἰκείας ἐπιθυμίας, [ὁρῶντές τινας] δεδιότας τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν, ἣν μετὰ ἄλλων θεοφόρων [καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος] προκατήγγειλε, καὶ διὰ ταύτην ἀθετοῦντας [τὴν ἄσεμνον
B αὐτῶν βιοτήν,] καὶ μάλιστα, ὅτι μὴ κατὰ πόδας τῶν λόγων ἡ πεῖρα φθάνει, ἀλλὰ παρατείνεται διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἐν τῇ βίβλῳ τῶν σωζομένων γραφέντων· ἐπιφύονται ἀναιδῶς τοῖς πιστεύουσιν ἐπιτωθάζοντες.

« Τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι ἐλεύσονται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας αὐτῶν πορευόμενοι, καὶ λέγοντες· Ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ ; Ἀφ' ἧς γὰρ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐκοιμήθησαν, πάντα οὕτως διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως. Λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας. » Τῷ μὴ κατὰ πόδας, φησὶ, τῶν λόγων τὴν πεῖραν τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἐπακολουθεῖν διὰ τὴν τῶν πολλῶν σωτηρίαν, τῶν ἀπογραφέντων τῇ
C βίβλῳ τῶν ζώντων, ἐπιφύονται τοῖς πιστεύουσιν ἐμπαίκται ἐπιτωθάζοντες καὶ λέγοντες· « Ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ ; » Διὰ μιᾶς τοίνυν τῆς μήπω ἀφιγμένης δι' ἃς προείπομεν αἰτίας, οὐ δίκαιον καὶ ταῖς ἄλλαις σωτηριώδεσι τοῦ Κυρίου ἐντολαῖς ἀπειθεῖν, κακούργων γνώμαις ἐκταραττομένους. Ταῦτα δὲ οἱ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς Γνωστικοὶ, ἤτοι Ναασηνοὶ, καὶ Λαμπετιανοὶ, καὶ Εὐχῖται ἐληρῴδουν. Οὓς πάντας « λανθάνειν φησὶν ἑκόντας · » ἐθελοντὶ γὰρ μύουσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Καὶ τί τὸ λανθάνον αὐτούς ; Ὅτι ὥσπερ ἐν τῷ κατακλυσμῷ ἦσαν οὐρανοὶ, κατὰ τὴν Μωϋσέως κοσμογένειαν, ἐξ ὕδατος (αὐτὸν γάρ φησι τὸν Θεὸν ἐντείλασθαι « γενέσθαι στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος »), καὶ ἡ γῆ δὲ ὡσαύτως ἐκ τῶν ὑδάτων « ἀν-
D εφάνη » τῷ ἐκείνου προστάγματι, ὑποβρύχιος αὐτοῖς πρώην οὖσα, καὶ ὡς ἐξ ὑδάτων συνεστώτων οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁ κατακλυσμὸς ἐπῆλθεν ἀπροσδοκήτως· οὕτω καὶ νῦν διὰ πυρὸς ἀπόκειται τὴν φθορὰν τοῦ παντὸς γενέσθαι, μεθ' οὗ καὶ οἱ ἀσεβεῖς ἀπολοῦνται. Δύο γὰρ ὄντων τῶν συνεκτικωτάτων στοιχείων τοῦ παντὸς, ὕδατος καὶ πυρὸς, ἀφ' ὧν καὶ τὰ δύο στοιχεῖα τὸ εἶναι λαμβάνουσιν, ἀὴρ μὲν ὁρᾶται ἐξατμιζομένων ὑδάτων, γῆ δὲ συγκρινομένων ὑδάτων, τῆς ἐξατμίσεως ὡς ἐκ πυρὸς καὶ τῆς συγκρίσεως, οὐδενὸς τῶν νοῦν ἐχόντων ἀπιστοῦντος (ταύτην γὰρ δύναμιν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ Θεοῦ ἡ τοῦ πυρὸς ἔλαχε φύσις)· δύο τοίνυν ὄντων, καὶ πρότερον τῆς τῶν ἀσεβῶν φθο-

Digitized by Google

ρᾶς, διὰ τῶν ὑδάτων γινομένης [*f.* γεν.], ἀνάγκη πᾶσα, φησὶ, τὴν τῶν ἀσεβῶν φθορὰν διὰ πυρὸς γενέσθαι. A

« Ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι, καὶ ἡ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, »—« Ἐξ ὕδατος » μὲν, ὡς ἐξ ὑλικοῦ αἰτίου· « δι' ὕδατος » δὲ, ὡς διὰ τελικοῦ. Ὕδωρ γὰρ τὸ συνέχον τὴν γῆν, τὸν χοῦν ἅτε κόλλα συσφίγγων [*f.*-γγον] αὐτῆς, καὶ ὑπόστασιν παρέχων [*f.*-χον] αὐτῇ. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, ἀνάγκη πρὸς χοῦν διαλύεσθαι καὶ ἀεροῦσθαι. Ἐπιφυήσεται δέ τις ἡμῖν ἴσως φλυαρῶν. Τί δήποτε ὁ Θεὸς τὸν κόσμον τὸν ὁρώμενον ὑποστήσας, οὐχὶ ἐξ ἀρχῆς ἐδραῖον εἰργάσατο, ἐξ οὗ καὶ πρὸς τὸ εὐθὺς ἐπανάγεσθαι χρεία, τὸ μὲν ἐπὶ Νῶε διὰ τοῦ κατακλυσμοῦ, ἐν δὲ τῇ συντελείᾳ διὰ πυρὸς, ὡς νῦν φησι Πέτρος; Πρὸς ὃν ἐροῦμεν, ὡς τὸ μὲν ἀμετάβλητον, οὐχ οἷόν τε αὐτὸν σχεῖν. Πῶς γὰρ, ὃς ἐκ μεταβολῆς εἴληχε τὸ εἶναι; Ἐκ γὰρ τοῦ μὴ εἶναι εἰς τὸ εἶναι προῆχθη· ὅπερ οὐκ ἂν ἔμφρων τις μὴ ἀλλοίωσιν ἐρεῖ. Καὶ ἐπειδὴ ἡ ἀλλοίωσις ἐπὶ τὸ χείριστον προέβη τοῖς χείροσι συμφυρεῖσα, ἀναγκαίως ὁ τούτου δημιουργὸς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπανάγων, ἐπὶ μὲν τοῦ Νῶε τὴν κάθαρσιν δι' ὕδατος ἐποιήσατο, ἐν δὲ τῇ συντελείᾳ διὰ πυρός. Ἐπὶ [*f.* ἐπεὶ] καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν τὰς ὕλας ἀναχωνεύειν πυρὶ, οὐχ ἵνα ἀνυπαρξίαν αὐταῖς δῶμεν, ἀλλ' ἵνα τὸ καθαρὸν καὶ εἰλικρινὲς χαρισώμεθα· καὶ τοῦτο οὐκ ἄν τις ἀπιστήσῃ. Ὡσαύτως δὴ καὶ τὸν Θεὸν διὰ πυρὸς ἐν τῇ συντελείᾳ ἐπαγγειλάμενος ποιεῖν· τὰ γὰρ περιττὰ φθείρει, καὶ μηδὲν πρὸς ἀνθρωπίνην σύστασιν συντελοῦντα· οἷον φυτὰ, κτήνη, χλόην. Ταῦτα οὖν φθαρεῖται τὰ περιττὰ πρὸς τὴν ἄφθαρτον ζωήν. Ἐπεὶ οὖν οὕτω ταῦτα, ματαίως φλυαροῦσιν οἱ τὸν ὁρώμενον τοῦτον κόσμον ζητοῦντες μὴ ἄφθαρτον ἐξ ἀρχῆς γενέσθαι. Εἰ τοῦτο, καὶ ἐπὶ τῆς νοερᾶς οὐσιώσεως; λογισθῆναι οἰηθείη, ἐπὶ αὐτὴ ἐξ οὐκ ὄντων προῆχθη, ἀλλ' οὕπω συνιεὶς ὡς ἡ ἁπλότης ἐκείνη περιποιεῖ τὸ ἀνώλεθρον καὶ τὸ ἐγγὺς τῆς μακαρίας τετάχθαι τῇ ὑπάρξει καὶ θείας φύσεως. B C

« Δι' ὧν ὁ τότε κόσμος ὕδατι κατακλυθεὶς [*vulg.* -σθεὶς] ἀπώλετο. » Διὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς· τῆς μὲν τὸ ὕδωρ ἐπικλυσάσης, τοῦ οὐρανοῦ δὲ τοὺς καταῤῥάκτας ἐπαφέντος, τὸ ὕδωρ τῇ γῇ. Τὸ δὲ, « Ἀπώλετο, » μὴ πρὸς πάντα τὸν κόσμον νόει, ἀλλὰ πρὸς μόνα τὰ ζῶα, ἃ τὸν σύμπαντα κόσμον οἱονεὶ εἰδοποιεῖ. Ἔρημος γὰρ τούτων γενόμενος οὐδὲ κόσμος ἂν εἴη. D

« Οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ, καὶ ἡ γῆ, τῷ αὐτοῦ λόγῳ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ πυρὶ τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων. » Τὸ διὰ τοῦ πυρὸς γενέσθαι τὴν τοῦδε τοῦ παντὸς φθορὰν, οὐ μόνον Χριστιανοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς δοκεῖ. Ἀλλ' ἐρεῖ τις· Καὶ τί; ὁ λόγος τοῦ ὑποστῆναι, εἰ δεῖ πάλιν χωρῆσαι εἰς φθορὰν τὸν κόσμον; Ἐροῦμεν οὖν, ὡς οὐ παντελῶς ὁ κόσμος εἰς φθορὰν χωρήσει, ἀλλὰ πρὸς ἀνακαινισμόν· Διὸ καὶ ὁ Προφήτης φησί· « Καὶ ἀνακαινιεῖς

[22] Psal. ciii, 30.

per ignem eorumdem impiorum interitus aliquando contingat.

« Quod cœli erant prius, et terra ex aqua et per aquam consistens Dei verbo. » Ex aqua quidem, tanquam ex materiali principio; « per aquam » vero, tanquam per aliquid perfectivum. Aqua enim, quæ continet terram, ejus pulverem velut gluten colligans, eidem consistentiam tribuit. Quod si id non præstaretur ab aqua, necessario terra ipsa in **398** pulverem resolveretur, ac in aera abiret. Verum fortasse nugator aliquis interpellabit, dicens : Cur Deus, cum visibilem hunc mundum condidit, eum vel ab ipso initio firmum stabilemque non fecit, quin opus foret et olim tempore Noe per diluvium, et in fine mundi per ignem ad meliorem statum revocari ? Cui nos respondemus, mundum immutabilitatis dotem habere non potuisse, quod per mutationem habuerit initium, siquidem ex non esse ad esse perductum est : quod nemo qui sapiat, mutationem quamdam esse negaverit. At quoniam hujusmodi mutatio ex malo in pejorem, ac denique in pessimum statum progressa est : necessario Deus volens ipsum ad meliorem gradum reducere, cum vivente Noe eum aqua purgavit, tum in consummatione sæculi igne purgaturus est. Nam et nos quædam reconflare solemus, non ut destruamus, sed ut puritatem illis pristinumque nitorem restituamus. Simile quid etiam Deus igne in fine mundi se facturum promisit, siquidem superflua et ad humanam felicitatem nihil conferentia destruet, ut plantas, jumenta, herbas et alia hujusmodi quæ immortali vitæ prorsus sunt inutilia. Insipienter igitur garriunt, qui visibilem hunc mundum volunt ab initio incorruptibilem fuisse. Si quis vero putet idem de spirituali quoque substantia sentiendum, is profecto non intelligit, quomodo spiritus simplicitate sua immortalitatem sibi vindicet, adeoque ad divinam beatamque naturam propius accedat.

Vers. 6. « Per quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit. » — « Per quæ », scilicet per cœlos et terram ; terra quidem aquam copiose emittente, cœlis autem per catarractas aquam terræ affundentibus. Illud autem « periit » nequaquam de toto mundo intelligit, sed de animalibus tantum, quæ universum mundum veluti in sua specie constituunt ; iis enim expers mundus, nec mundus quidem dicendus foret.

Vers. 7. « Cœli autem, qui nunc sunt, et terra eodem verbo repositi sunt, igni reservati in die judicii, et perditionis impiorum hominum. » Universum hoc igne consumendum aliquando fore, non solum Christianorum, sed etiam gentilium sapientum sententia est. At dicet quispiam : Cur conditus est mundus, si destruendus est iterum ? Respondemus, mundum haud in nihilum redigendum, sed renovandum esse. Quare Propheta ait : « Et renovabis faciem terræ [22]. » Quemadmodum enim initio,

Digitized by Google

creatura sensibilis facta est bona, et propter hominis prævaricationem etiam ipsa « vanitati subjecta est [25], » ut firmum scilicet esse non haberet : deinde, cum in diluvio pauci remansissent pii homines, Noe scilicet aliique in arca servati, ut novum mundo semen subministrarent : totum universum renovatum est, ac velut **399** alterum initium cepit. Sed neque tum humana natura in primo statu permansit, sed sensim ad deteriora deflexit, a quibus eam non Mosaica lex, nec ipsius Domini præsentia satis avocavit. Quoniam igitur multiplex fuit ad salutem vocatio, ac multiplex ex inobedientia et infidelitate perditio ; ideirco necessarius erit diluvium ignis et consumptio : non tamen hæc omnimoda et perfecta, non plane animarum, sed neque corporum : « Omnes enim nos astare oportet ante tribunal Christi [26], » non utique corporibus exutos seu animabus solis, sed cum corporibus corruptionis expertibus. Quomodo enim anima absque corpore puniatur, « referens propria corporis, seu prout per corpus gessit ? » Non enim justi judicis est, cum duo simul et idem peccaverint, unum absque pœna dimittere, et in alterum totum delicti pondus transferre. Propterea, si nos immundas materias igne purgare solemus, et ad pristinum nitorem restituere ; [ cur non simile quid faciat et Deus (1) ? ] illud autem, « reservati in diem judicii ac perditionis, » communi sensu accipiendum, ac si esset : « in diem judicii, et » in diem « perditionis. » — « Judicium » autem idem valet hic ac condemnatio.

A τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. » Ὥσπερ γὰρ ὑπὸ Θεοῦ ὑποστᾶσα ἡ αἰσθητὴ κτίσις, καλή · διὰ δὲ τὴν τοῦ ἀνθρώπου παράβασιν, καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις τῇ ματαιότητι ὑπετάγη, τοῦτ' ἔστι τῷ μὴ βέβαιον ἔχειν τὸ εἶναι· εἶτα διὰ τοῦ κατακλυσμοῦ, μικρῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὄντων τῶν θεοσεβῶν ἀνθρώπων, καὶ οἷον δευτέρου ἀνακαινισμοῦ, ἀρχὴν τοῦ κόσμου λαβόντος, διὰ τοῦ Νῶε, καὶ τῶν ἐν τῇ κιβωτῷ ζώων διαφυλαχθέντων εἰς τὸ πάλιν συστῆναι σπέρμα τῷ κόσμῳ, ὅμως οὐδὲ τότε τῆς τῶν ἀνθρώπων προτερησάσης φύσεως, ἀλλ' ἐπὶ χείροσι τῶν προτέρων ἀπορρευσάσης [ὧν νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως ἀπέστρεψεν, οὐχ ἡ τοῦ Κυρίου παρουσία ·] ἐπεὶ οὖν πολύτροπος μὲν ἡ πρὸς τὴν σωτηρίαν κλῆσις, πολυσχεδὴς δὲ ἡ ἐξ ἀπειθείας ἀπώλεια, διὰ τοῦτο ἀναγκαῖος ἔσται ὁ τοῦ πυρὸς B κατακλυσμός, φθορὰ μὲν, εἰ καὶ μὴ παντελής · ψυχῶν γὰρ οὔ, ἀλλ' οὐδὲ σωμάτων· « Πάντας γὰρ δεῖ ἡμᾶς παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, » οὐχὶ γυμνοὶ σωμάτων, ψυχαῖς μόναις, ἀλλὰ μετὰ σωμάτων ἀφθάρτων. Πῶς γὰρ ἂν ἡ ψυχὴ κολασθείη γυμνὴ σώματος, κομιουμένη τὰ διὰ τοῦ σώματος αὐτῇ πεπραγμένα; Οὐ γὰρ δικαίου κριτοῦ, δύο πλημμελησάντων κατὰ ταὐτὸν, τὸν ἕνα ἀφεῖναι, πρὸς δὲ τὸν ἕτερον τὸ πᾶν τοῦ ἐγκλήματος ἐπιφέρειν. Ἄλλως τε δὲ, ὅτι καὶ πυρὶ εἰώθαμεν τὰς μὴ καθαρὰς τῶν ὑλῶν καθαίρειν, καὶ πρὸς τὸ εἰλικρινὲς ἀποκαθιστᾶν. Τὸ δὲ, « τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀπωλείας, » οὕτω κατὰ κοινοῦ τὸ, « εἰς ἡμέραν, » ληπτέον, τοῦτ' ἔστιν, εἰς ἡμέραν κρίσεως, καὶ εἰς ἡμέραν « ἀπωλείας. » — « Κρίσεως, » δὲ, ἀντὶ τοῦ, C κατακρίσεως.

Veps. 8,9. « Unum vero hoc non lateat vos, charissimi, quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut unus dies. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant ; sed patienter agit propter nos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam venire. » Absoluto de consummatione sæculi sermone, quo dixit, « am et necessario et per ignem futuram (quæ omnia nos quoque fusius enarravimus), transit ad ejusdem consummationis dilationem, et ait : « Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit, » salutem vestram exspectans, et salvandorum numeri complementum; cumque Deus immensus sit, nulla est apud ipsum dilatio, seu diuturnitas temporis ; sed etiam « mille anni » ei sunt « sicut unus dies, » quin secundum David, sicut minima pars diei. Sic enim ait : « Quoniam mille anni ante oculos tuos, Domine, sicut dies hesterna quæ præteriit, et custodia in nocte [27]. » Videlicet, ut tempus brevissimum indicet, « custodiæ noctis » illud comparat : siquidem nox in quatuor partes dividitur : et Dominus « quarta vigilia noctis venit [27] » ad apostolos, ut in Evangelio narratur.

« Ἐν δὲ τοῦτο μὴ λανθανέτω ὑμᾶς, ἀγαπητοὶ, ὅτι μία ἡμέρα παρὰ Κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη, καὶ χίλια ἔτη ὡς ἡμέρα μία. Οὐ βραδύνει ὁ Κύριος τῆς ἐπαγγελίας, ὥς τινες βραδυτῆτα ἡγοῦνται, ἀλλὰ μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς, μὴ βουλόμενός τινα ἀπολέσθαι, ἀλλὰ πάντας εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι. » Συμπερανάμενος τὸν περὶ τῆς συντελείας λόγον, ὅτι ἔσται, καὶ ἐξ ἀνάγκης, καὶ ἐκ πυρὸς (ἃ πάντα καὶ ἡμεῖς διεξοδικώτερον διεξήλθομεν), μεταβέβηκεν ἐπὶ τὴν παράτασιν τοῦ χρόνου τῆς τοῦ κόσμου συντελείας, καί φησιν, ὅτι « Οὐ βραδύνει ὁ Κύριος τῆς ἐπαγγελίας, ὥς τινες βραδυτῆτα ἡγοῦνται, ἀλλὰ μακροθυμεῖ, » τὴν σωτηρίαν ὑμῶν ἐκδεχόμενος, καὶ τὸ τῶν σωζομένων πλήρωμα. Ἅτε δὴ ἀπείρῳ ὄντι αὐτῷ, οὐ D δὲν αὐτῷ παρατεταμένον, ἀλλὰ καὶ τὰ « χίλια ἔτη ὡς μία ἡμέρα παρ' αὐτῷ · » μᾶλλον δὲ, κατὰ τὸν Δαβὶδ, οὐδὲ τὸ [πολλοστὸν ἡμέρας (φησὶ γὰρ οὕτως· « Ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου, Κύριε, ὡς ἡμέρα ἡ ἐχθὲς, ἥτις διῆλθε, καὶ φυλακὴ ἐν νυκτί · » διὰ τῆς φυλακῆς τὸ βραχύτατον δηλῶν), ] φυλακὴ νυκτὸς ἀπεικάσαντα τὰ χίλια ἔτη. Ἡ νὺξ δὲ εἰς τέσσαρα μερίζεται διαστήματα, εἴ γε καὶ ὁ Κύριος « τετάρτῃ φυλακῇ τῆς νυκτὸς » τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις « παρίσταται, » ὡς φησι τὸ Εὐαγγέλιον.

[25] Rom. viii, 20. [26] II Cor. v, 10. [27] Psal. lxxxix, 4. [27] Matth. xiv, 25.

## Variæ lectiones.

(1) Hæc verba ad explendum sensum ipse addo. Editus textus multa hic amplius habet ; quæ exscribere non libuit.

Digitized by Google

« Ἥξει δὲ ἡ ἡμέρα Κυρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτί, A ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα καυσούμενα λυθήσονται, καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται. Τούτων οὖν πάντων λυομένων, ποταποὺς δεῖ ὑπάρχειν ἡμᾶς ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις, προσδοκῶντας καὶ σπεύδοντας τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ Θεοῦ ἡμέρας, δι' ἣν οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται, καὶ στοιχεῖα καυσούμενα τακήσονται ; » Τὸ ἄδηλον τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας καὶ τὸ ἀπροσδόκητον διὰ τῆς τοῦ « κλέπτου » ἐπελεύσεως καὶ τῆς « νυκτὸς » ἐδήλωσε· διὰ μὲν τῆς « νυκτὸς, » τὸ ἄδηλον· διὰ δὲ τοῦ « κλέπτου » τὸ ἀπροσδόκητον· οὐδεὶς γὰρ κλέπτην προσδοκῶν κλαπήσεται. Διὸ καὶ ὁ Κύριός φησιν, ὅτι « Ὥσπερ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Νῶε ἦσαν οἱ ἄνθρωποι, εὐθυμούμενοι πότοις καὶ γάμοις, » ἕως ὁ κατακλυσμὸς αὐτοῖς ἐπέστη· « οὕτω B καὶ ἡ τοῦ Κυρίου παρουσία » ἀπροσδοκήτως ἐπελεύσεται τοῖς ἀσεβέσι. « Ῥοιζηδὸν » δὲ τὸ μετ' ἤχου σημαίνει· ἴδιος δὲ ὁ τοιοῦτος ἦχος ἐπὶ τῶν ὑπὸ πυρὸς βοσκομένων. Σκόπει δὲ ὅτι « γῆν » εἶπε « καὶ τὰ ὑπ' αὐτὴν ἔργα κατακαήσεσθαι, » ἀλλ' οὐχὶ ἀνθρώπους, εἰ μὴ μόνην ἀπώλειαν ἐπὶ τῶν ἀσεβῶν εἶπεν, ἤτοι τῶν ἀσεβημάτων αὐτῶν. « Ὁδὸς γὰρ ἀσεβῶν ἀπολεῖται, » ἀλλ' οὐχὶ καὶ ὁ ἀσεβής.

« Καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ καινὴν γῆν κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ προσδοκῶμεν, ἐν οἷς δικαιοσύνη κατοικεῖ. Διὸ, ἀγαπητοὶ, ταῦτα προσδοκῶντες, σπουδάσατε ἄσπιλοι καὶ ἀμώμητοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν C εἰρήνῃ, καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν σωτηρίαν ἡγεῖσθε. » — « Καινοὺς οὐρανοὺς » ὁ Κύριος « καὶ καινὴν γῆν » ὑποστήσεται, οὐ τῇ ὑπάρξει καὶ ὕλῃ· οὐ γὰρ συμπηγνὺς [νέαν] οἰκίαν, ἤδη καὶ ἐκ μὴ προϋπαρξάσης ὕλης τοῦτο ποιεῖ. Καὶ ὁ Θεὸς οὖν ὅπαξ ὑποστήσας τὴν ὕλην καὶ διαμορφώσας παντοίοις εἴδεσι καὶ συγκρίμασι, τὸ μὲν ὅσον πρὸς τὴν τότε χρείαν ἀναγκαῖον, πρὸς δὲ τὴν μετὰ ταῦτα ἄφθαρτον, ἀλυσιτελές τε καὶ περιττὸν, ἀποπέμπεται· εἴ τι δὲ λυσιτελοῦν, ἀναμορφώσας ἀφθάρτῳ κάλλει καὶ ἀμηχάνῳ, τὸν δεύτερον καὶ ἄφθαρτον συμπληροῖ κόσμον ἐᾷ.

« Καθὼς καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Παῦλος κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ σοφίαν ἔγραψεν ὑμῖν, ὡς καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς λαλῶν ἐν αὐταῖς, περὶ τούτων, ἐν αἷς [*Vulg.* ἐν οἷς] ἐστι δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, ὡς καὶτὰς λοιπὰς Γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. Ὑμεῖς οὖν, ἀγαπητοὶ, προγινώσκοντες φυλάσσεσθε· ἵνα μὴ τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες, ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ. Αὐξάνετε δὲ ἐν χάριτι καὶ γνώσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ Πατρός. ὯΙ ἡ δόξα καὶ νῦν καὶ εἰς ἡμέραν αἰῶνος. Ἀμήν. » Καὶ τοῦτο Παῦλος εἴρηκε, δι' ὧν ἔφη· « Τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει. » Εἰ δὲ

Vers. 10-12. « Adveniet autem dies Domini ut fur : in quo cœli magno impetu transient, elementa vero calore solventur, terra autem et quæ in ipsa sunt, opera exurentur. Cum igitur hæc omnia dissolvenda sint, quales oportet nos esse in sanctis 400 conversationibus et pietatibus, exspectantes et properantes in adventum diei Domini, per quem cœli ardentes solventur, et elementa ignis ardore tabescent ? » Incertitudinem temporis adventus Domini, et quod is repente ac inopinato superventurus sit, per « furem » et « noctem » declarat : primum quidem per « noctem, » alterum per « furem ; » nemo enim qui furem exspectat, expilatur. Quare et Dominus ait : « Sicut in diebus Noe erant homines comedentes et bibentes et nubentes et nuptui tradentes [28], » quousque diluvium iis supervenit ; « ita et adventus Filii hominis » impiis repente et inopinato superveniet. Vox Græca ῥοιζηδὸν « roizedon » (2) significat « cum sonitu, » eo scilicet, qui a rebus, quæ igni devorantur, edi solet. Animadverte autem, quod dicat, « terram, et quæ in ipsa sunt, opera exurenda fore, » non vero homines. Quo « perditionem » seu interitum de impiis solis, seu eorum impietatibus futurum enuntiavit. « Iter enim impiorum peribit [29], » seu ad nihilum redigetur, non item impius.

Vers. 13-15. « Novos vero cœlos et novam terram secundum promissa ipsius exspectamus, in quibus justitia habitat. Propter quod, charissimi, hæc exspectantes, satagite immaculati et inviolati ei inveniri in pace. Domini nostri longanimitatem salutem arbitremini. » — « Cœlos novos et terram novam » constituet Dominus, non substantia et materia : nam neque qui novam domum construit, eam ex non præexsistente materia ædificat. Sic Deus, cum jam semel materiam condiderit, eamque variis formis, ut ad ejus temporis usum necesse erat, ornaverit, id quod ad incorruptibilem, qui postea erit, statum inutile ac superfluum est, perdet ac rejiciet : quidquid vero utile et opportunum fuerit, immortali pulchritudine reformatum pro altero incorruptibili mundo retinebit.

Vers. 15-18. Sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. Sicut et in omnibus epistolis, loquens in eis de his : in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti et instabiles depravant, sicut et cæteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur, fratres, præscientes custodite : ne insipientium errore traducti excidatis a propria firmitate. Crescite vero in gratia, et in cognitione Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi. Ipsi gloria, et nunc, et in diem æternitatis. Amen. » Etiam Paulus idem dixit, cum ait : « Benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit [30]. » Si autem ad pœniten-

[28] Matth. xxiv, 37. 39. [29] Psal. i, 7. [30] Rom. ii, 4.

Variæ lectiones.

(2) Eam vulg. int. transtulit, *magno impetu*.

Digitized by Google

tiam nos Dei longanimitas invitat, et aliunde salutaris nobis est pœnitentia ; profecto ad utilitatem et salutem nostram collineat ipsa Dei longanimitas. « Difficilia vero intellectu » **401** asserit esse « quædam » Pauli dicta, eaque etiam ab impiis hominibus perverte explicari : hoc enim illud « depravari » significat. Quemadmodum (ut uno exemplo rem hanc totam declarem) cum sanctus Paulus dicat : « Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia [31] ; impii hoc pervertentes, dicunt, Paulum ita asserere : « Peccemus magis ac magis, ut abundantius nobis ignoscatur. » Hoc autem « ad suum ipsorum perditionem » faciunt : quo enim sese obstrinxere crimine qui prophetas et apostolos occiderunt, eodem sese obstringunt, qui eorum verba pervertendo e medio tollunt. Nam et illi eos occiderunt, ne, qui ab ipsis salutari doctrina imbuebantur, juvari ab eis possent : et isti eorum verba similiter pervertunt, ne aliqui per illa salutem æternam consequantur. Per propriam autem firmitatem fidem in Dominum intelligit. Ac demum sicut aliam Epistolam precatione absolvit, ita et in hac augmentum in fide Domini eis postremo loco apprecatur.

*Finis Epistolæ secundæ sancti apostoli Petri, vers. 154.*

[31] Rom. v, 20.

A εἰς μετάνοιαν ἡ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία ἄγει, σωτήριος δὲ ὑμῖν [*f.* ἡμ.] ἡ μετάνοια· πάντως ἐπὶ συμφέροντι ἡμῶν, καὶ εἰς σωτηρίαν, ἡ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία. « Δυσνόητα » δὲ λέγει, ἃ καὶ ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν φησιν ἐνδιαστρόφως ἐξαγγέλλεσθαι. «Τοῦτο γὰρ τὸ « στρεβλοῦσθαι » σημαίνει· καὶ ἵνα ἐξ ἑνὸς τούτων παραστήσωμεν τὸ πᾶν, οὕτω τοῦ θείου Παύλου εἰρηκότος· « Ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις· » αὐτοὶ διαστρέφοντες εἶπον, ὅτι τοῦτό φησιν ὁ Παῦλος· Ἁμαρτήσομεν [*f.* -τήσωμ.] πλέον, ἵνα πλέον συγχωρηθῶμεν. Τοῦτο δὲ ποιοῦσιν ἐπ' ἀπωλείᾳ ἑαυτῶν. Ὡς γὰρ οἱ τοὺς προφήτας ἀποκτείναντες καὶ τοὺς ἀποστόλους, οὕτω καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν διὰ τῆς διαστροφῆς ἀναιροῦντες, τῷ αὐτῷ ὑπόκεινται κρίματι. Ἐπεὶ κἀκείνους ἀπέκτειναν ἀποπαύοντες αὐτοὺς τοῦ μὴ [τοὺς] B τὰ σωτήρια ὑπ' αὐτῶν [μαθητευομένους] ὠφελεῖσθαι, καὶ τοὺς λόγους ὁμοίως στρεβλοῦσι, τοῦ μή τινας δι' αὐτῶν δράττεσθαι σωτηρίας. Ἴδιον δὲ στηριγμόν φησι τὴν εἰς τὸν Κύριον πίστιν. Ὥσπερ δὲ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἐπιστολῇ εἰς εὐχὴν ἀποτελευτᾷ, οὕτω καὶ ἐν ταύτῃ, τὴν ἐν τῇ πίστει τοῦ Κυρίου αὔξησιν αὐτοῖς ἐπευχόμενος.

*Τέλος τῆς δευτέρας Ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Πέτρου· στίχων ρνδ'.*

# ORDO RERUM

## QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.


*THEOPHYLACTUS BULGARIÆ ARCHIEPISCOPUS.*

Expositio in Epistolam I ad Timotheum. 9
Expositio in Epistolam II ad Timotheum. 90
Expositio in Epistolam ad Titum. 142
Expositio in Epistolam ad Hebræos. 186
*Præfatio Bonifacii Finetti in tomum tertium Theophylacti* edit. Venet. 406
Sectio I. — De Commentario in Acta apostolorum edito a Sifano. 407
Sectio II. — De Commentario in Acta apostolorum erulo ex bibliotheca Vaticana. 410
Sectio III. — De Commentario in Epistolas catholicas. 415
Sectio IV. — De Oratione in adorationem S. Crucis. 425
Sectio V. — De Oratione in Præsentationem B. Mariæ Virginis in templo. 425
Sectio VI. — De martyrio quindecim martyrum Tiberiopoli, imperante Juliano Apostata. 426
Sectio VII. — De Allocutione ad Familiarem circa ea quorum incusantur Latini. 442
Sectio VIII. — De Institutione regia, ad Constantinum Porphyrogenitum. 466
Sectio IX. — De Encomio in imperatorem Alexium Comnenum. 467
Sectio X. — De Epistolis viginti erutis ex bibliotheca Vaticana. 470
Sectio XI. — De postrema parte homiliæ undecimæ, In resurrectionem. 471
Sectio XII. — De Commentario in Acta apostolorum ex bibliotheca Florentino-Medicea. 472
*Nuncupatio Sifani.* 478
*Nuncupatio altera ejusdem.* 482
*Argumentum libri Actorum una cum capitulis eorum.* 485
Expositio in Acta apostolorum. 495
Expositionis ejusdem textus alter ex codice Vaticano. 850
Expositionis ejusdem textus tertius ex codice Florentino, sed mere Græcus. 1062
*Argumentum Epistolæ catholicæ S. Jacobi, cum indice capitum.* 1131
Expositio in Epistolam catholicam S. Jacobi. 1134
*Argumentum Epistolæ I S. Petri, cum capitulis ejusdem.* 1190
Expositio in Epistolam I S. Petri. 1191
*Argumentum Epistolæ II S. Petri cum capitum indice.* 1254
Expositio in Epistolam II S. Petri. 1255


FINIS TOMI CENTESIMI VICESIMI QUINTI.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Acts xx. 28 τοῦ κυρίου cod. 1115$^{c}$.

Digitized by Google



3 2044 019 208 214

Digitized by Google


Digitized by Google